Raſura diligenter & bene facta quando uitiat & quando non. numero. 34.36.37. fol.38
Raſura nō uitiat ſi roboratur uiua uoce teſtium.numer.38. fol.39.
Raſura unius inſtrumenti non uitiat alterum.numero.40. fol.40
Ratio non ſuſpecta facit ut credatur rationi ſuſpectę num.17. fol.486
Recognitio ſola an probet cenſum. numero 100.fo.250. alius modus probandi cenſum.num.101. fol.351.
Redimēs uirtute pacti unus ex in ſolidum obligatis partem cenſus an cenſeatur liberatus à ſolutione cenſus pro reliqua parte.nu.41. fol.424
Reemere an poſsit unus offerendo totum debitum nu.39. fol.423
Reſcriptum nō ualet ſi omnia non exprimantur.nume.27. fol.36
Reſcriptum principis non reſcindit eius ſtatuta. nume.13. fol.469
Reſtitutio in integrum an cōcedatur minori aduerſus tempus præfinitum ad retroemendum. nume.21. fol.405
Reſtitutio datur propter affectionem rei minoribus. nu.22. fol.407
Reſtitutio in integrum an concedatur militi, mulieri & ruſtico aduerſus depoſitum non legitimè factum. numero 53 fol.435
Retrouenditio pro quo pretio fieri debet ſi non eſt dictum.nu.25. fol.411

Rex debet ita ſe gerere ut diligatur a ſubditis. numero.4. fo.12.
Rex a Deo procedit. numero.8. fol.15
Rex dicitur ſacer. num. 12. fol.29.
Rex ungitur. numero. 13. fol. eo.
Rex habet poteſtatem condendi leges. numero. 19. fol.26
Rex an poſsit ſtatuere aliquid cõtra ius diuinum. nu.27. fol.86
Rex an poſsit ſtatuere ꝙ uaſalli baronum in præiudicium eorum poſsint ſe ſubmittere iuriſdictioni alienæ. nu.5. fol.466
Rex obligatur ex contractu. num.6. fol.467
Rex eſt dominus legum nõ morum. nu.7. fol.468
Rex non poteſt ſuo contractui contrauenire. nume.8. fol.eod.
Regis cor in manu Dei eſt. nu.9. fol.25
Regi atteſtanti de non uitio literarum debet credi. nu.12.46.. fol.32
Regi atteſtanti de facto alieno an credatur. num. 47. 48.49.50.&51. fo.41
Regi atteſtãti de facto proprio an indiſtinctè credatur. nume.53.54.55.56. fol.43
Regi atteſtanti de rebellatione an credatur. numero.64. fol.48
Reges habent duos Angelos cuſtodes. nume. 10. fol.25
Reges quomodo hominibus dati. numero.14. fol. 20.
Reges ſunt dati nobis propter peccata. numero.17. fo. 25
Reges a quo habent auctoritatem legis cõdendę. nunu.25. fol.84
Reges debent defendere eccleſiam. numero.37. fol. 100.
Rigor nullis exemplis laudatur. nu.36. fo.290
Rigor uituperatur & quomodo. nu.37. fol.292
Rigor iuris diuini relaxatur. nu.40. fol.294
Ripa an debeat menſurari uendito fundo. num. 7. fol.450
Ripæ montuoſæ qualiter menſurentur. nume. 10. fol.452

Sabba-

S

SAbbatorum ſanctificatio de iure diuino. numer.134. fol.175
Sæpes debent menſurari; num.11 fo.453
Salernitana ciuitas cur male regatur.nu.37.fol.313
Salernitana ciuitas quid in penſione domus ſeruet. nu.8. fol.552
Sapientia debet eſſe in regibus.nu. 2. & 3. fol.12
Sententia exequi non debet ſi de nullitate opponitur & quando. numer. 5.fol.496
Sententia poteſt exequi in debitorem cenſus.nu.26. fol.310.
Sententia lata vltra metam iuriſdictionis non valet ẽt quo ad cõcernentia iuriſdictionem iudicantis. nume.7. fol.482
Sententiæ executio non poteſt fieri contra tertiũ poſſeſſorem. num.22.fol.502
Sententię enuntianti acta an ſtetur.nu.14. fol.56
Sequeſtrum eſt regulariter prohibitum. numero 2. fol.551.
Sequeſtrum de partium uoluntate eſt permiſſum. numer.3. fol.eod.
Sequeſtrum fit ubi eſſet inſtrumentum publicũ. nũmero.4. fol.eod.
Sequeſtrũ an poſsit fieri pro caſu priuilegiato. nume.9. fol.553.
Seruitus conſtitui in feudo non poteſt.nu.7. fol.302
Seruitus quando imponatur feudo.nu.15. fol.304
Sillaba quælibet legis non cẽſetur fruſtrà poſita. numero 23.fo.83. & numero 4. fol.460
Simia graſſatur in infantulos numė.259. fol.196
Simulatio utilis quãdo permittitur.nu.110. fol.164
Simulatio præſumitur ex magnitudine pretij.num.18. folio.33.
Simulationes ꝑmiſſę,ex nouo teſtamento. num.112. fol.165
Soluens cenſum cum eſſet tutus exceptione remedio quali teneatur.numero 38 fol.508
Solutio realis an quælibet admittatur. numero 38. fol.531.
Solutio poteſt probari niſi per ſcripturas. nume.56. fol.540.

Solutio poteſt probari per quinque teſtes non obſtante ſtatuto requirente ſcripturam. numero 66. fol.544.
Solutio poteſt probari per teſtes inſtrumento deperdito. nume.67. fol.544
Solutio poteſt probari per teſtes legaliſsimos. numero 68 fol.544
Solutio facta pupillo quando liberet ſoluentem. numero 69. fol.545
Solutio cenſus facta tutori ſine iudicis decreto an liberet ſoluentem. nu.70. fol.545.
Solutio facta marito an liberet ceſsionarios vxoris. nu.71. fol.545
Statutũ quod bannitus poſſit occidi ualet. nume.31. fol.92.
Statutum quod ſingularis ſucceſſor teneatur de p-ſona ueleat. nu.31. fo.505
Statutum tribuens executionem inſtrumento, intelligitur ſi inſtrumentum eſt liquidum. numero 56. fo.515
Statum continens idē quod ius ciuile dicitur ius ciuile. nu.41. fol.532
Statutum ualet quod ſolutio non poſsit probari niſi per inſtrumentũ. numer.57. fo.540
Statutum quod non poſsit probari ſolutio niſi per inſtrumentum an ualeat nume.65. fol.544
Statutum excludens omnes exceptiones qualiter intelligatur. numer.73. fol.546.
Statutum in præiudicium non ſubditi quando poſſit tolli. numero 33. 34. fol.475
Statuta generaliter loquentia reſtringuntur ad id quod rationabile eſt, nume.15. fol.524
Subtilitatem iuris ſequi & æquitatem omittere error eſt. nu.11 fo.268
Succeſſor principis tenetur contractum prædeceſſoris ſeruare nu.12. fol.469
Summariè proceditur in cauſa alimentorum. numer.85 fo.343
Summum ius & equitas differunt. nu.9. fol.266
Superbiam qui fuerunt unitati. nu.20. fol.82
Superfluitas reprobatur. nume.20. 21. 22. & 23. fol.34.
Superficies qualiter menſuretur

retur.nu.9. fol.451
Suſpitio quid ſit.nume. 32. fol.37.

T

Tenor quis dicatur.numero 1 fol.48
Tenor bullæ an de neceſsitate debeat inſeri.numer.3.4. fo.49
Tenor inſtrumenti an ſi eſt incertus in inſtrumento referente debeat produci originale.nume.11.12. fol.50.
Tenor inſtrumẽti an poſsit per teſtes probari.nu.25. fol.56.
Tenor exemplatus per notarium an probet inſtrumentum.nu.16. fol.57
Tertius ad impediendũ exe cutorem ſententiæ poteſt allegare nullitatem. nume.11. fol.499
Tertius poſſeſſor quãdo de perſona poſsit capi pro cenſu.nu.32. fo.505
Tertius poſſeſſor an ex perſona ſua poſsit opponere alias exceptiones quam ſolutionis.nu.72. fo.475
Teſtator ſi legat decem annua ſuper fundo an fundus cenſeatur hypothecatus.nu.67. fo.337
Teſtis falſarius dicitur etiã ille qui diminutè loquitur.nu.28. fol.36
Teſtis falſus quot pænis,eſt obnoxius.nu.133.fo.164
Teſtes duo uel tres cur non ſufficiant in teſtamentis. nume.32. fol.92
Teſtes qualiter debeant deponere de latitudine.numer.6. fol.449
Tutores dari pupillis pietatis officium eſt. nu. 140. fol.178.

V

Vaſallus vnius an poſſit aſſumi in iuriſdictione alterius. numero 3. fo.465
Vendens rem cenſualem p franca quid ſequatur ex hoc. nu.90 fol.350
Vendita res cum pacto de retrouendendo eſt minoris pretij.numero 6. cum ſequen. fo.393
Vide Lanfred. conſil. 52. nume.28
Venditor an ſtatim poſsit reemere. numero 24. fol. 409

Vendi-

Venditor promittens de facto ſuo tantum an teneatur de facto ſui prædeceſſoris. nu. 29 fol. 412
Venditor an teneatur ſoluere debita fiſcalia emptori. nu. 25 fol. 489
Et teneatur ſoluere quod eſt ſolutum proxenetis. ibi. nu. 26 fo. eo.
Venditor an teneatur ſoluere impenſas inſtrumentorum. nu. 27 fo. 490
Venus quam impudica. nume. 178 fo. 211
Venus ex mare concepta dicitur. nu. 179 fo. 211
Veneres duæ ſecundum Platonem. num. 180. fol. 212
Verba enunciatiua quando dicantur emiſſa propter ſe & propter aliud. numero 52 fol. 43
Verba enuntiatiua inter priuatos an probent. nume. 57. 58 fol. 46
Verba enunciatiua incidenter prolata quid operentur. nu. 59 fol. eo.
Verba priuilegij impropriãtur ne inferant tertio præiudicium. numero 18. fol. 470
Verba priuilegij quod Petrus ſupplicauit pro aſſenſu an probent ſupplicationem. nume. 62 fo. 47
Verba debent ſeruire rationi & æquitati, nume. 43. fol. 295.
Verba ſtatuti debent intelligi vt aliquid operentur. nume. 5 fo. 460
Verba ſtatuti debent intelligi cum effectu. nume. 7. fol. 460
Verba ſtatutorum intelligũtur ſecundum communẽ vſum loquendi. nume. 6. fol. 460
Viduæ & pupilli ſunt fouẽdi & defendendi. numero 40 fol. 316
Vipera occidit propriã matrem. nu. 258 fo. 196
Vis illata meretrici cur iure communi non puniatur. nu. 186 fol. 218
Vim inferre meretricibus eſt contra naturam, legẽ diuinam, & humanam. nume. 189 fol. 220
Vim inferre eſt atrox malũ. nu. 190 fol. 221
Vim inferens meretrici capitaliter punitur. num. 194 fol. 226
Vitiatæ quando dicantur literæ. nu. 30 fol. 37
Vitiatum & ſuſpectum qualiter differunt. nume. 13. fol. 32

Vitium

Vitium qualiter fiat. nume.14 fol.32
Vſufructuarius, proprietatis an teneatur retrouendere,nu.35 fol.417
Vſufructus in re emphyteutica poteſt conſtitui. nume.13 fol.203
Vſura non cōmittitur quādo eſt conformitas vnius ad alium, num. 26. fol.457
Vſura an poſsit permitti ad decem pro cētenario. nume.27 fol.457
Vſura quā ſit odibilis Deo. nu.231 fol.260
Vſura prohibita apud Aegiptios.nu.332 fol.260
Vſuræ an ſint iure diuino prohibitæ. numero. 26. fol.84
Vtile quando vitiatur propter inutile. numero 12. fol.483
Vtile per inutile non eradicatur. numero. 21. & 22. fol.448

FINIS INDICIS.

PRAGMATICA REGIS ALPHONSI PRIMI:

CVM INSERTIONE BVLLAE PAPAE NICOLAI QVINTI.

Super cenſibus.

ALPHONSVS Dei gratia Rex Aragon. et Siciliæ &c. Vice Rex in dicto Regno Siciliæ. Vniuerſis & ſingulis eiuſdem Regni Prælatis, officialibus, baronibus, & perſonis aliis: ad quos ſpectabit præſentibus, & futuris: oratoribus, conſiliariis, & fidelibus Regiis dilectis ſalutem. Cum idem Sereniſsimus dominus noſter Rex prouiderit, & mandauerit ſub hac forma.

ALPHONSVS Dei gratia Rex Aragon. Siciliæ citra, & ultra pharum Valentiæ &c. Vniuerſis & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis: tam præſentibus, quam futuris notum facimus, & teſtamur. Quia externo die Sanctiſsimi domini noſtri Nicolai diuina prouidentia Papæ Quinti literas re-

cepimus, eius uere bulla plumbea in filis ſerici rubei, croceique coloris, more Romanæ curiæ bullatas non uitiatas, neque in aliqua ſui parte ſuſpectas: ſed omni prorſus uicio, & ſuſpicione carentes, tenoris, & continentiæ ſub ſequentis.

NICOLAVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam: ſollicitudo paſtoralis officij fores noſtræ prouidentiæ, pulſare non deſinit, ut indemnitati, ac ſtatui proſpero fidelis populi curæ noſtræ cœlitus commiſsi iuris moderando rigorem per optimæ prouiſionis remedia: quantum ex alto nobis permittitur ſalubriter conſulamus. ſane, ſicut fide dignorum relatione didicimus, in Regno Siciliæ, ac certis aliis dominiis, & terris chariſsimi filii noſtri Alphonſi Aragoniæ, & vtriuſque Siciliæ Regis Illuſtris: auaritiæ cœcitas, & damnandæ ambitionis improbitas quorundam oculos adeo excœcauit, uſurariaque prauitas illis in partibus tantum excreuit, quod incolæ, & habitantes partium illarum pecuniis indigentes eas uix aliter, quam fœneratorum opera, quaſi inauditum fęnus excercentium conſequi poſſent, & cum eas acceperint, ſi in tempore percepta non reſtituant, breui eorum bona inſatiabili vſurarum voragine miſerabiliter conſumuntur, & quod in dominiis, & terris ipſius Regis vltra montes conſtitutis, uidelicet in Regnis Aragoniæ, Valentiæ, & Maioricarum, ac Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſsilionis, & Ceritaniæ, uniuerſitates, & ſingulares perſonæ, tam eccleſiaſticæ, quam ſeculares huiuſmodi pecuniis indigentes, ut cum minori incommodo eas habere poſſint per uenditiones annualium cenſualium, quam mortua nuncupantur ſuper domibus, poſſeſsionibus,

bus,& proprietatibus ſpecialiter uel etiam generaliter ſuper omnibus bonis, redditibus, emolumentis, iuribus, & rebus eorum, mediante tamen inſtrumento gratia; onera eorum ſibi ut plurimum proſpicere, & conſulere conſueuerunt. Quod in prædictis eiuſdem Regni partibus, & Regeis vltra montes conſtitutis non ſolum in longam conſuetudinem: de cuius contrario memoria hominum non exiſtit, more utentium deductum eſt: ſed etiam per municipalia huiuſmodi Regnorum, & partium iura per Regem ipſum, ſeu eius prædeceſſorem cum conſenſu trium bracchiorum videlicet eccleſiaſtici, militaris, & regalis promulgata ſpecialiter confirmantur.

Cum itaque multis incolis, & habitatoribus partium, & dominorum eiuſdem Regis ultra montes conſtitutorum indigentibus per huiuſmodi cenſualium uenditiones ſubueniri, ipſique fœneratorum uſuris eximi poſsint. ſed quia in hoc pecuniis abundantes dubitant uſurariam prauitatem committere, & ſic eiuſdem indigentibus more præmiſſo ſuccurrere formidant in indigentium detrimentum, & fœneratorum quorundam euidens incrementum, pro parte eiuſdem Regis aſſerentis, & ſubditis ſerenitatis ſuæ quam plures grauium uſurarum uoraginibus,magnis hactenus pecuniis exauſtos exiſtere. Alios quoque in dies pecuniis egentes fœnere magis, atque magis opprimi, & uexari nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis paterno compatientes affectu in primis de opportunæ prouiſionis opere ſuccurrere, præfataſque cenſualium uenditiones cum clauſulis, & cautionibus ad earum ualitudinem inter uenditores, & emptores mutuò conſenſu ineundis abſque læſione conſcientiæ in

Regnis Siciliæ citra & ultra pharum fieri poſſe, debere, decernere, & declarare de benignitate apoſtolica dignamur. Nos igitur pro debito paſtoralis miſterij nobis diutius iniuncti ſuper his ſalubriter prouideri, ac ſtatui: & indemnitatibus incolarum, & habitatorum Regnorum, & terrarum dicti Regis citra montes conſtitutorum præſentium, & futurorum quantum cum Deo poſſumus ſubuenire cupientes, & attendentes quod clero terrarum, & Dominorum ipſius Regis citra montes conſtitutorum, in ſuis olim indigentiis per uenditiones præditorum cenſualium authoritate Apoſtolica pluries conſultum, & prouiſum fuit præfati Regis in hac parte ſupplicationibus inclinati: tam eidem Regi, quam huiuſmodi Regnorum Siciliæ citra & ultra pharum: omnibus & ſingulis incolis, habitatoribus, ac locorum, ciuitatum, & terrarum, uniuerſitatibus præſentibus, & futuris, huiuſmodi cenſualia ſuper rebus, & proprietatibus ſuis, ac facultatibus, & emolumentis eorundem inſtrumento gratiæ pro conſimili pretio illa redimendi mediante (dummodo annualis cenſus huiuſmodi cenſualium decimam partem principalis recepti, ſeu pretij eorundem non excedat) inter ſe contrahendi, uendendi, & emendi, cum opportuna contrahentium ſecuritate, tuitione, & indemnitate, ac cum poteſtate uendentes perſonas, eorumque proprietates redditus, iura, iuriſdictiones, cenſus, & omnia & ſingula mobilia, & immobilia bona obligandi, & obligari faciendi, ac etiam quaſcunque alias obligationes, & ſubmiſsiones cuicunque foro: nec non renunciationes, promiſsiones, ſtipulationes, pœnis, iuramentis, & aliis cautionibus uallatis: & alia quacunque, de quibus inter ementes, & uenden-

tes,

tes, huiuſmodi cenſualium conuentum, & in pactum deductum fuerit plenam licentiam, & liberam, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus facultatem. decernentes, & declarantes eoſdem incolas, & habitatores ac ciuitatum, & terrarum uniuerſitates cenſualia prædicta modo præmiſſo in Regnis ipſis Siciliæ citra, & ultra pharum libere, & licite contrahere, ac emere, & vendere poſſe: neque propterea uſurariam prauitatem committere, dummodo alias quam ut præmittitur quodlibet annuum cenſuale decimam partem recepti, ſeu pretij uenditionis ipſius non excedat. & penſionibus, ſeu annualitatibus illorum in ſortem non computatis pro totali redemptione præter principalem ſummam, nihil ultra percipiatur ab emptore, uel exhibeatur a uenditore, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac priuilegiis Apoſtolicis: necnon ſtatutis etiam municipalibus, uel regalibus, & conſuetudinibus ciuitatum, & terrarum: Regnorum prædictorum Siciliæ citra, & ultra pharum etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, uel quacunque alia firmitate roboratis, etiam ſi de eis facienda eſſet ſpecialis mentio, quæ hic haberi uolumus, & habemus pro ſufficienter expreſsis, cæteriſque contrariis quibuſcunque: nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſsionis conſtitutionis, & declarationis, infringere, uel ei auſu temerario contraire. ſi quis autem hoc attẽtare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Rom. apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ M CCCC LII. Pridie Kal. Octob. Pontificatus noſtri anno ſexto.

Ex quibus in hac parte indemnitati, ac proſpero ſtatui incolarum, & habitatorum huiuſmodi Regnorum noſtrorum Siciliæ citra, & ultra pharum, rationibus, & cauſis in eis expreſsis multis modis plene conſultum, atque proſpectum eſt. Noſtra propterea laudatione, & acceptatione dignum. Quocirca ſcienter, deliberate, et conſulte huiuſmodi Apoſtolicas literas, & ſingula in eis contenta tenore præſentium laudamus, & acceptamus. Decernentes, & declarantes tanti roboris, & authoritatis exiſtere, quanti ea, quæ à noſtræ Maieſtatis prouidentia legem condendo decreta, & ſtatuta ſunt. Plane circa executiones uigore contractuum huiuſmodi cenſualium faciendas: & exceptiones aduerſus eas quolibet apponendas certum, & determinatum ordinem dare uolentes. Hac ædictali legi perpetuo ualitura ſancimus huiuſmodi cenſualium contractus, ſeu inſtituta, tanquam res iudicatas nulla prouocatione ſuſpenſas promptam, & paratã executionem habere, & non ſolum contra perſonas, res, & bona illorum, qui originaliter cenſualia huiuſmodi uendiderint, hæredum ſeu uniuerſalium ſucceſſorum, ſed etiam abſque aliqua bonorum principalis debitoris diſcuſsione, contra perſonas, & bona quorumcunque ſingularium detentarum rerum, iurium, uel bonorum, ſuper quibus cenſualia ipſa fuerint ſpecialiter onerata, quandiu apud eos illorum detentio fuerit. Quæ quidem executio nullo falſitatis, nullitatis, aut alterius cuiuſuis exceptionis obiectu impediri ualeat, quomodolibet uel differri, præterquam realis ſolutionis, ſi de illa ante captionẽ perſonæ debitoris, uel eius bonorum iudicialem diſtrictionem legitime conſtiterit, authenticis documentis, uel aliis ſcripturis plenam fidem facientibus. Sed

in cauſa

in cauſa executionis huiuſmodi, in qua ſolum de allegata regalis ſolutionis exceptione, de qua ſupra diximus conſtare habeat, tractari uolumus, & ſuper cauſa inuicem prouiſionis iudicialis, contra quem inſtabitur, non audiatur appellans, ſupplicās, uel recurrens. cognitione tamen ipſius allegatę ſolutionis, ſi ea non obſtante ad ulteriora executionis proceſſum fuerit, & aliarum quarumuis exceptionum, ſeu iurium utrique parti in alia iudicij inſtantia reſeruata: Penſiones quidem huiuſmodi cenſualium: neque apud debitores, neque penes curiam, ad cuiuſuis inſtantiam emparari, uel ſequeſtrari poſsint, niſi qui ſequeſtrum, uel emparam inſtituerit, de debito prius docuerit authentico documento. Neque aliqua ex cenſualibus huiuſmodi, quæ pro redemptione rerū demanialium quouis modo alienatarum, aut pro ſubſidio, uel dono uobis, uel ueſtris ſucceſſoribus facto: & de cætero facienda uendita, ſeu onerata fuerint. Neque illorum anullitates, ſeu penſiones, per quæuis illorum emptorum, uel eorum etiam in rem ſucceſſorum crimina, uel delicta, præterquam pro crimine læſæ maieſtatis in primo capite confiſcari, ſequeſtrari, aut in cauſam pignoris, uel aliter fiſco etiam inſtante deferri, apprehēdi, aut publicari poſſint. Et ſi forte a nobis, uel a noſtris ſucceſſoribus officialibus, ſeu miniſtris noſtris, ſeu eorum quouis officio, aut poteſtate fungentibus aliqua ſuperſedimenta guidatica elongamenta moratorias, ſaluoſconductos, mandata inhibitiones, emparas, commiſsiones, euocationes, reſeruationes, prouiſiones, iuriſdictiones, abdicationes, uel ſuſpenſiones, aut alia quæuis reſcripta, ſub quauis forma, ſeu colore etiam pro quibuſcunque cauſis publicam utilitatem regnorum noſtrorum, aut commodum curiæ,

noſtræ quomodolibet cõcernentibus, etiam pro eis, qui nobiſcum aut pro noſtra republica perſonaliter militant, aut alias actu ſeruirent, aut pro aliis quibuſuis conſiderationibus, ſeu cauſis, quæ dici exprimi,& excogitari poſsint,quantumcunque urgentibus ad alicuius inſtantiã impetrari, uel motu proprio concedi contingerit:quæ executionibus uigore contractuum huiuſmodi cenſualium faciendis, directe, uel indirecte impeditiua eſſe poſſent, hac noſtra huiuſmodi ædictali lege uolumus exprçſſe decernentes, ꝙ propterea ſic uel aliter impetrata, uel conceſſa executiones huiuſmodi minime impediri, differri,aut retardari poſsint. Quinimo eis non obſtantibus executiones ipſæ ſuum debitum ſortiantur effectum pœna unciarum auri centum, quæ neque remitti,neque componi poſsit pro uirilibus inter fiſcum, & creditorem huiuſmodi executionem proſequentem diuidenda,tam impetrantibus,quam prçſentantibus:& etiam iudicibus ſi illa forſitan admiſerint uicibus ſingulis imminente. Præterea diſpoſitionibus Apoſtolicis ſuperius inſertis inhærentes,uolumus,atque decernimus,res,bona,uel iura,ad præſtationem huiuſmodi cenſualium obligata propter penſiones eorum, ſtatutis terminis non ſolutas, uel huiuſmodi rerum iurium, uel bonorum deteriorationem, aut eorum alienationem, uel alias minime incidere in commiſſum quibuſcunque pactionibus contrarium initis: etiam pœna, aut iuramento: firmatis poſsidentibus ullo modo. Et ut prædicta a nobis ſuperius conſulto, & deliberate promulgata perpetua ſubtilitate ſubſiſtant per nos, & noſtros hæredes,& ſucceſſores quoſcunque huiuſmodi cenſualium emptoribus, & eorum in rem ſucceſſoribus promittimus:et fidem publicam pollicemur: ea

omnia

omnia, & eorum ſingula tenere, & inuiolabiliter obſeruare, & obſeruari facere. Et contrafacere, uel uenire, aut quouis reſpectu, uel colore aliquid eorũ ullo unquam tempore immutare. Atque ita uniuerſis & ſingulis Regiis officialibus, tam ordinariis, quam delegatis, & aliis quibuſcunque quouis nomine, officio, iuriſdictione, & poteſtate fugientibus præſentibus, & futuris dicimus, & diſtricte præcipiendo mandamus ſcienter, & expreſſe, quatenus noſtram huiuſmodi ædictalem legem, atque omnia, & ſingula a nobis ſuperius acceptata, laudata, decreta, & promulgata, inuiolabiliter teneant, & obſeruent, exequantur, & compleant, ac teneri, & obſeruari, exequi, & compleri faciant per quoſcunque omni obſtaculo, & quibuſuis impugnationibus reiectis, & funditus repulſis, & non contrafaciant, neque aliquem contraire permittant, quauis ratione, uel cauſa. Vt autem præſens ædictalis lex, omnia quoque & ſingula præſcripta omnibus innoteſcant. Iubemus ea in ciuitatibus huiuſmodi Regnorũ inſignibus per loca ſolita uoce præconia, aut per ædictum publice diuulgari, in quorum teſtimonium præſentes fieri iuſsimus, noſtro communi pendenti ſigillo munitas. Dat. in Turri Octaui, die vigeſimo menſis Octob. anno a natiuitate Domini M CCCC II. Regni huius noſtri *Siciliæ* citra pharum anno XVIII. Aliorum vero Regnorum noſtrorum anno XXXVII. R.

ALPHONSVS Dominus Rex, præcedẽte eius Conſilij deliberatione mandauit mihi Aranaldo Fonoledam, & viderunt Valentius Clauer. Vidi Rodoricus Falco. M. Ricius. Iacobus de Pilaya aduocatus fiſci. P. Regñ patron. conſeruator generalis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 ☞ *Alphonſi Regis origo.*
2 *Aragona progenies quàm ſapienter dominabatur.*
3 *Sapientia debet eſſe in Regibus.*
4 *Rex debet ita ſe gerere, ut diligatur à ſubditis.*
5 *Iuſtitia in regibus debet eſſe.*
6 *Clementia debet eſſe in rege.*
7 *Mediocritas ſemper laudatur.*
8 *Rex à Deo procedit.*
9 *Regis cor in manu Dei eſt.*
10 *Reges habent duos angelos cuſtodes.*
11 *Angelum non eſſe cuſtodem hominis ſunt qui dicunt.*
12 *Rex dicitur ſacer.*
13 *Rex ungitur.*
14 *Reges quomodo hominibus dati.*
15 *Cometa apparet, & denotat mortem regum.*
16 *Princeps in omni congregatione debet eſſe.*
17 *Reges ſunt dati nobis propter peccata.*
18 *Legum conditores omnia in Deum retulerunt.*
19 *Rex habet poteſtatem condendi leges.*
20 *Legis conficiendæ poteſtas, cur regi conueniat.*
21 *Legis officium quale eſſe debet.*

1 ALPHONSVS, Dei gratia Rex. Tria hæc uerba in textu poſita, & per nos principaliter aſſumpta, uelut primaria Rubrica noſtri operis, non putes (diſertiſsime lector) abſque magna cauſa eſſe appoſita. Primum enim legiſlatoris proprium nomen proculdubio eſt: Sicut enim Græcorum leges conditorum nomina expreſsim continebant, qualia fuerunt, Minois, Lycurgi, atque Solonis, aliorumue cuiuſuis nationis legislatorum,

pariter

pariter & nomina præmittebantur. ita & hic ſapientiſsime factitatum uides. huius igitur ſapientiſsimi legiſlatoris nomen, Alphonſus appellatur, Aragonus, in filium autem adoptatus per Reginam Ioannam huius Regni tunc Dominam, & Reginam, & poſt aliquot annos mutabile Reginæ ingenium animaduertens in arce Neapolitana eam obſedit. Illa implorato Sfortiæ auxilio Alphonſum fugauit, tandem potita Ludouicum Ludouici Andegauēſis filium inſtituit hæredem: quam quidem inſtitutionem prius Alexand. v. & deinde Ioan. xxiij. probatam, Martinus rurſus ratam habuit, reclamante Alphonſo. Interim moritur Ludouicus, cui Rennatus frater a Ioanna ſubrogatur, cum qua regnauit annos ſex. Tandem ab Alphonſo pulſus in arcem nouam primum ſe recepit. cumque Genuenſes amici aliquot nauibus fruſtra auxilium tuliſſent, Florentiam, deinde Piſas, inde Narbonę peruenit, vbi conſeneſcens non longe ante hoc tempus deceſsit uir in omni fortuna feſtiuus, uacuuſque a curis, & qui quondam late dominabatur, nam præter Regnum Neapolit. Andegauenſibus Lothoringiæ, ac prouinciæ fere toti imperabat, ad extremum amiſſo filio Ioanne ſine liberis moriens titulum, iuſque regni Neapolitani Carolo ultimo eius nominis Gallorum Regi eius neceſſario reliquit: Alphonſus igitur inter noſtri ſeculi proceres maxime eminuit, non ſolum armis, ſed etiam ſapientia ſummis uiris comparandus, cuius dictis, factiſue priuatim uolumen dicauit Antonius Panormitanus, deceſsit iam ſenex anno regni Italici XXII. ſalutis MCCCCLVII. Ferdinandus eius filius nothus regno iam Eugenio inſtitutus ſucceſsit diadematis inſignibus a Latino

Vrſino legato ſuſceptis. vt legitur his verbis apud Rapha. Vola.lib.vi. Geo. & commemorat temporibus noſt. Do. Mari.Fri. in tracta. de ſub fe. baro.
2 lib.i.in tit. de Anti.ſta.regni nume.38. Multo deinde tempore Sereniſsima Aragona progenies, Regni huius regale ſceptrum tenuit, ſumma quidem cum ſapientia, quam quidem per neceſſariam eſſe regibus, Vegetius libro primo de re mil.apertis uerbis oſtendit. (nullus (inquit) eſt cui ſapientia magis congruat, quam principi,cuius doctrina omnibus debet prodeſſe ſubiectis.) nam ſapientia(ut inquit Policrates lib.iiij.& vij.)fecit Romanos denominari. Romani, inquit uiguerunt quandiu literati fuerunt. Sed ex quo uirtus literarum in eis languit,
3 ex tunc manus armata infirmata eſt,& cecidit principatus. Idem enim Policrates libro ſexto refert, ꝙ ob id, Traianus olim hortabatur Regem Francorum,ut filios ſuos in artibus liberalibus erudire iuberet.nam Rex inſipiens perdet populum ſuum, ut Eccle.decimo & ſapiens multiplicabit eum. Summa rurſus cū dilectatione erga ſubditos, quod qui-
4 dem proprium eſt Regum, inquit enim Seneca, ſi uis amari,ama,& Helinandus dicebat, quòd ita decet principem uiuere, ut a ſubditis diligatur, & ſic ſuos diligat, ut etiam pro ipſis mori non timeat, ſicut Codrus Athenienſium Rex, pro uictoria populi ſui,ſeipſum morti tradidit, mutato enim habitu Regio,fragmenta colligens, caſtraque hoſtium ingreſſus,a milite interfectus eſt,ob quod dicere Traianus Romanorum Imperator ſolitus erat. Talem priuatis Imperatorem eſſe oportet, quales priuatos ſibi optat habere.de Alexandro Magno legitur, ꝙ uidens militem Macedonem præ nimia ſenectute frigore ſtupefactum, de ſede ſublimi deſcendit, &

ſuis manibus eum in ſedem poſuit. Magna inſuper cum iuſtitia (ut proprium Regum eſt) dicitur enim Sapientię. i. Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram. inquit enim Hieronymus, iuſtitia quaſi aurea uirtus curatiua eſt morbidarum ægritudinum, quia punien do tollit ſcelera, & peccata, atque putridas carnes, & ſcabioſas curando abradit. & Auguſtinus in lib. de duodecim abuſionum gradibus ſic dicit, quãtum iuſtitia Regis ſeculo ualeat intuentibus perſpicue patet. eſt enim pax populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, munimen gentis, cura languorum, lætitia hominum, temperies aeris, ſerenitas maris, terræ fœcunditas, ſolatium pauperum, hæreditas filiorum, & ſibimet ipſi (ſcilicet principi) ſpes futuræ beatitudinis. apud Platonem autem lib. 3 1. Dialo. i. de repu. uel de iuſto. ſic ſcribitur (ſeditiones nanque traſymache, iniuſtitia, inimicitias, contentioneſque

6 parit: iuſtitia uero, concordiam, & amicitiam) nec clementiam defuiſſe in hac Sereniſsima progenie putandum eſt: Adeo enim leges, iudicia, cunctaque hiſce temporibus temperate, clementerque fiebant (ut ſcripta undique fatentur ꝙ) nec iuſtitia deeſſe ui debatur, nec clementia, & miſericordia deficiebant punctum enim & ſi cuncti philoſophi arbitrati ſunt, perdifficile eſſe aſtringere ſola hæc progenies faciliter adinuenit. Authore enim Ariſtotele, ſi quando medium conſequantur homines, ius ſuum ſe putent obtinere poſſe. ac mediocritatem, quæ ab Homero demonſtrata eſt, maximopere extulerunt Peripatetici. omnia enim temperata introducit in fortibus uiris Homerus, & Vlyſſes plane reiicit nimia, ac mediocria probat, cum ſe Diomedem ualde, uel laudare, uel uituperare uetat, & ad propoſitum Ouidius in his carminibus inquit lib. iii. de triſtibus.

Qui

Qui cadit in plano (uix hoc tamen euenit ipſum)
Sic cadit, ut tacta ſurgere poſsit homo:
At miſer experior tecto delapſus ab alto
Occurrit regi flebilis umbra ſuo.
Quid fuit ut tutas agitaret Dędalus alas?
Icarus immenſas nomine ſignet aquas?
Nempe ꝙ hic alte, demiſsius ille uolabat.
Nam pennas ambo non habuere ſuas.

7 Semper enim rectum conſilium Senecæ, & laudabile omnibus uiſum fuit, atque uidetur, de mediocritate non deſerenda, quam qui deſerunt, malos exitus plerunque habent:

Quiſquis (inquit) medium defugit iter
Stabili nunquam tramite curret.
Dum petit unum præbere diem
Patrioſque puer concitat axes
Nec procul ſolitum percurrit iter
Sed phæbeis ignota ſecat
Sydera flammis errante rota.
Secum pariter perdidit orbem.
Medium cœli cum peregerat iter.
Tenuit latias Dædalus oras
Nullique dedit nomina ponto.
Sed dum uolucres uincere ueras
Icarus audet, patriaſque puer
Deſpicit alas? Phæboque uolat
Proximus, ipſe dedit ignoto
Nomina ponto
In Hercul. œteo

Quid uero dicam de bona uita, rectaque conſcientia, ac de charitate erga pauperes, & Deum? Si Neapolim inceſſeris uidebis tot Eccleſias per hanc ſereniſsimam progeniem a fundamentis erectas, tot loca pia ad uſum pauperum, tot mirifica opera

ad Chriſti cultū ordināta, ut merito ex his fructibus cognoſces hæc omnia, his enim temporibus ſemper tuebatur Eccleſia, infeſtantes eam ſubuertebantur, pax ſeruabatur in terris, & ſi omnia uellem recenſere, utique non aliam materiam aggredi oporteret.

8 Secundum uerbum in noſtra rubrica poſitum, eſt, Dei gratia, quod quidem, non ſine cauſa, poſitum eſt, eo, quia reges non niſi a Deo procedunt, iuxta illud Prouerb. cap. 8. (per me reges regnant, & le-
9 gum conditores iuſta decernunt.) Hinc cor regis in manu Dei eſſe dicitur, & ubi uoluerit inclinabit illud. ut habetur in epiſtola inter claras. C. de ſum.
10 Trinit. & fid. catholic. Hinc etiam reges habent duos angelos cuſtodes, unum ratione ſuarum ſingularum perſonarum, ſicuti habent cæteri homines, de quo Matth. 18. (videte ne contemnatis unum ex his puſillis, dico enim uobis, quia angeli eorum ſemper uident faciem patris mei, qui in cœlis eſt.) A Deo enim humana natura digna fuit, ut ei ſeruiat angelica natura. ſecundum gloſ. in l. cognitionum. ff. de uar. & extraor. cogni. & glo. in cap. Matth. 18. planius dicit, (magna eſt dignitas animarum, vt unaquæque ab ortu ſuæ natiuitatis in ſui cuſtodiam habeat angelum deputatum) Item Eſa. 62. (ſuper muros tuos Hieruſalem cuſtodes) item Eccleſ. 17.
11 in unamquanque gentem præpoſuit rector. i. Angelos, licet ex aduerſo ſint qui dicant nec uerum eſſe, quod angelus ſit deputatus cuſtos animæ, adducuntque dictum beati Auguſtini in lib. 83. quæſ. 51. in his uerbis (mentem ſanctam imaginem Dei dicunt. quæ nulla interpoſita ſubſtantia a prima ueritate formatur) ergo dicunt iſti, nec interpoſito angelo, ſed cuſtos huiuſmodi prẹponitur cuſtodito ergo angelus non eſt cuſtos animæ ſaltem quantum

ad mentem. Item adducunt illud Iob.vij. (quid faciam tibi o cuſtos hominum) ita enim dixit Iob ad Deum, Deus ergo eſt cuſtos hominum, & ſic non angelus. Item illud pſal. (niſi dominus cuſtodierit ciuitatem &c.) cum ergo Deus ſit ſufficientiſsimus cuſtos non uidetur, ꝙ ponatur alius cuſtos. Item dicunt, ꝙ ſicut homo gerit imaginem Dei ratione bonitatis, & ſapientiæ. ita ratione potentiæ. Vnde Geneſ.i. poſtquam dictum eſt, faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. ſtatim ſubiungatur de potentia. & præſit piſcibus maris. Sed inter imaginem. & illud cuius eſt imago nihil interponitur. ergo inter hominem inquantum gerit imaginem Dei in potentia, & Deum, nihil eſt medium: Imo immediate eſt ſub Dei poteſtate: ſed cuſtos habet poteſtatem ſuper cuſtoditum. ergo angelus non eſt cuſtos hominis, ſiue non habet poteſtatem cuſtodiendi, & ſi dicatur (dicunt iſti) ꝙ angelus præeſt homini, ut cuſtos ex parte cognitiuæ, quia inſtruit eum, & docet in multis; ſed non præeſt ex parte motiuæ. quia non dat ei ſuam perfectionem, quæ eſt gratia, ſed Deus immediate: & ſic intelligatur authoritas Auguſt. 83. q. contra hoc eſt quod ſequitur in authoritate, ab ipſa ueritate formata, ut uis fiat in uerbo. Veritas enim in quantum huiuſmodi intelligitur de immediatione Dei ad mentem quo ad cognitiuam. Præterea ſicut homo eſt imago Dei quo ad potentiam motiuam, & ita ſecundum cognitiuam. ergo ſi vtrunque nihil eſt medium inter mentem, & Deum. ergo nec angelus. Item dicit Auguſt. ſuper Gene. ꝙ ſicut agricolæ non dicuntur creatores frugum quanuis multas præparationes faciant ad producendas fruges: ita nec angeli dicuntur creatores, quia ſcilicet nulli rei dant formam, quamuis ſæ-

pe

pe ad formam ſua operatione præparant & diſponunt. ſicut ergo angelus non dat motiuæ potentiæ ſuam perfectionem, vel formam completiuã, vel gratiam ſiue Amorem ſummæ bonitatis: Ita nec potentiæ cognitiuæ dat ſuam perfectionem vel completionem, id eſt ſummæ virtutis cognitionem: ſed vtrique potentiæ datur perfectio a Deo immediate: ergo quo ad hoc æqualiter ſe habent immediate ad Deum ambæ potentiæ. Sed ad prædicta obiecta reſpondet Alexan. de ales par2. q.21.tit.de cuſtodia Angeli: ar. 1. & quo ad primo dictum Augu. dicit ipſe ꝙ ſolet dici quod mens communiter accepta habet duplicem uim: ſuperiorem quæ dicitur intelligẽtia qua cognoſcit creatorem. & de hac intelligitur authoritas aug. & inferiorem ſcilicet intellectum. ſcilicet qua cognoſcit creaturas. & de hac non intelligat: & quo ad iſtam, uerum eſt quod habet angelum cuſtodem: demum dicit quod aliter uidetur dicendum, quod ſecundum utranque uim Angelus habet cuſtodiam hominis, ſiue aliquam rationem cuſtodiæ: uerum eſt tamen quod ſecundum plus deſcendũt potentiæ ſecuudum hoc plus eſt ibi de ratione cuſtodiæ. ad authoritatem Auguſtini reſpondetur, faciendo uim in hoc quod dicitur formata. dicimus quod quælibet uis animæ. & motiua, & cognitiua, & ſuperior, & inferior, immediate a prima ueritate formatur ſcilicet forma ultima.i. perficitur ultima complectione, nihilominus tamen Angeli habent potentiam præparandi & diſponendi aliquo modo quamlibet animæ potentiam ad ſuam ultimam completionem: & quo ad hanc potentiam uel poteſtatem habent ipſi cuſtodire, & illud plane habetur in glo. ſuper illud manus

tuæ fecerunt me & plaſmauerunt me. Vbi dicitur ſolus Deus dat intellectum. & ſi aliquando mediante Angelo, ut Danieli cui dixit Angelus, ego ueni tibi intellectum dare, Deus tamen qui lux eſt, per ſeipſum illuminat pias mentes: & ſi aliquando utitur miniſterio Angelorum. Ita enim dicitur intellectum dare homini. ut quiſque dicitur dare lumen domui cum feneſtram facit, cum eam ſua luce non illuſtret. Ad aliud pro obijcitur de imagine quæ eſt in homine ratione potentiæ. dicendũ eſt, quòd quãdo dicitur præſit piſcibus, &c. non loquitur ibi, niſi de poteſtate hominis ſuper corporales creaturas, ut patet ex textu: unde iſta potentia quæ eſt in homine ſecundum quòd eſt ad imaginem Dei non dicitur qua poſsit ſuper angelum. ſed ſuper Irrationales creaturas. Vnde non obſtat quin Angelus habeat aliquam poteſtatem ſuper eum. ſi autem iſta potentia eſſet talis, quòd per eam poſſet ſe homo cuſtodire & regere, non habens indigentiam ut cuſtodiatur, ualeret ratio iſta, ſed non ſic eſt, quia homo ſemper indiget dũ eſt in uia. Ad illud quod dicitur. quòd inter imaginem & illud cuius eſt imago nihil eſt mediũ ſoluitur per prædicta, dicendo quòd nihil eſt medium quo ad perfectionem ultimam eſt, tamen aliquod medium præparans & diſponens eandem imaginem adhuc informem ad ſuam ultimam perfectionem: Dicimus etiam quòd animam cuſtodit & Deus & angelus, ſed differenter: Deus quidem Authoritate: Angelus uero miniſterio. ſecundum illud hæbre. 1. omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus &c, & licet Deus ſit ſufficiens ad cuſtodiendũ ſine miniſterio: angelus tamen cuſtodit propter ſeruandum ordinem rerum, cuiuſmodi ordo eſt

Dei

Dei ad angelū & angeli ad hominem. ſicque ue-
rum eſt homini datum eſſe angelum in cuſto-
dem. Alterum habent angelum Reges (redeun-
do ad rem unde diggreſsi ſumus) ratione digni-
tatis uel officij regalis, ſeu prælaturæ; ut de He-
liſeo legitur. 4. reg. quod Angelorum multitudi-
12 nem ad ſui defenſionem habuit. Sunt enim re-
ges ſacri, & more Aegiptiorum (ut refert Plato
in lib. Ciuili uel de regno) non poterant reges
creari niſi eſſent ſacerdotes, ſacrorumque miſte-
riorum antiſtites, & ut poſe ſacris ne quando con
taminarētur non permittitur in delictis ubi de cæ-
13 dæ, exilio, & Carcere agitur intereſſe. Et ideo
non ſine cauſa Rex ungitur ut habetur in cap. 1.
de ſac. vn. & per Abba. in cap. intellecto de iur.
iuran. ſic enim fieri præcepit dominus in creatio-
ne regum, ut Samuel. lib. 1. cap. 9. (porro pridie
quam ueniſſet Saul, indicauerat dominus Samue-
li ad hunc modum (cras iuxta iſtud tempus mit-
tam ad te uirum de terra beniamin, quem unges
in principem ſuper populum meum Iſrael.) &
ideo non immerito dixit Io. Chriſo. de uerb. Eſa.
vidi dominum homil. 4. (rex quum eſſet, ſacerdo-
tij principatum uſurpat) hinc & gothi proceſſu-
ri in prælium, equos ad aras immolare: quorum
abſciſſa capita, contiſque excepta, ſubiectis ſtipi-
tibus diſtentos faucium rectus ante acies præfe-
rebant. nec tantum uictimas aute bellum, uerum
etiam poſt ſuperatos hoſtes hoſtias immolabant,
magnificoſque ludos in honorem deorum facie-
bant: in quibus effœminati corporum motus, ſce-
nicique mimorū plauſus, ac mollia nolarum, fuit
ærium crepitacula oſtendebantur. hæc & alia exi-
mia ſacrificiorum genera potiſsimum faciebant,

ut diis iuuantibus nulla bellorum ut ſuperari poſſent præerant his ſacris diſparium graduum ſacerdotes, Pontifices, Archiflamines, flamines, ſalij, Augures: quorum primis, utpote pontificibus, permiſſa erat par cum Regibus poteſtas, tantaq; Auctoritas, ut quicquid illi uel ſuaderent, uel iuberent quaſi de Cœlo ſonuiſſet, mox ipſe populus exequeretur; ſicque & gothorũ ritu Reges quaſi a Deo miſſos creditur nec obſtat quod plures ſunt
14 qui dicant Reges a iure gentiũ proceſsiſſe. Quia reges a Deo hominibus ipſis. i. poſtulantibus dati ſunt; Vt Samuel.c.8.lib. 1. dixeruntque ad eum (.ſ. Filij Iſrael ad Samuelem) en tu ſenuiſti, & filij tui non incedunt in uijs tuis, conſtitue igitur nobis regem, qui nos iudicet iuxta morem omnium gentium) ſicque & gentes petierunt reges, a Deo tamen dati ſunt. In principio enim dum natura humana non erat ita obſcurata conſuetudine peccandi, uiuebant homines in ſimplicitate, quibus non erat opus alia explicatione, nec ut conſtitutione ſcripta regerentur, creſcente tamen poſtea in dies malitia hominum, iam aliqui efficiebantur propter peccandi conſuetudinem. ita proterui, ut ad eorum correctionem non ſufficeret ius naturale, nec etiam monitio ſeniorum, ſed cum deuenirent ad bella, lites, & libidines, erat opus diſciplina legum, & ob hoc incæperunt fieri conſtitutiones, ut dicit text. in §. natura in auth. qui. mod. nat. effi. ſui. & hoc tempore gentes cum pro maiori parte eſſent pronæ ad bonum, faciebant ſibi ipſis conſtitutiones ad cohertionem malorum & proteruorum, & iſtud dicebatur ius gentium ſecundarium, ideſt, quo gentes conſti tutione ſua ſcripta gubernantur, & iſto tempore etiam

quæ-

quælibet ciuitas faciebat ſtatuta ſua particularia; iuxta mores ſuos, & hoc dicitur ius ciuile ipſius ciuitatis uel populi. inſtit. de iure natu. §. nam quod, ſed iuxta exemplum Auguſtini in 1. lib. de lib. arbi. cum eo tempore populus & homines erant bene moderati & graues, cõmuniſque utilitatis diligentiſsimi cuſtodes, ideò per eos rectè lex ferebatur, per quam reſpublica adminiſtraretur. Sed cum poſtea gentes & populi effrenati, incæperint uenale ſuffragium, & regimen flagitioſis ſceleratiſque committere, Deo permittente iuſtum fuit, quod iſta poteſtas ad paucorum ueniret arbitrium. Hinc etiam adeo uerum eſt, Reges a Deo procedere, quòd tempore mortis eorum datur in cœlo ſignum, quo ſignificatur eorum mortem cito debere eſſe, apparet enim Cometa, quo fertur ſignificari mortem Principum, ſed alias ſignificationes habet apparitio Cometæ, nam Cometes eſt exhalatio terreſtris, calida, & ſicca, pinguis, & uiſcoſa, uirtute aſtrorum ad ſupremam aeris partem eleuata, & ibidem incenſa, licet ſint qui dicant Cometã, exhalationem ſubtilem, non inflammatã, ſed lucentem, a lumine ſolis et aſtrorum in ipſa incorporato: generatur hæc exhalatio actione aſtrorum in uiſceribus terræ: maxime dum pori per frigus aſtringuntur, & egreditur cum per calorem reſoluuntur; non autem tota ſimul eleuatur, ſed pars poſt partem aſcendit, & nouæ, continuæ generantur, a quibus etiam Cometes in ſuperioribus nutritur diutius, & ipſis impeditis deſinit citius. diuerſificantur autem in quantitate, figura, & colore, ſecundum materiæ differentiam, unde ſi materia in medio bene compacta, in extremitatibus

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

uero circum quaque rara fuerit,uidetur quaſi aſtrū criminoſum. Si autem materia equaliter ſpiſſa,ſed in longum protenſa ſit, ut caudata ſtella apparet, ſi autem cauda corpore rarior fuerit, cernitur ut ſtella barbara. Raritas etiam & denſitas materiæ colorem uariant, ſecundum Aſtrologos autem Cometa de natura Saturni, cerulei, aut plūbei coloris eſt, quæ autem de natura Iouis, alba ad inſtar argenti lucidi uidetur, & quæ de natura Martis, rubea, quæ de natura Solis, ut aurum argento mixtum apparet: quæ de natura Veneris ſpiſſa,ut nubes cernitur. Mercurius autem Cometem ſuum ceruleum demonſtrat. Cauda etiam & caput draconis,& aliorum conſtellationum naturæ mutationem in his facere dicuntur, mouetur Cometes ad motum continentis aeris, per diem naturalem circuendo terram,ſignificationes Cometarum (ut dixi) ſunt uariæ, generaliores autem ſterilitates, peſtilentiæ, & ſeditiones, ſterilitas quidem maximè ubi ſiccitas, & caliditas inter ſe nocere poſſunt. Hę enim Cometam & antecedunt, & ſequuntur priuatur etiam terra eo tempore cōmuniter omni fecundo humore. in terris autem paludinoſis ſequitur quandoque fertilitas, peſtilentiæ autem ſequuntur, nam cum ſubſtantia Cometæ, quæ ſubtilis eſt, & bene digeſta, aliæ exhalationes ſegregatæ tanquàm impuriores & uenenoſæ eleuātur unde & tēpore Cometæ ante aut poſt, uentus, terremotus, & ignitæ impręſsiones plurimę fiunt,ex his itaque aer infectus & continuo inſpiratus, uitalē ſpiritum debilitat, & tandem extinguit, ratione etiam ſiccitatis homines incendit. Mortem autē principium(ut dixi) Cometa fortaſſe ex eo ſignificare dicitur, quod

princeps ut magis delicatè uel intemperati ab ae-
25 re corrupto citius inficiuntur. Eſt enim ſummè
neceſſarium & condecens, ut in omni conuentu
atque communitate quaruncunque rerum geren-
darum princeps ſit, ut teſtatur diuinus ille Plato in
Dialo. 1. & de legi. x. col. & idem Plato Dialo. 3.
de legibus inquit adeo principatum eſſe neceſſa-
rium, & ſecundum naturam, quod etiam in ani-
malibus (vt experientia docet) principatus ipſe
reperitur. Inquit enim apoſtolus ad Roma. om-
nis anima poteſtatibus ſubdita ſit, non enim eſt
26 poteſtas niſi a Deo. Sed licet uerum ſit, Re-
ges a Deo hominibus datos, non eſt, quin no-
ſtrorum peccatorum moles id efficeret, ut magis
puniremur, indieſque perpetuis ærumnis ac nun-
quam ceſſantibus laboribus, & afflictionibus
præmremur, & affligeremur, ut legitur Samuel,
eo. lib. 1. cap. 8. (hoc erit ius regis qui regnabit ſu-
per uos, filios ueſtros accipiet, & ponet eos ſibi
in currum ſuum, ut ſint equites eius & currant an-
tè currum eius, ponetque eos ſibi in tribunos, &
quinquagenarios, & qui arent agros ſuos. & me-
tant meſſem ſuam, atque qui conficiant arma
bellica, & inſtrumenta currus eius, filias deinde
ueſtras tollet, ut ſint unguentariæ cupedinariæ, &
piſtrices. agros quoque ueſtros, uineta ueſtra, &
oliueta ueſtra optima tollet, & tradet ſeruis ſuis,
ſemina ueſtra, & uineas ueſtras decimabit, da-
bitque eunuchis ſuis ac ſeruis ſuis, ſeruos ueſtros,
& ancillas ueſtras, iuuenes quoque ueſtros elegan-
tes & aſinos ueſtros accipiet, illiſque ſua opera cō-
ficiet quin & gregē ueſtrum decimabit, eritiſque
ei ſerui; & clamabitis eo die propter regem ue-
ſtrū quem elegiſtis uobis, & dominus non exau-

dicet uos illo die) ue igitur & populis qui ſub Rege impio & non conſcientiæ rectæ ſubſunt, ſed ſi uerum eſt & regem a Deo datum, habereque de eo ſpecialem curam, conuenienter duriores pœnas patietur ſi non bene datum gregem cuſtodiet, ſecundum Plato. in gorg. uel de rhetorica. Alia etiam ratione, dicitur in textu, Dei gratia, quia uolens ſapientiſsimus hic legislator hanc legem condere, Dei nomen interponit, omnes enim illuſtres conditores legũ, inuentionem legũ in Deũ, ſed per diuerſa nomina, atque media retulerunt. Zoroaſter Bactrianis perſiſque legem tradens, in Horomaſim retulit, Triſmegiſtus Aegiptijs, in Mercurium, Moyſes Iudæis rectiſsime in patrem totius naturæ Deum, Minos cretenſibus in Iouem, charondas Cartaginenſibus, in Saturnum, Lycurgus Lacedæmonijs in Apollinẽ, Draco & Solon Athenienſibus, in Mineruam, Pompilius Romanis, in Aegeriam, Mahometus, Arabibus, in gabrielem, Zamolxis Scithis, in ueſtam, Plato Magneſiis & ſiculis, in Iouem, & Apollinem, arcadibus autem, & Thebanis, & Cyrenaicis leges poſtulantibus denegauit, ut refert Marſi. Ficinus in argumen. Plato. in minos uel de lege nedum enim nomen Dei in quolibet opere interponi debet (ut hic) ſed ante omnia præponi & inuocari, ſecundum Platonem lib. 34. Critias uel Alanticus, inquit enim) Deum in primis ad ciuitatis conſtitutionem inuocemus, qui utinam audiat, exaudienſque propitius, & benignus nobis aduenıat, unà nobiſcum ciuitatem, & leges exornaturus) ſequitur tertium uerbum, quod eſt Rex, nam ut omnibus pateat hanc legem Ab habente poteſtatem legis Condendæ eſſe conditam regiam poteſtatem expræſsit, le-

gum

gum enim latiũ ad dignitatem regiam pertinet, ſecundum Plat. lib. 6. de regno. & habetur inſt. de iure natura. §. Sed quod principi. nec immeritò poteſtas condendi legem trãslata uidetur. inquit enim ſatis pulchre' Marſi. Fi. in arg. Plato. in lib. 5. ciuilis uel de regno, quia abſoluta utriuſq; vitę perfectio, tot tantiſq; & tam uarijs adminiculis indiget, vt neq; à paucis quibuſdam, neque etiam à multis hominibus, ſed ab uniuerſo ſimul hominum genere duntaxat poſsit expleri, fieri enim non poteſt ut tam diuerſæ gentes per media tam diuerſa ad vnũ omnium communemq; finem perducantur, niſi ab vno, per vnam quandam legem cũctos in vnũ pariter cõducente. quemadmodum neq; fabri miniſtriq; genere ſimul atque ingenio longe inter ſe diſcrepantes, materias admodum varias ad formã vnam ædificij conferentes, in vnum vnquam cõmode' congregabunt & cõſtruent opportune', niſi ab vna quadam Architecti vnius lege regantur, quapropter non iniuria Plato cum regem quæreret mundi monarcham, principio architectum produxit in medium.

18 Legiſque inſuper regiæ officium quale eſſe debeat ſatis bene annotatum reliquit diuinus Plato dialo. nono. de legi. in hæc uerba, (profectò legum optimarum officium eſſe dicimus, ita animos hominum inſtituere ut oderint iniuſtitiam; iuſti verò natura uel diligant, uel ſaltem non oderint: ſiue uerbis ſeu operibus legiſlator id aſſequatur, ſeu uoluptate ſiue dolore, uel honore, uel infamia, aut pecunia mulctando aut donis, aut alio quouis modo id faciat, quos uerò inſanabiles legiſlator eſſe ſenſerit, ultimo ſupplicio hos afficiet, non ignorans ſanctius fore his qui inſanabiles

biles ſunt, mori quàm uiuere, ac ſi uita priuantur, dupliciter prodeſſe cęteris, nam horum exempla, à peccato cęteri deterrentur, & improbis hominibus ciuitas ipſa mundatur hac de cauſa inſanabiles homines morte legis conditor plectet, alia minime) legis enim huius officium tale proculdubio eſt, nam uidens legislator uſuram diſtrictiſsime prohibitam,ut remoueret habenas ab alijs illicitis & uſurarijs contractibus permittit, ut cenſualē cōtractum facere poſsint, (licet nonnullis placuerit eſſe penitus uſurarium) hoc autem non ad alium finem,niſi quia permiſſa non illaqueant animas ad damnationem,& à non permiſsis propter permiſſa abſtineant: fieri enim non poteſt ut in omnibus & quo ad omnia homines natura proni ad malū potius quàm ab bonū coerceautur à malo, ut pulchre idem diuinus Plato in lib. 16. ciuil. uel de regno diſſeruit, quoniam lex (inquit) nequit quod optimum omnibus eſt & iuſtiſsimum ſyncere cōprehendendo,ſemper ita,ut operęprecium eſt,pręcipere quando hominum actionumq; diſsimilitudo, inſtabiliſq; rerum humanarum conditio, facit ut ars nulla ſimplex quicquam,et in uniuerſum de omnibus, perq; omne tempus ualens conſtituere poſsit,quædam enim prorſus lege uetantur,quædā permittuntur, quædam ſilentio omittuntur, quædam enim partim uetantur,& partim permittuntur,permittitur igitur hac lege contractus cenſualis,ut de cętero homines eum celebrantes, non pec cent, & ut hunc celebrantes ab alijs illicitis cōmertijs et contractibus uſurarijs abſtineant, quod quidem an licite fieri potuit? dicā latius infra in uerbo Nicolaus Epiſcopus.dicit enim Cicero lib. 2. de legi. legem neq; hominum ingenijs excogitatam,
neq;

neq; ſcitum aliquod eſſe populorum: ſed æternum quiddam, quod vniuerſum mundum regeret imperandi, prohibendiq; ſapientia ita Principem legē illam, et ultimam mentem eſſe dicebant omnia ratione aut cogentis, aut uetantis Dei.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Bulla quid ſit. & nu. 2.*
3 *Literæ apoſtolicæ tantum dicuntur bullæ.*
4 *Falſitas bullæ qualiter cognoſcatur, & nu. 5. 6. 7. 8. 9. 10.*
11 *Literæ contra ſtilum non ſunt exequendæ & nu 15.*
12 *Regi atteſtanti de non uitio literarum credi debet. & n. 46.*
13 *Vitiatum & ſuſpectum qualiter differant.*
14 *Vitium qualiter fiat.*
16 *Clauſulæ ſuperfluæ arguunt dolum, & nu. 17.*
18 *Simulatio præſumitur ex magnitudine pretij.*
19 *Clauſula uendidit uerè, & non in fraudem uſurarum reddit contractum ſuſpectum.*
20 *Superfluitas reprobatur. & nu. 21. 22. 23.*
23 *Exceſſus & defectus uitium eſt.*
24 *Defectus etiam uitium eſt.*
25 *Litera ſine loco dicitur uitiata.*
26 *Idem ſi non eſt indictio.*
27 *Reſcriptum non ualet ſi omnia non exprimantur.*
28 *Teſtis falſarius dicitur etiam ille qui diminutè loquitur.*
29 *Falſi pœna tenetur qui facit aurum de minori liga.*
30 *Vitiatæ quando dicantur literæ.*
31 *Literæ quæ dicantur.*
32 *Suſpitio quid ſit.*
33 *Raſura an uitiet.*
34 *Raſura diligenter & bene facta quando uitiat, & quando non. 36. & 37.*
35 *Notarius ſi atteſtatur de raſura quid operetur.*
38 *Raſura non uitiat ſi roboratur uiua uoce teſtium.*
39 *Inſtrumentum cenſus habens uitium non habet exequutionem paratam.*

40 *Raſura unius inſtrumenti non uitiat alterum.*
41 *Falſificans literas Papæ eſt excommunicatus. & 42. & 43.*
44 *Falſi crimine an teneatur ſcriptor apoſtolicus utens bullis imperfectis.*
45 *Falſum committit, qui aufert plumbum de literis apoſtolicis.*
47 *Regi atteſtanti de facto alieno an credatur. & 48. 49. 50. & 51.*
52 *Verba enunciatiua quando dicantur emiſſa propter ſe, & propter aliud.*
53 *Regi atteſtanti de facto proprio an indiſtinctè credatur. & 54. 55. & 56.*
58 *Verba enunciatiua inter priuatos an probent & 58.*
59 *Verba enunciatiua incidenter prolata quid operentur.*
60 *Notario atteſtanti de non uitio literarum an credatur, & 61.*
62 *Verba priuilegij quod Petrus ſupplicauit pro aßenſu an probent ſupplicationem.*
63 *Aſſenſus an probetur per uerba enunciatiua.*
64 *Regi atteſtanti de rebellione an credatur.*

Hieronimus Gigas fecit tractatũ de crimine læſa maieſtatis.

REFERT hic dominus Rex Alfonſus ſe
recepiſſe literas ſanctiſsimi quõdam
Nicolai diuina prouidẽtia Papę quin-
ti, eius uera bulla ĩ filis ſerici rubei, etc.
eſt enim bulla plumbum pẽdens ſiue
1 ſit ſigillum de auro, ſiue de plumbo. ſecundum glo.
iuncto tex. in Clem. 1. de iureiuran. in verbo, aurea
bulla: & probat teſt. in c. licet §. 1. de cri. fal. (ibi ut
falſa bulla falſis literis apponatur.) & ante appo-
ſitum plumbũ bulla dici non poteſt; vt dicit Ale-
xan. in conſi. 215. viſis probationibus. ij. lib. & uo-
2 luit Gomeſ. in compen. utri. ſigna. Aliàs bulla eſt
inſigne triumphantium, quia in triũpho præ ſe ge-
rebant, incluſis intra eam remedijs, quæ crederent
aduer-

aduerſus inuidiam ualētiſsima Feſtus, bullā aurea inſigne erat puerorum prætextatorum, quę dependebat eis à pectore: vt ſignificaretur eam ætatem alterius regendam conſilio. dicta autem eſt bulla à græco ſermone, quod conſilium dicitur latine: vel quia eam partem corporis contingat, id eſt pectus, in quo naturaliter manet conſilium. Plinius lib. 33. cap. 14. ſed à Priſco Tarquino omnium primo filio, quum in prætextæ annis occidiſſet hoſtem, bulla aurea donatum conſtat: vnde mos bullæ durauit, ut eorum qui equo meruiſſent filij, id inſigne haberent: cœteri locorum. bullam etiam pro capite clauorum, qui in valuis magnarum ædium honoris gratia affigi ſolent; accepit Plautus in aſinaria. q. 20. iuſsine in ſplendorem dari bullas has foribus noſtis? Cicero tradit Verrem, bullas aureas ex ualuis templi magnificentiſsimis abſtuliſſe. Itē bulla ſignificat tumorem illum inanem, qui uiſitur in aquis momento temporis enaſcens; ſimul & euaneſcens, vnde prouerbium, homo bulla: quod nos admonet. Humana uita nihil eſſe fragilius, nihil fugacius, nihil inanius. Varro in præfatione quā ſcripſit in libros de agricultura, cogitans inquit eſſe properandum: quod (ut dicitur) ſi eſt homo bulla, eò magis ſenex. Annus enim octogeſimus admonet me, ut ſarcinas colligam; antequam profiſciſcar e uita.

3 Et eſt ad notandum quòd literæ Apoſtolicæ tantum dicuntur bullæ. c. licet. & cap. quam graui. & c. ad falſariorum. de crim. fal.

4 Et quia multi ſunt caſus in quibus deprehenditur bullas fore falſas, et ſignāter ſi aliter, ſint plumbatę, quam hic enarraē, ut habeē in c. licet. extra, de cri. fal. nimirum ergo ſi Rex Alphonſus atteſtetur non fuiſſe dictas literas receptas, uitiatas ſeu aliter

ſuſpe-

5 ſuſpectas. Præcipue autem deprehendi poteſt
bulla falſa: quia fit alia eiuſdem formæ: & ſic
falſa bulla in hoc falſo modulo impreſſa falſis lite-
ris,apponitur. ſecundum Hoſti.in ſum.de cri.fal.§.
2.& Spe.in tit.de reſcript.præſenta.§. primo igitur.
6 in prin. Item ſi foramen ueræ bullæ ſubleuatur
ſuperius & inferius cum aliquo ſubtili inſtrumēto:
& ſic extrahitur filum: & bulla remanēte forami-
ne ſubleuato, per quod filum falſarum literarum
mittitur, & ut nihil appareant falſitatis foramina
ſubleuata,cum paruo malleunculo leniter pertun-
7 dūtur. Tertiò ſi ſcinditur filum ſub plicatura ueræ
literæ:& de ipſa litera: excutitur, & poſt,uera bul-
la cum ipſo filo falſis literis appenditur,& dictum
filum ſub eadem plicatura cum filo ſimilis canapis
reſtauretur quod de facili cognoſcitur ſi filorū ad-
iunctio & æqualitas oſtendatur ſecundum Specu.
8 ubi ſupra. Item cum à ſuperiori parte bullæ al-
tera pars cordulæ ſub plumbo, reſcinditur & per
idem filum literis:falſis inſerta reducitur infra plū-
bum; ſecus autem ſi filum eſſet à muribus corro-
ſum uel putrefactum cum priuilegia ſint perpetua.
l.2. C. de diuer. reſcript. Item ſi in literis: bullatis
aliquid per raſuram tenuem immutatur, dicit enim
Spec.ubi ſupra: ꝙ ſi unica litera uel punctus cor-
rigatur excommunicatus eſt ipſo iure corrigens,&
hanc ſententiam innouat ſingulis annis Curt. Ro-
man. Item ſi ſcriptura. literæ bullatæ deleta: & cū
calce dealbata iterum reſcribitur. Item cum char-
tæ cui bulla adhæret. Abraſæ, altera, charta ſubti-
liter: cum glutino adiungitur,& hæ tres ſpecies fal-
ſitatis de facili poſſunt cognoſci, ſi quis literam in-
ſpiciat contra ſolem:ſecundum Specu.ubi ſupra. li-
cet Io. And. in addit. dixerit ꝙ in prima iſtarū ſpe-
tierum;

tierum: falſitatis experientia poteſt eſſe uera, ſed
in ſecunda: & tertia non; & hoc ſi in tertia gluti-
nium ſit bene uniforme. poſita enim inter Solem
& oculos tota erit obſcura uniformiter; ſed opor-
tebit illud diſcerni per latera literæ diligenter inſpe-
cta; propter ſuſpitionem obſcuritatis propter quã
dicit ꝙ modicum abſcinderet de charta, per quod
de facili diſcerneret, & refert ſemel ita feciſſe. Itẽ
ſi reperitur cancellatio uel raſura in loco ſuſpecto,
uel uituperatio.c.licet.§. quinta. extra de fi. inſtru.
9 & l. 1.§.pen.ff.ſi tabu.teſta.nu.exta. Item depre-
henditur falſitas ſi Papa uocat Epiſcopos ſiue ſupe
riores dilectos filios,& ſi uocauerit Reges,& Prin
cipes uel quoſcũq; cleicos inferiores Epiſcopos ue
nerabiles fratres & ſi ſe ponat in ſingulari nume-
ro,uel uni ſcribens cuicunq; uoluerit eum in plura-
li numero ponat,quia tales literæ contra ſolitum ſti
lum curiæ impetrantur, & ſic bene Rex Alfonſus
nos attentos reddit,ut tam in bulla quàm in filo,et
charta & ſilocuriæ taliter, intueantur ut ne ueras ꝓ
falſis, uel falſas pro ueris admittamus, ut optime
aduertit tex.in c.quam graui.extra,de cri.fal.& la-
10 te per Hoſti.in ſumma eo.tit. Item ad deprehen-
dendam falſitatem literarum Apoſtolicarum, ſta-
tutum eſt in 14.reg. Inno. Pa. VIII.quod dictio-
nes numerales quæ in dictis literis ante chalendas
nonas, & idus immediate poni conſueuerunt per
literas & ſyllabas extenſæ ſcribantur, ſicq; dici de-
bet, octauo chalendas, et non VIII. & ſic de ſin-
gulis, multis etiam alijs modis deprehendi poteſt
falſitas dictarum literarum, ut dicit Do.Abb.poſt
11 glo.in d.c.licet.& Specu.ubi ſupra. Literæ enim
emanantes de cancellaria Papæ, contra ſtilum cur
non ſunt exequendæ ſecundum Ange.in l.fi.C. de

largi.

12 largi. lib. 10. Creditur enim Regi, ſeu Imperatori atteſtanti de non uitio literarum, ſecundum gloſ. ordi. in c. Romanorum. 19. diſt. in glo. pen. in verb. deſunt, eſt enim Princeps lex animata in terris. §. pen. in authen. de conſu. glo. in l. & quia. ff. de iuriſ. om. iud. non exhibeatur ſecundum Bal. in l. i. C. de epiſc. & cler. quod qualiter procedat infra uidebi-
13 mus in uerbo tenoris ſequentis. Et quia text. dicit non uitiatas neq; in aliqua ſui parte ſuſpectas, videamus quomodo inter ſe hæc duo differant, & non, ſecundum grammaticos id dicitur uitiatū ubi uitiū apparet, corruptio, uel diſtrutio, vitium nāq; ſecundum Cic. 3. de finib. bonorum dicitur: omne illud quod per ſe ipſum uituperabile eſt, & quod eſt virtuti oppoſitum, uitium eſt, ſecundum Hora. 1. Epiſt. 1. q. (Virtus eſt uitium fugere) & Cic. pro cluen. 105. (Nullam quidem (inquit ob turpitudinem, nullum ob totius uitæ non dicam uitium ſed
14 erratum. Fit quoq; uitium uel per defectum, uel per exceſſum ſecundū phi. 2. Aethic. 5. & 3. Aeth. 9.
15 Hinc ut per noſtrates probemus, id adeo procedit q̄ ſi literæ continent aliquid contra conſuetudinem & ſtilum præſumuntur erroneæ, & eis nō creditur. l. fin. & ibi Bart. C. de cano. præſta. lib. 10.
16 Item clauſulæ ſuperabundātes & inſolitæ ac cōtra ſtilum arguunt dolum. l. ſi quis ſub conditione. ff. de condi. inſti. non ſolent. ff. de regul. iur. uide pro reſolutione Tiraquel. de ytro. retra. fol. 798. nu. 16. & 17. & Bar. in l. quicunq;. C. de apo. pu. & in cō-
17 ſil. 57. 29. col. i. lib. Cautela enim ſuperflua arguit dolum ſecundum Bald. in l. teſtamentum. C. de teſta. 3. no. per l. ſi quis ſub cōditione haberet de cōd. inſtit. & per Bartho. Socy. conſi. 215. viſa. & conſil. 11. ij. par. Bal. enim & Albe. inter cœteros in l. pe.
C. de

C. de euictio. dicunt abundantẽ cautelã nocere &
ſuſpicionẽ facere, ſed tunc demũ qñ alias eſt præ-
ſumptio fraudis & idem Bal. in l. teſtamentum in
4. not. & ibi Paul. Caſtr. C. de teſta. & in l. ẽt col. 2.
uerſi. hoc modo dubitatur. C. de exec. rei iud. & in
18 c. quia ueriſimiliter col. 2. extra de præſu. Item
ex magnitudine pretij præſumitur ſimulatio tan-
quam ea cautius uideatur fuiſſe appoſita ad diluẽ
dam præſumptionem fraudis & ſimulationis, quæ
ex utilitate pretij alias oritur ſecundum Soc. in cõ
ſi. 143. diu profectò col. ult. ad fi. lib. 1. quod repeti-
tur conſi. 171. lib. 2. & in conſi. 215. lib. 2. & conſi.
90. in cauſa Magnifici col. 2. uerſi. ſed ſi iſta lib. 3. &
conſi. 126. niſi ad fi. eo. lib. 3. Iaſ. conſi. 170. nomi-
ne 1. lib. 2. Stephan. Bertran. conſi. 210. non ſolum
col. 3. nu. 17. l. 1. Philipp. Dec. in l. quæ dubitationis
nu. 4. ff. de reg. iur. & conſi. 448. uis tota col. 3. uer.
& in primis. Et dicit Bal. cõſi. 487. apparet poſt
medium lib. 1. quanto plus eſt cautelæ in contra-
ctibus ſuſpectis, tanto plus fraudis, doli, & ſimula-
tionis ineſſe præſumitur & idem in c. 2. extra de cõ
ſu. ubi dicit ꝙ ubi abundantior eſt cautela, ibi eui-
dentior eſt fraus, & idem uoluit Iaſ. cõſi. 170. quod
prædicti colum. 2. lib. 2. pro qua ſententia eſt tex. in
l. ita fidei. ff. de iure fiſ. qua probat maiorem frau-
dem ex hoc præſumi, quòd quis ita actum facit ne
fraudem feciſſe uideatur & perſequitur latè Ti-
raquel. in tractat. de utro. retract. fol. 799. nu-
mero 18. Hinc ſi fieret contractus per hæc uer-
ba uendidit uerè & non in fraudem uſurarum,
redderetur contractus ipſe ſuſpectior, ſecundum
Saly. l. emptione. C. plus uale. quod agi. poſt pri.
& Pet. de Anch. conſi. 257. & Ant. & Imol. in cap.
ad noſtram & ibi, Cardi, Flor, & Anton. de Butr.

col.pen.de emp.& uen. & Imo.conſi. 137. uiſa inquiſitione col. 2.uer.item illud non uidetur Ambr. de Vigna.in tract.uſura.quem poſuit in cap. ſalubriter colū. 30. de uſur.nume. 100.Barb. conſi.77. Illud in medium colum.2.lib.3. & Fely. in cap. ſi cautio col.22.verſi. de materia. extra de fi.inſtrumen. Caſſa.conſi.25.ex multis colum.2.uerſi. ſe-
20 ptimo. Item ſuperfluitas reprobatur & punitur ſecundum Spec.in tit. de procura.§. ut autem in 6. col. uerſi. ſed opponitur & in titu. de Aduo. §.nunc de exhor.uerſi.item abſtineat & per Socy.
21 in l. 1.ff.ſi cer.pet.nu.5. Item ſuperfluitas eſt reſecanda ſecundum Specu. in tit. de teſte.§. iam de interrogatorijs 1.colum. in fin. uerſi. habita quod etiam uerum eſt in rebus diuinis & religioſis Cle. exiui quamuis & ibi Car.de uerb.ſigni.Item procedit etiam in legibus in quibus etiam ſyllaba nō debet eſſe ſuperflua ſecundum gloſ. in l. 1. ff. quod met.cau.& in c.ſolite de maio.& obe. Hinc non immeritò diuinus ille Plato dix. in dialo. 8. de Repu.uel de Iuſt.(Ac ſummatim exceſſus omnis uerti penitus in contrarium conſueuit, in temporibus, in arboribus,in animalibus,& in rebus pu. maxime. Nimia enim libertas haud in aliud uidetur quam nimiam in ſeruitutem conuerti, & priua-
22 tim,& publice). Ariſto.in primo omnium problemate(inquit).Quare magnæ exuperantiæ peſtilentes ſunt,quoniam ut ille dicit, aut exceſſum, aut defectum faciunt, qua quidem in re morbum conſiſtere certum eſt. uidemus enim eum qui ſupra modum bibit,aut comedit, crapula & ebrietate perire contra qui nihil,aut minimum edit, aut bibit, marceſcere, & in phtiſim, hoc eſt tabem incidere eodem modo qui nihil dormit, aut qui minimum,

nimum, neceſſe eſt morbo perire quod quidem prius Hippocra. lib. 2. Aphoriſmorum, ſomnus enim (dixerat) aut vigilia ſi alterutrum modũ exceſsit, malum eſt neque repletio, neque fames aliquo modo bonum & idem in lib. de natura hominis plura (inquit) in corpore ſunt, quæ cum plus iuſto inter ſe caleſiunt, aut refrigerantur aut ſiccescunt, aut humeſiunt morbos pariunt & paulò inferius, corpus humanum habet in ſe ſanguinem & pituitam, & bilem duplicem, tum flauam, tum atram ex quibus & conſiſtit, & ægrotat, & ualet. Valet quidem, cum ea, inter ſe uim, et copiam mediocriter temperatas maximèque permixtas habuerint cõtra laborat cum eorum aliquid eſt plus minusve iuſto) ſicque uerum eſt, quod ubicunque datur, exceſſus. ibidem datur. uitium, hinc Ariſto. 3. Aethico 12. inquit quod ſi libidines magnæ ſint atque uehementes, deturpant emente rationẽ itaque moderatæ modicęque eſſe debent, neque aliqua ex parte rationi imperare & eo. lib. c. 11. inquit quod ſi homo adeo per defectum peccat, ut nullas uoluptates amet, is homo haud quaquam dicendus eſt, item eo lib. cap. 7. dicit quod qui nihil prorſus timet ut celtæ faciunt, eſt in extremo & uitio et qui nimis confidit audax dici debet, et ſic in uitio eſt; et qui nimis timet ignauus dicitur ut ſi metuit non metuenda, et eo modo quo non licet ſicque in omnibus rebus exceſſus et defectus uitium eſt. Hinc etiam ſecundum Beat. Thom. 2. 2. quæſtione 126. ar. 1. peccatum committit qui nihil timet, et in q. 127. art. primo inquit quod nimia audatia peccatum eſt, nam audatia eſt quædam animi paſsio. paſsio autem quandoque quidem eſt moderata ſecundum rationem quandoq;

autē caret moderatione: uel per exceſſum, uel per defectum, & ſecundum hoc eſt paſsio uitioſa, Itē ſecundum eundem Beat. Thom. q. 131. ar. 1. appetitus boni debet regulari ſecundum rationem, cuius regulam ſi traſcendat erit uitioſus, & hoc modo uitioſum eſt, ꝙ aliquis honorem appetat nō ſecundum ordinem rationis, uituperationem autem qui non curant de honore ſecūdum ꝙ ratio dictat ut ſcilicet non uitent ea quæ ſunt contraria hono-
24 ri. Et ubicunque datur defectus eorum quæ interuenire debent in actu aliquo, pariter dicitur uitium, Ibi ineſſe, hinc bulla imperfecta non continens ea quæ continere debet ſecundum ſtilum & iuris diſpoſitionem non dicitur propriè bulla: ſecundum Alexand. in conſi. 215. utlis probationibus 1. col. lib. 2. pro quo allegat l. polla. C. de his quib.
25 ut indig. cum alijs ut ibi per eum. Item ſi reperitur bulla, ſeu alia litera. ſine loco ubi data eſt bulla ſeu litera, uitiata dicitur l. optimam. C. de contrahen. & commi. ſtipu. & 2. quæſt. 8. libellorum.
26 Item ſi ibi non eſt indictio neque data neque Anni domini, dicitur imperfecta, & ſic cum uitio. c. inter dilectos. extra de fi. inſtru. c. eam extra de reſcript. & c. conſtitutus. & in authen. de nup. in fi. 25. q. 2. c. ſi quæ beneficia. in authen. ut præpo. not. Imp. l. fi. C. de diuer. re. extra de præben. c. dilectus
27 filius. Item ſi impetratur reſcriptum non facta narratione, & mentione omnium eorum quæ narrari debebant, quibus narratis reſcriptum nō eſſet conceſſum, ſeu non ita de facili non ualeret. c. ſu-
28 per literis extra de reſcrip. Hinc falſarius teſtis nedum ille dicitur qui falſum deponit ſed ille qui ueritatem omittit, uel qui ex dolo loquitur obſcure, ne ueritas intelligatur ut 22. q. 2. c. ne quis cum glo.

glo.& per Bart.in l.ea quæ.ff.de contrahen. emp.
& in l.pręsbyter.& ibi not.C.de epiſc. & cleri. &
ibi Bald.uerſi. ex prædictis etiam apparet, & in l.
nullum 2.no.C.de teſt. l. præſcriptionem in fin. &
29 ibi Bar.C.ſi con.iuſ. Hinc etiam falſi pœna te-
netur faciens aurum uel argentum de minori li-
ga quam debeat ſecundum Bart.in l. lege Corne-
lia.ff.de fal.& ſic ex defectu, & exceſſu cognoſci-
tur & fit uitium, in bullis hinc defectus ſolemni-
tatis facit totum teſtamentum deficere l. ſi unus.
30 C.de teſt. Vitiatæ dicuntur illæ literæ, & bullæ
quæ habent uitium uiſibile ſecundum Bald. in l.fi.
C.de edi. di. adr. tollen. quæ aliquando dicuntur
falſæ ſi habent falſitatem apparentem in eis, de
31 quo in c.licet extra. de cri. fal. At illæ dicuntur
bullæ ſuſpectæ quæ non habent uitium, & falſita-
tem euidentem, ſed in aliquo diſcrepant a conſue-
tudine & ſtilo ſcribendi ſeu aliquid aliud in eius
depręhendimus quo ſuſpicamur an ueræ ſint uel
32 falſæ ut per Bal.ubi ſupra. Nam ſuſpicio eſt paſ-
ſio animi non elicientis firmiter aliquam conclu-
ſionem ſecundum Bald.in rub.C. de proba. 2.col.
uerſi.ſuſpectio uero eſt,de quo per Bal.in l.ea qui-
dem. 1.col.uerſi.& primo quid eſt ſuſpectio.C.de
33 act. Nunquid enim raſura uitiet inſtrumentum,
bullas, ſeu alias ſcripturas? & uidetur q̄ ſic, per
tex.in cap.licet de crim. fal. & per glo.in cap.cum
olim el 2.de priuile.Alex.autem in l.ſi unus.C. de
teſt.dicit q̄ non uitiatur inſtrumentū ſeu ſcriptura
ex cancellatione,interlineatura,ſeu raſura, ſed be-
ne redditur inſtrumentum ſuſpectum, & ideo
recurrendum tunc erit,ad ueritatis examen. Nam
aut non eſt cancellatio in parte ſubſtantiali ſeu
in capitulo de quo erat quæſtio, & tunc etiam

in iudicio poſſeſſorio non nocet cancellatio, & raſura l.fin.cum glo.in uerſi. uitiatum. C. de edi. di. Adr.tollen.quam glo.ſequuntur, Bar. & communiter omnes, & Bald. in d. l. ſi unus licet Bart.ibi, aliter uoluerit & malè ſecundum Alexan. ubi ſupra. Aut cancellatio ſiue raſura eſt in parte ſubſtantiali puta circa inſtitutionem hæredis, de qua dubitatur, uel circa diem, aut alia quæ ſunt de ſolemnitate uel ſubſtantia ſcripturæ, & tunc diſtinguendum eſt, quòd aut nos loquimur in poſſeſſorio de quo tractat tex.in d.l. fina. & tunc repellitur, illa ſcriptura; nec proceditur ad inquiſitionem ueritatis.per d.l.fina.in uerbo uitiatum. Aut nos loquimur in petitorio puta in ordinario,& pleno iudicio petitionis hæreditatis, & tunc proceditur ad inquiſitionem ueritatis.& idem uidetur tenere Dec. in l.fina.C.de ædi.diui Adria. tollen.nume. 37.ubi
34 plenè. Et ſi ſcriptura eſſet abraſa etiam in loco ſubſtantiali, tamen eſſet adeò bene ſcripta quòd uideatur manus eiuſdem Notarij non uitiat;tunc ſcripturam,ſecundum glo.in dicta l. fina.in uerbo ſui figura,quam Bartol.not.& Angel. dicit ſingulare. ſed ſecundum Iaſo. ibi eſt conſimilis in cap.
35 cum uenerabilis in glo.fi. de relig. domi. Item ſi Notarius in ſua publicatione inſtrumenti atteſtetur, quòd fecit talem abraſionem in tali linea (ſicut fieri adſolet) tunc enim nihil nocet, ſecundum Bart.in l. .§.fina.ff.de bon. poſſ. ſecundum tab.&
36 in d.l. ſi unus,& ibi Alexand. & Iaſ. Item ſi ex præcedentibus, & ſequentibus uerbis inſtrumenti apparet ꝙ uerba abraſa conueniant, & quaſi neceſſariò ſic eſſe debeant,tunc enim abraſio non nocet,ſecundum glo. quam dicit;in terminis Iaſ. ubi ſupra in cap, cum uenerabilis de relig. domi. ultra
Bar.

37 Bart. in d. l. fin. Item ſi abraſio ſeu raſura inſtrumenti etiam in loco ſubſtantiali reperitur in eo inſtrumento, quod eſſet pænes aduerſarium, & iudicis officio fuiſſet coactus ad exhibendum, quo exhibito reperitur abraſum, talis abraſio non uitiat, ſed ei præſtatur fides in omnibus; quia præſumitur, quòd aduerſarius doloſè abraſerit, ſecundũ Bald. in l. 1. C. de fi. inſtrumentorum, referens Hoſtien. & Ioan. And. in cap. accepimus de fi. inſtrumen. ubi etiam extendit hoc ad reſcripta, Papæ, ſed dicit ibi Hoſtien. quòd totum hoc bonus iudex arbitrabitur. Nam & malitioſè potuiſſet una pars quæ abraſiſſet inſtrumentum facere quòd reperiatur pænes aduerſarium, ut ſic illa raſura non noceret, in quo ſolicitudo boni iudicis indagare poſſet. Item hoc uerum eſſet in præiudiciũ eius apud quem reperitur inſtrumentum; ut non noceat ra-
38 ſura, ſecundum Dec. in dicta l. fin. num. 38. Item raſura inſtrumenti ſeu alterius ſcripturę uitiat niſi roboretur uiua uoce teſtium, ſecundum Bald. in d. l. ſi ueritas circa prin. C. de fideicom. cuius contrarium dixit eſſe uerius Iaſ. in dicta l. fin. per doctr. eiuſdem Bald. contrarium tenentis in l. 1. C. ut in poſſeſſ. leg. Sed primam opinionem latius & indifferenter tenuit idem Bald. in l. fin. C. de fideicõ. quod quidem non procederet in ſummarijs (ut ſtãte ſtatuto quod inſtrumenta habeant executionẽ paratam). Sed in ordinarijs benedicit procedere, et ſic etiam dicit in d. l. 1. C. vt in poſſeſſ. lega. ut in iſtis ſummarijs requirentibus ſcripturam nullam habentem in ſe maculam euidẽtem. Nam nõ poſſet teſtibus ualidari. Sicque Bal. ſalua pace. Iaſ. nõ ſibi contradicit, & teneo cum Bal. Et ex eius dictis inferas ad pragma. noſtrum, ꝙ ſi inſtrumen-

tum cenſus eſt uitiatum non habet executionem paratam,nec ut habeat executionem paratam poteſt inſtrumentum ipſum teſtibus coadiuuari. Sed benè ordinariè agẽdo(ut ſupra) & pari modo quãdo præſentantur inſtrumenta ſecundum formam
40 ritus. Item ſi de eadem re eſſent duo inſtrumenta confecta,& in uno ex eis eſſet raſura in loco ſubſtantiali, non uitiat illud aliud inſtrumentum ſecũdum Bald.in l. falſus.8. colum. C. de fur.& ſequi-
41 tur Iaſo.ubi ſupra. Et falſificans aut mutans aliquid in literis Papæ eſt excommunicatus, ſecundũ Specu.in titu.de reſcrip.pręſe.§. 3. & late per Fely. in c.2.uerſi.ſtilus,in fi.de reſcrip. & priuatur com-
42 modo ipſarum literarum. Et adeò hoc procedit ut incurrat excommunicationem, & priuationem commodi literarum imponẽs manum literis Papę,quod procedit, & ſi manum impoſuerit circa nõ ſubſtantialia,uel circunſtãtias non neceſſarias, puta ĩ cognomine uel agnomine,& ſimilibus,ſecũdum Marian.de Se. in c.fi.3.colũ.de crimi. fal. pro
43 quo uide Fely.ubi ſupra. Et ultra dictam pœnam.Si clericus falſauerit literas Papæ omnibus eccleſiaſticis officiis,& beneficiis priuatus,& per eccleſiaſticum iudicem degradatur,& traditur puniẽdus iudici ſeculari, ſecũdũ legitimas cõſtitutiones, per quas layci de falſitate conuicti puniuntur, ut in c.ad falſariorum de crimi.fal.laicus uerò deportabitur,et bona eorum omnia publicantur.l. 1.§.fi.
44 ff.ad l.Cor. de fal. Et an falſi crimine teneatur ſcriptor apoſtolicus ad cuius manus peruenerũt bullę imperfectę alterius ſcriptoris, qui illis ſic utebatur,ut celerius expediret bullas, ſi eas ꝑfecit & ſuo nomine pręſentauit? Vide D.Pet.Philip.Cor. con
45 ſil. 182. in 4. parte. Item in falſum incidit qui lite-

literis apoſtolicis plumbum adimit ſecundum Fel.
46 in c.cum olim.el 2. in fi.de offi.deleg. An autem credatur Regi, Imperatori, ſeu Papæ atteſtanti de non vitiatione,& ſuſpitione literarum? & videtur ꝙ ſic,ſecundum gloſſ.ordi.in c.Romanorum. xix. diſtinct.in glo.pen.in verbo deſunt.Nam princeps eſt lex animata in terris. §.pen. in auth. de conſuli. glo.in l.& quia.ff.de iuriſdi.om.iudi.& lex faciens mentionem inſtrumenti probat, quamuis illud nõ exhibeatur ſecundum Bal.in l. 1.C.de epiſ. & cler. & hoc eſt verum in caſu noſtro, quia atteſtatur de
47 facto proprio cũ ipſe aſſerat vidiſſe. At vbi Princeps atteſtaretur ſuper facto alieno, ẽt ſi intẽtio ipſius fundatur ſuper eo, & non eſſemus in antiquis, non creditur verbis enuntiatiuis Principis, & Papæ,ſecundum Ant.de But.& Io.de Imo.in cle. 1.de prob.refert,& ſequitur Alex.cõſi. 112. col. 1. verſ. accedit ad confirmationẽ prædictorũ.lib.7.Idẽ firmat Areti.in c.cum à nobis.de teſti. & in conſi. 163. ſicut Ioannes.col. 3.verſi.ſecunda ratio .& Deci.in conſi..198.col.fi.idem tenet Corne.in conſil.22.col. 3.lib.3. vbi dicit quod quando agitur de graui præiuditio non creditur aſſertioni Papæ etiam in qua fundatur eius intentio, niſi aſſerat ſeu reſcribat de facto proprio, & ad longum proſequitur Aymo Craue. in ſuo ſolen.tract. de antiquita.tempo. prima par. nu.3.quod quidem plures limitationes re-
48 cipere dicit. Et primo verbis enuntiatiuis, aut aſſertioni Principis ſuper facto alieno, & non antiquo videtur credendum quando Papa, aut Princeps reſcribit, aut aliquid concedit motu proprio, & ſuper tali aſſertione eius fundatur intentio. Nam tunc videtur ita enuntiare, & aſſerere tãquam informatus de facti veritate.argum.clem.ſi.

Summus

Summus Pontifex de ſentent.excom.ſecundũ Socy.in conſi.276.col.11.verſ.ſed tamen ad præmiſſa,lib.2.idem tenet Alexan.in conſi.112.col.1.poſt med.verſ.accedit ad confirmationem.lib.7. Areti. conſ.23.col.3.verſ.eſt enim ſciendum.ſed hoc dictũ intelligit Grau. vbi ſupra in facto alieno corã ipſo Principe,ſecus ſi non coram eo,quia indiſtincte dicit non credendum,ſecundum Areti.in d.conſil.23. col.3. Sed talis aſſertio faceret præſumptionem;ſe-
49 cundum Socy.in conſ.226.col.11. Item quando Princeps aſſereret ſe informatum ſuper facto tertĳ in non antiquis creditur illi aſſertioni, ſecundum Imol.in d.cle.1.de proba.& Ang.in conſi.368.Sereniſsimus.col.1.& Socy.in conſi.276.col.11.verſ. confirmatur quia ex narratione.lib.2.& Corne.in conſi.312.col.5.circa med.lib.1. ſed contrarium tenet Dec.in conſi.541.col.pen.ſed dicit Craue.dictũ Deci.procedere in his quæ non dependent à poteſtate Principis, puta quia teſtificetur in cauſa eius propria in præiudicium tertĳ;item ſi princeps aſſereret factum ſui genitoris, creditur ei, quia præſumitur ꝙ eſt informatus ſecundum Ang.in d.conſi. 368.col.1.in prin.idem eſt ſi aſſerat de facto aliorum prædeceſſorum,ſecundum Cardi.in d.clem.1. col.10.q.et ibi Io.de Imol.col.antepen.idem refert
50 & ſequitur Iaſ.conſi.65.col.2.in fi. lib.3. Itẽ vbi agitur de leui præiudicio, credit̃ aſſertioni Principis ſuper facto alieno, etiam in non antiquis ſecundũ Are.in conſ.173.Sicut Ioannes. col.3.verſ. ſecunda
51 ratio.& Corne.in conſi.22.col.3. lib.2. Item aſſertio Principis in non antiquis de facto alieno licet plenẽ non probet,facit tamen præſumptionem, quæ præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium ſecundum Ang.in conſi.378.col.1.poſt

med. Roma. in conſi. 379. col. 8. in 9. dubio. Paul. de Caſt. in conſi. 414. In facto præſenti. col. 2. Socyn. conſi. 276. col. 11. verſicu. Sed tamen ad præmiſſa. Alex. conſi. 15. col. 2. lib. 5. quod procedit etiam ſi Princeps loquatur per uerba generalia & incerta, ſecundum Bal. in conſ. 3..8. quæritur ſi rex. col. pen. circa med. lib. 1. quod non videtur procedere quãdo aſſertio Principis eſſet ſuper eo quod ueriſimile ignoratur à Principe, quia nec transfert onus pbandi in aduerſarium ſecundum Bal. in conſil. 359.
52 proponitur. col. . in fi. lib. 1. Quando autẽ verba enuntiatiua vel narratiua dicantur emiſſa propter ſe, & quando propter aliud in quo dicendũ eſt ꝙ quãdo principalis diſpoſitio enuntiantis ſeu narrantis, fundatur ſuper narratis ſeu enuntiatis, dicuntur enũtiata, & narrata propter ſe principaliter, vel ſint neceſſaria, aut conferant ad id de quo agitur, & ſuper quo enuntiatur ſecundum Ange. in conſi. 368. circa prin. & ſequitur Alex. in conſil. 5. col. 2. verſic. & dicitur in talibus verbis narratiuis. lib. 5. Aret. autem in allegato conſi. 13. col. 2. in 2. dubio dicit ꝙ tunc ſolum dicũtur emiſſa principaliter pp ſe quando ſunt fundamentum priuilegij ſeu cõceſſionis, et ſuper eis ſe fundat enuncians ad concedẽdum, allegant Docto. in c. fi. de ſucceſ. ab inte. Bal. autem in conſ. 263. verba inſtrumenti procura. col. 2. lib. 1. dicit ꝙ dicuntur principaliter emiſſa propter ſe, quando non terminantur ad aliud nec reſpiciunt alium finem niſi ſeſe, ſed tunc verba dicentur emiſſa propter aliud quando ſunt in præludijs præcedentibus prolata ad effectum alterius diſpoſitionis, & nõ ſunt principalia verba orationis, ſed ſunt tranſitus ad aliud, refert & ſequitur Alex conſ. 82. col. 5. verſ. præterea verba dicti ſampionis, lib. 3. &

habe-

habetur per Craue. vbi ſupra. An autem indiſtinctè credatur Aſſertioni Papæ, aut Imperatoris ſi aliquid aſſerat in facto eius ꝓprio ſuper quo eius fundatur intentio? & in hoc Crauet. in loco ſupra citato num. 5. dicit quòd non, ſed ſolùm creditur in his quæ dependent à poteſtate principis, at ſecus in aliis, exempli gratia, Princeps non poteſt priuare uaſſallum feudo ſine cauſa, & ſine eius culpa; c. 1. de feu. ſi cul. non amitten. cap. 1. de natu. feu. cum aliis allegatis per eum, hoc igitur præſuppoſito, pone quòd Princeps eum priuet & in priuatione cauſam exprimat, quæ ſi uera eſſet, ſufficiens diceretur ad priuandum eum, an credatur aſſertioni Principis, aut eius uerbis enunciatiuis ſuper tali cauſa etiã quòd illa cauſa cõcerneret factũ propriũ ipſius Principis, & ſuper ea principis priuantis fundetur intentio? & dicit quòd non, quia cum priuatio non dependeat ab eius poteſtate nõ debet ſtari aſſertioni ipſius principis ſecundum Abba. in cõſil. 3. col. pen. q. 27. lib. 2. & Bal. in conſi. 273. col. pẽ. lib. 1. & Dec. poſt Felyn. in c. quę in Eccleſiarum col. 13. verſi. ſed circa iſtam concluſionem de conſti. cum aliis allegatis copioſe per eum, licet multa
54 in contrarium alleget. Limitat tamen hanc cõcluſionem, vt non procedat in reſcripto motu proprio conceſſo in quo ꝓſumitur cauſa, licet nõ exprimatur, ſecundum Ro. in conſ. 436. col. pe. uerſi. cum igit̃ prohibitũ ſit, & Soc. in cõſi. 273. col. pen. uerſi. & ſi dicatur lib. 1. & in conſ. 62. col. fi. lib. 2. cũ aliis vt ibi, ſi ergo cauſa pręſumitur, à fortiori ſi illa expręſſa ſit, tali expręſsioni, & aſſertioni uidetur ſtandum: ſed hoc dicit debere intelligi, quando Princeps diſpenſat circa ea quæ ſunt iuris poſitiui, et ita dicit fuiſſe de mente Deci. in c. quę in eccleſiarum.
col.

col.14.verſi.ſupereſt tertium membrum de conſti.
Nam in caſibus in quibus ius tertij non pōt tolli ſi-
55 ne cauſa,iſtud dictum non uidetur tutum. Secū-
do limitatur non procedere in antiquis, quia in his
uidetur ſtandū aſſertioni principis ſuper qua fun-
datur eius intentio,etiam in præiudicium tertij;pu-
ta ſi aſſerat Princeps, vel Papa ꝙ ciuitas commi-
ſit rebellionem ſecundum Corn. in conſi.312. col.
5.lib. 1.& Socy. in conſi.266.col. 11.verſicu. ad ſe
56 cundum reſpondetur lib.2. Tertio limitatur vt
non procedat reſpectu declarationis uerbi ambi-
gui quod à Principe declarari pōt,licet talis decla-
ratio tendat ad præiudicium alterius, ſi ex tali de-
claratione non inducatur noua diſpoſitio.ſecundū
Pau.de caſtr.in l.hęredes palā.§. & ſi quid poſt co.
2. ff.de teſta.ſequitur Dec.in l. 1.C. de impu.col. 1.
& in con. 114. col.fi. Nunquid autem uerba enū-
tiatiua inter priuatos probent ſi ſunt uerba enun-
tiatiua propter aliud: & dicendum eſt quod ſi ſu-
mus in antiquis probant alias non.l. non nudis &
non Epiſtolis.C.de proba.l. ex his uerbis.C.de te-
ſtam.mili.c.ſi Papa de priuile.lib.6.Bal. & Doct.
in l. cum aliquis C. de iure delib. Alexan.in conſi.
12.col.fi.& cōſ.74.col.2.lib.4.& cō.90.col.3.ad fi.
57 lib.6. Sed uerba enuntiatiua in non antiquis in-
ter contrahentes licet plene non probent inducunt
tamen pręſumptionē,cui ſtatur donec nō probetur
contrariū. p l.quidā.ff. de proba.& l.optimā C.de
contr& commi. ſtipul. & ſequit Socy.in conſ.213.
col.4.lib.2.& in conſi.68.col.4.li.4.licet Socy.aliud
tenuerit ſibi contrarius in cōſi.92.col.10. circa me,
uerſicu. difficultas eſt libro 3. & non ſolum pro-
bant inter ipſos contrahentes præſentes ſed etiam
contra alios non contrahentes ſecundum Socyn.

in d.conſi.266.col.4.verſic.quod potius cenſeri debeat.lib.2.et an procedat in fauorem tertij, vt probent verba enunciatiua. Vide plene in d. tracta.de
58 antiquit.tempo.in prima par.nu.18. Sed ſi proferuntur verba enunciatiua incidenter non conferentia, aut conuenientia ad actum, non inducunt et præſumptionem, ſecundum Iaſ.in conſ.102. col. 2. lib. 1. vbi quando quis nominatur filius incidenter in actu indifferenti qui etiam non filio conuenire poteſt, talia verba non inducunt præſumptionem: apparet enim ꝙ quando talia uerba prolata non conuenientia ad actum proferuntur, ꝙ ſine miniſterio, ſolennitate, ac animi deliberatione prolata ſunt, & ob id operari non debent. Nam verba quę non poſſunt prodeſſe non debent obeſſe, ſecundũ Bal.in tit.de prohi.feu.alien.per Federi.§.præterea. col. 1. verſic. ſed pone, de poſſeſsione, & late proſequitur Craue.ubi ſupra.nu.55.verba enim enũciatiua emiſſa propter aliud: etiam inter eaſdem perſonas, quando poſtea diſputatur principaliter de veritate enunciati non probant ſecũdum Alex. in conſ. 136.viſo & examinato proceſſu, col.pen. poſt med. lib. 1. cum alijs infinitis concordantijs allegatis per Craue.dicit tamen poſtea id non procedere in antiquis, quia tunc dicta verba enuntiatiua probat inter eaſdem partes, et aliter ibi per eum.
60 An autem credatur notario atteſtanti ſe uidiſſe bullas non uitiatas, neq; in aliqua ſui parte ſuſpectas? (vt fieri quotidie uidemus) & in hoc proculdubio dicendum eſt ꝙ non: vt concludit Barto. & ſequuntur communiter Docto.tam antiqui quã moderni.in authen.ſi quis in aliquo.C. de eden. & Bar.in l.item ſenatus.in ſi.prin.ff. ad Turpi. Bal.in l.fi.col.pen.verſi,reſtat quærere.de proba.vt tradit Ale-

Alex.in l.prætor.in princ.ff.de eden. & ibi Paul.de
61 Caſt.circa fin. Bene notarijs hoc atteſtantibus,
& deponẽtibus vt teſtibus examinatis crederetur:
quando bullæ eſſent deperditæ, & teſtes eſſent periti, (vt notarij) & literas cognoſcerent;ſecundum
eundem Bar.ibidem,qui ad hoc allegat tex.in c.cũ
olim.el 1. de priuileg.vbi etiam Abb. hoc ſequitur
col.pen.poſt Anto.de But.in 1.not. & idem Abb.
in c.albe.col.2.verſ.2.de teſti.& Bar.in l.2.§.diuus.
col.2.de iur.fi.quod quidẽ proſequere vt per Seyſel.& Iaco.Iaſ.& alios in d.auth. ſi quis in aliquo.
Sed in omnibus prædictis uide Socy.in conſil.120.
62 col.1.& conſi.231.& conſi.266. Quid enim ſi
dicatur in priuilegio aſſenſus ꝙ Petrus ſupplicauit
Regi pro aſſenſu, an illa verba probent ſupplicationem fuiſſe factam? hanc quæſtionem poſuit
Mar. fric.in Trac. de ſub.Bart.in lib.2.q.24.& dicit ꝙ illa verba aſſertiua non probant contra tertium, niſi aliter probetur, not.per Bart. in l.ex hac
ſcriptura,de dona.& per Docto.in l.his ſolis.C.de
teſta.mili.& per Gemin.conſi.43.& Oldrad.conſi.
63 136.et ex alijs vt ibi per eum. Sed pone ꝙ notarius,& partes aſſerant in contractu interueniſſe regium aſſenſum an probetur re uera per illa verba
aſſenſum interueniſſe? idem Do.Maria.Fric.in loco citato. quæſt.25. dicit ꝙ ſępe in ſacro Regio cõſil fuit deciſum, ꝙ non probatur aſſenſus ex illis
verbis? nam contrahentes non poſſunt libere diſponere ſine Regio aſſenſu,ideo eorum aſſertio veluti ſuſpecta non probat.l.qui teſtamentum.de.p-ba.& hoc dicit procedere etiam ſi Notarius aſſerat
ſe aſſenſum uidiſſe,nam quia non eſt geſtus coram
ſe,neque de eo rogatur, neque à partibus explicari
poteſt, vt not.in auth.ſi quis in aliquo. C. de eden.

vbi

vbi alij Doct. & habetur Caro. Molin. in cō. pari. in 1. par. fol. 47. & per Tiraq. de vtro. retra. fol. 18. 64 & fo. 127. & aliter, & ibi per eum. An credatur Regi atteſtanti aliquem eſſe ſuum rebellem? Dec. in conſi. 544. 3. vol. tenet ꝙ non, & refert, & ſequit̄ Moder, doctor Do. Hſero Gig. in ſuo nouo tracta. de cri. lęſæ maieſt. lib. 3. q. 14. qui nouiter ad manus meas peruenit.

SVMMARIVM.

1 *Tenor quis dicatur.*
2 *Continentia quæ dicatur.*
3 *Tenor bullæ an de neceßitate debeat inſeri. & 4.*
5 *Principale debet attendi.*
6 *Priuilegium confirmatum an debeat exhiberi.*
7 *Notario atteſtanti de aliquo inſtrumēto à ſe lecto an credatur.*
8 *Et an credatur de inſtrumento à ſe facto.*
9 *Tenor inſtrumeeti an ſi eſt inſertus in inſtrumento referente debeat produci originale. & 10. 11. 12. & 13.*
13 *Intellectus l. optimam. C. de contrah. & com. ſtipu.*
14 *Sententiæ enuncianti acta an ſtetur.*
15 *Tenor inſtrumenti an poßit per teſtes probari.*
16 *Tenor exemplatus per notarium an probet inſtrumentum.*

1 TENOR enim pro accentu proprie capitur à Græco nomine, ſecundū Quintili. lib. 1. c. 5. adhuc (inquit) difficilior obſeruatio eſt per tenores (quos quidē ab antiquis dictos tenores comperi uidelicet declinato à Græcis verbo qui τόνους dicunt) uel accentus quos græci uocant, aliquando etiam pro ordine, forma, vel continuatione capitur, ſecundum Valer. Maxi. lib. 1. quo minus religionibus ſuus tenor ſuaq; obſeruatio redderetur Vergil. 2. Geor.

non

non alios prima creſcentis origine mundi illuxiſſe dies aliumue habuiſſe tenorem crediderim. Liu. 3. bell. pun. Hi mores eaque charitas patriæ, per omnes ordines uelut tenore uno pertinebat, Ouid. 3. Metamor. cætera paulatim, placidoque educta tenore, Eraſmus rurſus tenorem, rei progreſſum uocat, unde quæ ſui ſimilia ſibique ueluti perpetua quadam ſuccedunt ſerie, horum eundē eſſe tenorē dicimus, Cic. de ora. perſ. iſque uno tenore, ut aiūt, in dicendo fluit, nihil afferens præter æqualitatem et æquabilitatē loquitur de æqualitate dictionis, nulla uarietate reficiētis auditorii aures, hic autem
2 pro forma, et ordine capitur. Continentia autē proprie tēperantia dicitur, fit enim a continens, de qua Cicero lib. 2. offic. Sed ualetudo ſubſtentatur notitia ſui corporis et obſeruatione earum rerum, quæ aut prodeſſe ſoleant, aut obeſſe, et continentia in omni uictu, omnique cultu corporis tuendi cauſa, et in prætermittendis uoluptatibus. huic cōtraria eſt et in continentia, aliquando ſignificat id quod continetur in oratione uel eo de quo proprie tractatur. aliquando continentia dicuntur, quæ ſunt coniuncta, et contigua, ut continentia edificia, ut in l. eo iure. §. primo. ff. in qui. cau. pig. uel hypothe. ſol. aliquando continentia ſunt ea quæ cum ipſo negotio ſemper affixa eſſe uidentur ad rem, ut neque ab ea ſeparari poſsint ſecundum Cice. 1. de inuent. 54. hic autem pro eo quod continetur, et
3 eſt, capi debet. Sed nunquid neceſſarium fuit ut tenor, et continentia bullæ in hac prag. inſereretur et an ſat erat enunciare eam: et uidetur dicendum quod ſufficiebat, ipſam enunciare tantum, ſine eo quod totus tenor inſereretur. Nam creditur regi atteſtāti de originali, licet ipſum originale nō exhi-

D beatur,

beatur, ſecundum glo.pe.in uerbo deſunt. Nã Princeps eſt lex animata in terris. §.pe.in auth. de conſu.glo.in l.& quia.ff.de iuriſ. om.iudic. & faciens mentionem inſtrumenti probat, quamuis illud nõ exhibeatur ſecundum Bald.in l. 1.C.de epi. & cle.

8 Sed in contrarium facit, quia id quod principaliter attendi debet.ut contractus cenſualis non ſapiat uſurariam prauitatẽ, eſt declaratio & lex ſummi Pontificis,(ut in ſuo loco dicetur) unde conueniẽs uidebatur,ut id quod principale erat per extenſum poneretur, & nõ enunciatiuè.

9 Nam id quod principale eſt, inſpici debet.l. rogaſti in prin. & ibi Alexan.ff.ſi certum peta.& in l.ſiquis nec,in principio . eodem titu. & hoc uerum eſt, etiam ſi acceſſorium eſſet maioris ualoris. l.ſi in emptione.in principio. & ibi Barto.ff.de contrahen.emptione.

10 Confirmatur per ea quæ dixit Spec. in titu. de inſtru.edi.§.nunc autem uidendum,verſi. item oppone,quatenus dixit, quòd ſi Rex confirmat priuilegiũ ex certa ſcientia, ſi priorem conceſsionem narraret,tunc non eſt neceſſe exhiberi primam cõceſsionem, ſed ſola confirmatio ſufficit;at ſecus ſi ſimpliciter, uel generaliter, fit confirmatio non inſerto tenore priuilegij confirmati, & iſtam doctrinam Specu.ſequitur Panormit.in cap.inter dilectos. 1.colum.de fi.inſtrumen.& ſequitur Ludo. de Ro.in conſi.336. circa propoſitam conſultationem de quo etiam per Claud. de Seyſe. & Iaſon. in authen.ſi quis in aliquo.C.de eden.et ibi Alber. de Roſa.& Franci.de Are.in conſi.76.3.col. & per Iacob.de S.Geor.in d.auth.ſi quis in aliquo & melius ibi per Philipp.Dec.circa finem, & per Paul. de Caſt.et Curt. in l.admonendi. ff. de iure iuran. ne ergo cõtingeret dubitari de bulla ipſa Rex no-

ſter

ſter tenorem ipſius per extenſum poſuit, et hoc caſu non eſt amplius neceſse oſtendere originalem bullam, quia creditur regi de ipſa bulla originali, et ita procedant allegata in contrarium, quod quidem non procederet ſi non eſſet inſertus tenor.

11 Si autem Notarius atteſtaretur de aliquo inſtrumento à ſe uiſo et lecto, etc. Nec inſeratur tenor, tunc non ſufficit illa aſſertio ad probandum illud inſtrumentum, ſaltim quo ad præiudicium eorum qui non interfuerunt, et ita firmat. Alber. a Roſat. in authen. ſiquis in aliquo. C. de eden. ſed ibi Alber. ſimpliciter format quæſtionem, an illa aſſertio probet inſtrumentum relatum, & ſimpliciter reſpondet, quod nullam probationem facit, & ita refert ſe alias de facto obtinuiſſe, per tex. in authen. ſi quis in aliquo. nec diſtinguit an quo ad præiudiciū eorum qui interfuerunt, uel aliorum, prout refert eum Alexan. in conſi. 6. in 4. lib. incip. ponderatis his. nume. 13. prima colum. Angel. autē in d. auth. ſiquis in aliquo, dicit quod quo ad præiudicium rogantis Notarium de illo inſtrumento faciente mentionem de alio à ſe uiſo, & lecto bene probat illud inſtrumentum relatum, ſine eo quod exhibeatur. Sed quoad alienum præiudicium non probat, exēplum ponit de inſtrumento faciente mentionem de inſtrumento procurationis, & idem voluit Pau. de Caſtr. ibidem, & Ange. in repe. l. ſciēdum, circa.
12 ix. uel x. col. ff. de uerbo. obliga. Vbi etiam plus dicit quod ſi Notarius, atteſtaretur de inſtrumento
13 à ſe facto nec etiam probat. Immo quod plus eſt refert Alex. in d. conſi. 6. quod Io. And. in addit. Specu. in titu. de inſtrumen. ædi. §. 1. uerſi. ſed obiicitur, dicit quod etiam ſi totus effectus inſtrumenti, & tenor eſſet regiſtratus in iſto inſtrumento referē

te non faceret adhuc fidem, niſi cõtra eum qui fuiſſet præſens tali productioni, ſeu regiſtrationi, & nihil oppoſuiſſet, quod quidem clarius uoluit gloſſ. in c. Abbate Sancti Syluani de verbo. ſignifi. in uerbo fiat fides ubi uoluit qđ niſi tale inſtrumentũ fieret coram iudice, & eius authoritate, etiam qđ totus tenor eſſet regiſtratus, non probaret illud inſtrumentum regiſtrati, & eſt ratio quia in illo inſtrumento ſic regiſtrato poſſet eſſe falſitas in originali, ſed quãdo tenor eſſet inſertus & regiſtratus authoritate iudicis, tunc quia non eſt preſumendum id factum abſque cauſæ cognitione, & legitime, bene probat, niſi pars uellet illud inſtrumentum relatum arguere de falſo, quia tunc exhiberi deberet, & quod inſtrumentum enuncians aliud inſtrumentum illud probet inter eaſdem perſonas uoluit Dec. in conſi. 36. in primo lib. ſaltim in caſu in quo illud inſtrumentum enunciatum fuiſſet neceſſarium ad illum actum Afflict. autem in deciſio. 273. incip. in quadam cauſa ponit quæſtionem in terminis, tandem refert quod diſcuſsis diſcutiendis, in ſacro Regio conſi. fuit uotatum quod inſtrumentum referens aliud inſtrumẽtum, per ipſum Notarium enuntiãtem, uiſum, & lectum, non probat illud inſtrumentum enunciatum, & tamen non diſtinguit an inter eaſdem perſonas, uel alias, immo relata opinione doctorum tenentium quod inter præſentes, & eaſdem partes probat illud inſtrumentum, dicit fuiſſe uotatum quod non probat, & ſic uidetur ſentire, quod non probat etiam inter eaſdem partes, Purpura. autem ſubtilis doctor in d. auth. ſiquis in aliquo, facit concluſionem quod inſtrumẽtum referẽs aliud non probat illud enunciatum, quod quidem adeo dixit procedere, quod etiam ſi Notarius refe-

ret

ret ſe ad inſtrumẽtum a ſe receptum & factum,nec etiam illud probaret,pro quo allegat Angel. in l.ſi donatio.ff.de donatio. & Iaſ. & Moder. in d.auth. ſiquis in aliquo,quod eſſe uerum inquit quoad præiudicium tertij.non autem in præiudicium notarij, quia tunc creditur, ut poſsit cogi ad edendum, & hæc concluſio etiam procedit ſi eſſet inſertus tenor inſtrumenti relati, ſecundum Abba. in c. Abbate de uerbo.ſignifi.& fuit de mente Bart. ſecundum eũ in 1.q.primi articuli d.auth. ſi quis in aliquo & Philip.Corn.conſi.244.2. lib. uidetur prima facie colum.2.limitat tamen hanc concluſionem pluribus modis,& primo niſi aliud inſtrumentum relatum exhibeatur, uel aliter comprobetur. Sed hæc ſecundum eum non eſt limitatio, quia tũc fides inſurgeret ex relato,& non ex referente. Secundo limitatur ut non procedat inter has perſonas inter quas inſtrumentum confectum eſt, quia tunc pro-
10 bat quo ad præiudicium earum. Et hæc limitatio uidetur habere locum etiam reſpectu producentis tantum,quia uidetur fateri uerum eſſe aliud inſtrumentum relatum in producto per eum, pro quo allegat in terminis Socy.in conſi. 11.in cauſa dominæ Catharinæ lib.3.Sed hæc limitatio procedit ſecundum eum pluribus requiſitis primo procedit quantum ad ea quæ potuerunt interuenire tempore confecti inſtrumenti.Item procedit in his perſonis quæ ſibi contrahendo uel aliter præiudi-
11 care poſſunt. at ſecus in alijs. Item tertio principalis concluſio ſupradicta limitatur, ut non procedat,quando diſponens in ſua diſpoſitione faceret mentionem de eo de quo haberet poteſtatem nunc diſponendi ſecundum Alexand. in d. auth.
12 ſi quis in aliquo colum. pen. Quarto limitatur

in uerbis narratiuis Principis narrantis tamen id ſuper quo liberam diſponendi habet facultatem Clemen.prima de pro.ſuper quo dicit uidendum & diſtinguendum ut per Aquen. & Albet. ibi &
13 dixi ſupra in uerbo nō uitiatas. Quinto & ultimo limitat ut non procedat in antiquis in quibus (ſecundum eum) uerba narratiua ſeu relatiua probant etiam ſi non conſtat de relato, & ita pertranſit Claud.de Seyſſe. in ea authē. Siquis in aliquo. ſimiliter tenet quod ad præiudicium partium inter quas factum eſt inſtrumētum referens aliud, probat quo ad ipſum inſtrumentum relatum, intelligendo quando actus relatus potuerit interuenire tempore inſtrumēti, & hoc etiam tenuit Dec. ibidem referens ita teneri, per omnes nemine diſcrepante. Quid igitur dicendum? Ego audacter puto indifferenter eſſe dicendum quod inſtrumentum faciens mentionem de alio non probat illud inſtrumentum in eo enunciatum ſeu relatum præcipuè tamen per text.in d.authen.ſiquis in aliquo, qui quidem generaliter loquitur nulla facta diſtinctione an inter eaſdem perſonas, an inter alias, ergo generaliter debet intelligi, id dictante text. in l.de pretio. ff. de publi. & l.2. & ibi Bart.ff. de offic. præſi. nec rectè dici poteſt, quod tex. in dicta auth.ſi quis in aliquo, neceſſario debeat ſic diſtingui propter text.in l.optimam.C. de contrah. & commit.ſtipu. quia ſecundum Deci. in d. auth. ſi quis in aliquo numero 34. ille text. euitari poteſt, quia loquitur quando uerba enunciatiua à contrahentibus ſimpliciter, & abſolutè proferuntur, ſecus uero in caſu de quo quæritur, quia uerba prolata inter ipſos contrahentes ad aliud inſtrumentum referuntur, quo caſu non ſimpliciter par

tes

tes uidentur cõfiteri, ſed ſolùm quatenus in inſtru mento continetur. Confirmatur huiuſmodi intellectus Dec. quia in ſecundo inſtrumento faciente mentionem de alio non eſt principalis intentionis contrahentium diſponere de contentis in inſtrumento relato, ſed tantummodo de contentis in ipſo referente, exempli gratia Titius ut procurator Sempronij mihi uendit domum, intentio enim in caſu iſto Titij eſt uendere, & mei eſt emere & notarius rogatus cenſetur rogatus, ut conficiat inſtru mentum emptionis, & uenditionis, & non ut faciat fidem de inſtrumento procurationis, & licet Titius tempore uenditionis oſtenderit inſtrumen tum procurationis Sempronij, Si Notarius enunciat illud inſtrumentum eſt quid incidenter & non de principaliter diſpoſitis in iſto ſecundo inſtrumẽto, & ſic in caſu iſto ſuccedit quod illa dictio prout in tali inſtrumento continetur cum non ponatur in actu diſpoſitiuo, eo quia tunc non eſt præſens Sempronius qui potuiſſet ipſum Titium procuratorem cõſtituere, ſed refertur ſuper eo de quo in iſto ſecundo inſtrumento, referente per ſe & clarè non conſtat, neque certè non probatur illud relatũ, niſi illa relatio declaretur per illud ad quod fit relatio, ut eſt caſus expreſſus in l. ſi ſic. §. i. & ibi per Dy. & Bar. ff. de lega. i. & in l. legaui. ff. de lib. leg. & habetur per Bart. in extrauagan. ad reprimendum in uerbo prout, & plene declarat Ioan. And. in c. ex parte. nume. 5. extra de reſcrip. Præterea teſt. in d. l. optimam. non obſtat alia ratione, quia ideo ſtatur & creditur uerbis enunciatiuis in caſu ibi propoſito, eo quia enunciatur ea quæ tempore celebrati contractus interuenerunt & fuerunt uiſa, & cognita per ipſum notarium, et fue-

runt facta eo tunc quo contractus celebratur, nimirum ergo ſi creditur poſtquam non enunciatur, extranea, & extra materiam contractus de per ſe poſita, notarius enim tunc aſſerendo, aſſerit ea quæ eo tunc cum partibus fecit, ſed quando aſſerit ſe uidiſſe inſtrumentum, eſſet potius teſtimonium reddere de alibi, & alio tempore geſtis, quam de geſtis & diſpoſitis coram eo, nimirum ergo ſi in caſu iſto etiam in præiudicium partium contrahentium aſſertio illa non probet, & hanc opinionem ſi recte perpendatur tenuit Dec. in d. authen. intelligere enim tex. in d. authen. ſiquis in aliquo, ut loquatur quo ad præiudicium earum perſonarum inter quas non eſt confectum inſtrumentum, eſſet intelligere illum tex. de caſu indubitabili contra. l. quod labeo ad Carbo. & hanc opinionem tenuit Dec. in authen. ſi quis in aliquo & Fely. in c. fi. extra de fi. inſtru. ult. & pen. colum. et eam etiam tenuit Alber. in d. auth. ſi quis in aliquo, et Afflict. in deci. ſupra allega. uerum ſi enunciarentur, quæ potuerunt interuenire tempore confecti inſtrumenti, et ea in quibus partes poſſent ſibi præiudicare, tunc enunciata probantur inter ipſas partes, et ita intelligendo uidentur tranſire omnes Mod. quos
14 uiderim. in d. authen. ſi quis in aliquo. Quid ergo dicendum de ſententia enunciante acta, et ſolennitates alias? Vide Doct. in d. authen. ſiquis in aliquo, et Doct. in c. quoniam contra. et maxime Pari. nume. 122. extra de proba. et pleniſsime per Craue. in tract. de antiqui. temp. in 2. parte.
15 An autẽ tenor inſtrumenti ſeu alterius ſcripturę poſsit ꝓbari per teſtes? Bar. in d. auth. ſi quis in aliquo, dicit quod poteſt probari duobus concurrentibus, primo quod inſtrumentũ ſit perditũ, ſecũdo

quod

quòd teſtes ſint periti qui cognoſcât defectum inſtrumenti, & literas notariorum per cap. cum olim. el primo de pri. ubi per Abb. col. pen. & ante eum Anto. de But. in 1. no. & idem Barto. in l. ij. §. diuus, colum. 2. de iur. fi. & Bald. in cap. 1. col. fin. qui teſt. ſint nece. & hanc opinionem dicit communiter approbari per Doct. ſecundum Dec. in d. auth. ſi quis in aliquo, ſed Afflict. in deci. 274. quæſitum fuit in conſilio refert hunc caſum fuiſſe diſcuſſum in ſacro Neapoli. conſi. & tandem fuiſſe deciſum, quòd cumulatiuè debent hæc probari, primo probari debet quod illa ſcriptura facta fuit in tali loco, & tali anno, & menſe, & die, & de omnibus ſubſtantialibus requiſitis in illa ſcriptura perdita. Item debet probari authoritas inſtrumenti ſcilicet quod fuerit ſine aliquo uitio falſitatis, tertio debet probari perditio inſtrumenti, ne fraudulenter allegetur perditio, vt non poſsit deprehendi falſitas, ſed vbi ſcriptura non eſt de ſubſtantia, & teſtes deponunt de geſtis contentis in inſtrumento, tunc non eſt neceſſè probari perditionem inſtrumenti, uel quod inſtrumentum fuerit ſine falſitate, ſed ſatis eſt quod deponant de ueritate rei, & perditio inſtrumẽti probari poteſt per iuramentum præcedente cauſæ cognitione, hoc eſt, quòd præcedant aliquæ coniectu-
16 ræ circa perditionem. An ſi tenor totus inſtrumenti, uel ſcripturę ſit exemplatus per notariũ, & regiſtratus in carta probetur tenor ille ità uel ne? Vide Bar. & omnes doct. tam antiquos quam modernos in d. auth. ſi quis in aliquo, & Fely. in d. c. fi. de fide inſtru. vbi de ueritate quæſtionis.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 ☞ Origo Papæ Nicolai quinti.
2 Nicolaus Papa quintus cur ſic uocatus, & quid ſignificet hoc nomen. & 12.
3 Nicolai nomen quot Pontifices habuerunt.
4 Acceptio perſonarum peccatum eſt.
5 Acceptio perſonæ eſt iniuſtitia qua perſona perſonæ præfertur.
6 Acceptionem perſonæ habentes puniuntur.
7 Acceptionem perſonæ qui inter antiquos non habuerunt.
8 Acceptio perſonarum ratione ſanguinis habenda eſt.
9 Exequutor teſtamenti an poſsit legata pauperibus dare ſuis conſanguineis.
10 Emphyteoſis conceſſa conſanguineo ualida eſt.
13 Nomen pulchrum, quàm bonum ſit, aſſumere.
14 Nomen bonum niſi ſequatur virtus nihil eſt.
15 Nomina electorum ad pontificatum cur mutantur.
16 Papa unde dictus.
17 Papa cur ſe uocat epiſcopum.
18 Papa cur ſe uocat ſeruum ſeruorum Dei.
19 Humilitas præcipua virtus.
20 Superbiam qui fuerunt imitati.
21 Humilitatem qui adepti fuerint.
22 Auctoritas Papæ & Regis cur in hac pragma. interuenerit.
23 Syllaba qualibet in lege poſita non ſine cauſa ponitur.
24 Leges ſolus princeps facit.
25 Reges à quo habent authoritatem legis condendæ.
26 Vſura an ſint iure diuino prohibita.
27 Rex an poſsit aliquid ſtatuere contra ius diuinum.
28 Iura diuina miſtica an mutari poſsint.
29 Iure naturali erat prohibitum occidere hominem.
30 Adulterium nullo iure poteſt permitti.
31 Statutum quod bannitus poſsit occidi ualet.
32 Teſtes duo uel tres cur non ſufficiant in teſtamentis.
33 Bart defenditur per Dominum Authorem.

Diſpen-

34 *Diſpenſatio eſt quatruplex.*
Opinio Domini Authoris.
35 *Ius diuinum quod propriè dicatur.*
36 *Deum diligere eſt primum præceptum aduerſus quod an poſſit lex fieri.*
37 *Reges debent defendere eccleſiam.*
38 *Hæreticus ad fidem conuerſus, an licitè non puniatur.*
39 *Deus conuertentes, & pœnitentes admittit.*
40 *Clementia uti eſt proprium* Dei, & Regis.
41 *Deus qualiter furore & pœnitudine ducatur.*
42 *Blaſphemia iure diuino prohibita.*
43 *Blaſphemia apud omnes prohibita.*
44 *Platonica lege blaſphemia punitur.*
45 *Blaſphemia eſt ualde deteſtabilis.*
46 *Dolus non præſumitur ubi nullum datur commodum.*
Idem eſt ubi modica utilitas percipitur.
47 *Ratio prædictorum.*
48 *Blaſphemia an poſſit permitti.*
49 *Blaſphemiæ deteſtatio.*
50 *Blaſphemia quid ſit.*
51 *Pœna blaſphemiæ cur diuerſa à iure diuino.*
52 *Pœna minoratur propter multitudinem.*
53 *De eadem re cur puniantur peccata.*
54 *Opinio* Domini *Authoris reiecta opinione Aſflicti.*
Blaſphemiæ pœna cur immutata, alia ratio.
55 *Lex ueteris teſtamenti ceſſauit.*
56 *Blaſphemans calore iracundiæ.*
57 *Ira comparatur inſaniæ.*
58 *Princeps mandans aliquid inſolitum debet differri.*
59 *Iracundiæ tempore iudex non debet punitionem facere.*
60 *Blaſphemans in ludo.*
61 *Ludus cur prohibitus.*
62 *Delictum ex quo magnum bonum ſequutum fuit punitur.*
63 *De eadem re.*
64 *Illicitæ rei operam dans, habet præſumptionem contra.*
65 *Redit ad primam quæſtionem.*

66 *Blaſphemans propter iram quando non punitur.*
67 *Falſum iuramentum iure diuino inhibitum.*
68 *Iuramentum an ſit de ſe illicitum.*
69 *Negatio præpoſita uniuerſali ſigno cuius effectus.*
70 *Iuramentum qualiter fieri debet.*
71 *Iuramentum quare debet habere tres comites, ueritatem ſ. iudicium, & iuſtitiam.*
72 *Periurium eſt peccatum mortale.*
73 *Deteſtatio falſi iuramenti.*
74 *Falſa iuratio quatrupliciter dicitur.*
75 *Periurium qualiter punitur.*
76 *Iurandi mos apud antiquos.*
77 *Prodigia quæ apparuerunt tempore Romanorum propter periurium.*
78 *Pœna periurij ſecundum ius canonicum.*
79 *Pœna periurij ſecundum Aegiptios.*
80 *Iurandi religionem quam ſancte collebant.*
81 *Iuramentum prohibitum ſecundum Platonem.*
82 *Iuramenti impobratio.*
83 *Alexãder Imperator ꝓpter l ij. C de reb. cre. occubuit gladio.*
84 *Pœna periurij iure longobardo.*
85 *Pœna periurij iure noſtro.*
Opinio Ange.
Opinio Salice.
Opinio Bal.
Opinio Corne.
Opinio Iaſo.
Opinio Domi. Authoris.
86 *Genius quis dicatur.*
87 *Intellectus, l ij C. de re. cre.*
88 *Pœna periurij de iure regni.*
89 *Inquiri ex officio an poſſit contra periurium.*
90 *Princeps uel Papa an poßint contra iuramentum diſpenſare*
Opinio Bal.
Opinio Bar.
Opinio Anto de But.

Opi-

Opinio Do. Abba.
Opinio Salice.
Opinio Alexan.
Opinio Iaſo.
Opinio Ioan. de Imo.
Opinio Roma.
Opinio Cornei.
91 Corn. parum conſtans.
92 Conſilia doctorum non ſunt ſimpliciter attendenda.
95 Pecunia excecat oculos iudicum.
94 Pecunia Eſau uendidit primogenita.
95 Pecuniæ deteſtatio.
96 Pecuniæ laudes.
97 Pecunia eſt uita hominis.
98 Pecunia eſt omnium regina.
99 Pecuniæ etiam caſtitas ſubijcitur.
100 Pecunia iuſtitia ius vnicuique tribuit.
101 Pecunia dantur officia, & aulæ regum aperiuntur.
102 Reuertitur ad quæſtionem principalem.
Opinio Domi. Authoris.
103 Mendacium prohibitum iure diuino.
104 Mendacium quot modis puniatur ex Bal.
105 Mendacium uituperabile ex Ariſto.
Idem ex Ioanne Chri.
Idem ex beato Tho.
106 Mendacium permittitur per leges.
107 Mendacium in principali non punitur.
108 Mendacium an potuit per leges permitti.
109 Mendacium permiſſum in ueteri teſtamento.
110 Simulatio utilis aliquando permittitur.
111 Ius poſtliminij quare introductum.
112 Simulationes permiſſæ ex nouo teſtamento.
113 Mendatio aliquando licet uti.
114 Mendacium quando permittitur ex Auguſti.
115 Mendacia permiſſa in bello vt milites confortentur.
116 Mendacia permiſſa, ut arcana non pandantur.

117 *Mendacia non laudanda ex antiquis.*
118 *Notarius Simon mareſchalchus laudatur.*
119 *Mendacium pœnitus inhibitum ex ſacra ſcriptura.*
120 *Mendaces qualiter puniantur.*
121 *Falſum teſtimonium iure diuino prohibitum.*
122 *Falſum teſtimonium qualiter apud piſidas punitur.*
123 *Apud Indos periurus qualiter punitur.*
124 *Et apud Maumethanos quomodo punitur.*
125 *Et apud Bayoarios qua pœna punitur.*
126 *Et apud Alemanos quæ pœna impoſita.*
127 *Et apud Riboarios quænam pœna imponitur.*
128 *Et apud Baioarios iterum.*
129 *Et apud Hæbreos qualiter punitur.*
130 *Falſum teſtimonium an per leges poſſit permitti.*
131 *De eadem re.*
132 *Falſi teſtimonij pœna de iure noſtro.*
133 *Teſtis falſus quot pœnis eſt obnoxius.*
134 *Sabbatorum ſanctificatio de iure diuino.*
135 *Lex ciuilis an poſſit diſpenſare circa obſeruationem ſab bati.*
136 *Dies dominicus ſucceſſit in locum ſabbati.*
137 *Feriarum tempore licitè proceditur ad torturam latronum.*
138 *Latrones interficere eſt Deo gratiſſimum.*
139 *Feriarum tempore poteſt manumitti, & mancipari.*
140 *Tutores dari pupillis pietatis officium eſt.*
141 *Pacis acta fieri poſſunt etiam diebus feriatis.*
142 *Parentes ſunt honorandi ex precepto diuino.*
Ex ueteri teſtamento.
Idem ex Paulo apoſto.
Idem ex Ambro.
Idem ex Ariſto.
Idem ex Cicero.
Iterum idem ex Ariſto.
Idem ex Pithago.
Idem ex Aeliano.
143 *Parricida apud Aegyptios qualiter puniatur.*
144 *De eodem apud turchas.*

De

145 De eodem apud Athenienſes.
146 Parentibus an in omnibus ſit parendum.
Ex Aulo Gel.
Idem ex bea. Tho.
Idem ex Ambro.
Idem ex Hiero,
Idem ex Chriſo.
147 An lex ciuilis poſsit diſponere ſuper præcepto iſto.
Deciſio principalis quæſtionis.
148 Pater rebellis an licitè occidatur per filios.
Ex beat. Thom.
Ex lib. Exho.
Iterum ex bea. Thom.
Idem ex Vale. Maxi.
149 Patriæ quantum ſit obtemperandum.
Ex Cicero.
Idem ex Platone.
Idem ex bea. Tho.
150 Patria cur ſic dicitur.
Idem ex Valer. Max.
Idem ex Cicero.
Idem ex bea. Thom.
Idem ex Alberi. de Roſa.
Origo Domi. Authoris.
Redit ad propoſitam quæſtionem.
Idem ex Nello de ſan Gemi.
Idem ex Vale. Maxi.
Opinio Domi. Authoris.
151 Lex parricidij.
152 Lex Platonica de uerberatione parentum.
153 Lex Platonica de occidente parentes.
154 Lex ciuilis qualiter diſponit de parricidijs.
155 Pœnæ de parricidijs ſignificatio.
156 Canes cur hominibus dati.
157 Canis fidelitatis exempla.
158 Vipera occidit propriam matrem.

Simia

159 *Simia graſſatur in infantulos.*
160 *Gallus gallinaceus quare ſic dicitur.*
161 *Gloſſa in l penul de parrici. reprehenditur.*
162 *Homicidium iure diuino omnino prohibitum.*
163 *Homicidium prohibetur lege Maumethis.*
164 *Homicidium etiam apud Aegyptios prohibitum eſt.*
165 *Homicidium apud Græcos puniri ſancitum erat.*
166 *Homicidium an permitti poſsit.*
167 *Homicidium commiſſum in furem qualiter punitur apud Baioarios.*
168 *Lege ciuili qualiter punitur homicidium commiſſum in furẽ. Opinio Domi Authoris.*
169 *Adulterium iure diuino inhibitum.*
170 *Adulterium an permitti poſsit.*
171 *Adulterij deteſtatio ex Iſidoro.*
Idem ex Platone.
Idem ex Ariſto.
Idem ex Apoſtolo.
Idem ex Ioanne Chriſo.
172 *Adulterij mala plura.*
Idem ex Ouidio.
Idem ex Oratio.
Idem ex Iuuena.
Idem ex Hiero.
Idem ex Greg.
173 *Pœna adulterij cur uariè ſtatuta?*
174 *Coitus prorſus omnis eſt prohibitus.*
175 *Coitus coniugalis quando illicitus.*
176 *Fornicatio ſimplex an ſit prohibita.*
177 *Meretricia cur permittantur, & quis primo reperijt?*
178 *Venus quàm impudica.*
179 *Venus ex mare concepta dicitur.*
180 *Veneres duæ ſecundum Plato.*
181 *Hominum genera tria finguntur per Platonem.*
182 *Meretricium quibus legibus permittatur.*
183 *Adulterium nunquid cum meretrice nupta committatur.*

184 Adulterium qualiter capiatur.
Redit ad principalem quæſtionem.
Opinio Glo.
Opinio Salice.
Opinio Ange.
Opinio Afflict.
Opinio Bar.
Opinio Capi.
Opinio Io de Ana.
Opinio Io Ber. Diaz.
Opinio Paul. Grillan.
Opinio Domi. Authoris.
185 Meretricium an permitti potuit?
186 Vis illata meretrici cur iure communi non puniatur.
187 Coitus præter uxorium per philoſophiam prohibitus eſt.
188 Item & lege naturæ.
Confutatur ratio quòd permittitur, minus malum ut euitetur maius
189 Vim inferre meretricibus eſt contra naturam, legem diuinã, & humanam.
190 Vim inferre eſt atrox malum.
191 Coitus unde dictus.
192 Concordia omnia rectè fiunt.
Opinio Domi. Authoris.
193 Infamiæ pœna eſt grauiſsima pœna.
194 Vim inferens meretrici capitaliter punitur.
195 Meretricium tollerant etiam principes Chriſtiani.
196 Meretrici mutuari non poteſt ultra ducatos ſex.
197 Accuſatio in meretricio ceſſat in regno.
198 Meretricium tollerabatur apud ſanctos patres.
199 Concubinatus de iure ciuili permiſſus.
200 Concubinatus ut ſit licitus quæ requirantur.
201 Conſenſus concubinarius requiritur in concubinatu.
202 Concubinatus de iure canonico improbatur.
203 Furtum iure diuino prohibitum.
204 Furtum qualiter apud Athenienſes punitum?

205 *Furtum qualiter punitur apud bactrianos & atrios.*
206 *Furtum qualiter apud Scithas punitur.*
In Lycia furtum qualiter punitur.
Gabinia lege qualiter.
Item apud ſeres.
Apud Saracenos quomodo punitur.
Item apud Baioarios.
Item apud Riboarios.
Item lege Platonis.
207 *Furtum rei paruæ, & magnæ equali pœna, lege Platonis punitur.*
208 *Furtum an aliquibus in locis permittatur.*
209 *Furta domeſtica publicè non uendicantur.*
210 *Furtum magnum quale ſit.*
211 *Furta domeſtica quare publicè non uendicanda.*
212 *Furtum permittitur in domo receptantis ludum.*
213 *Et quæ nam eſt ratio.*
214 *Ludus eſt crimen.*
215 *Ludum inuenit diabolus.*
Ludus an indiſtinctè ſit prohibitus.
216 *Furtum rei meæ uel equiualentis permittitur.*
217 *Furtum permittitur in bello.*
218 *Furtum ratione famis permittitur.*
219 *Furta hodie committuntur in curijs, & domibus magnatū.*
220 *Officia uendere eſt furtum committere.*
221 *Officia an liceat pecunia emere.*
Opinio Domi. Authoris.
222 *Principes tenentur cuſtodire iuſtitiam in terra.*
223 *Principes tenentur de ſuo ſoluere prouiſiones officialibus.*
224 *Domini hodierni ſunt mercatores, & emunt & reuendunt frumentum.*
225 *Concupiſcentia alienarum mulierum prohibetur.*
226 *Concupiſcentia bonorum inhibetur.*
Cogitationis pœnam nemo patitur iure noſtro.
Opinio Bal.
Opinio Ioan. And.

Opinio

Opinio Do.*Fely.*
Opinio Do.*Authoris.*
227 *Opinio aut cogitatio ſola quoad hominem punitur.*
228 *Cogitatio in crimine læſæ maieſtatis quando punitur.*
229 *Cogitationes non poteſt ius ciuile punire.*
230 *Præcepta euangelica quæ ſint.*
231 *Vſura quam ſit odibilis Deo.*
232 *Vſura prohibita apud Aegiptios.*

NICOLAVS; hic enim. V. huius nominis Papa fuit, natione Lunenſis ex oppido Sarazano, Imper. Feder. III. ſedit. 8. Ann. Thomas uocatus Artemedicus, deinde ſubdiaconus factus ex humili loco Bononiæ ſtudiјs profecit, Adiutus benignitate Nicolai Albergati Cardinalis Sanctæ Crucis, miſſus deinde cum Ioanne Carauaſalla Hiſpano ab Eugenio in Germaniam Baſilienſis conſiliј ac neutral tatis(ut ipſi appellant) tollendę gratia fautorem tunc Romani Principis Aeneam Piccolomineum qui poſtea Pius. II. fuit apud Federicum Imperatorem, nactus omnia ex uoto reportauit, redeuntibus honor adhibitus roſeis obuiam miſsis ac Senatus ordinem receptis, deceſſit Anno Pontificatus. VIII. Salu. MCCCCLV. IX. Kal. April. licet enim ex humili progenie, hic Papa Nicolaus fuerit uirtute tamen claruit.

Nicolai nomen Pontificatus culmine adepto aſſumpſit, quod quidem nomen proprium eſt, quaſi uictor populi denotatur, græcum enim nomen eſt. Alter enim fuit ab iſto Nicolao, à quo Nicolaitę hæretici originem duxere, qui fuit cum Stefano diaconus, huius rurſus nominis fuit Nicolaus Damaſcenus Peripateticæ ſectæ Philoſo-

phus, Herodi Iudeorum Tetrarchæ, & Auguſto Cæſari familiaris, qui uniuerſalē hiſtoriā libris. 80. cōplexus eſt; Nicolaus alius fuit ex Myra Lyciæ ciuitate, flagrantiſsimus Chriſtianæ religionis propagator qui ſub Cōſtantino Cæſare uixit, fuit. Itē Nicolaus quidem Sophiſta, ex eadem Myra, ortus Dioſcoridis grāmatici frater, qui artem Rhetoricā conſcripſit, & meditationes quaſdā ſecundū Suidā, plures alij ſummi uiri præclarique homines huius nominis fuere quos recenſere inutile erit. Iſtius nominis fuit primo inter Pontifices, Nicolaus Papa primus, qui fuit filius Theodoſii Romani, & propter eius ſanctitatem ac miram uirtutem electus fuit ſummus Pontifex dum eſſet abſens ab urbe quod dum ſciuiſſet ad Montem Vaticanum ſe contulit ibique occultè ſtetit aliquot diebus, rogatus tandē Papatū acceptauit, ſanctéq; uixit in Papatu Ann. nouem, & menſes duos, & uiginti dies, & mira opera bona fecit, & ſub Imperatore Ludouico fuit ſub Anno ſalutis. 863. eiuſdem quoq; nominis fuit Papa Nicolaus Sauonēſis, antea Gerardus Epiſcopus Florentinus uocatus, uir quoq; uirtute, & bonis moribus ornatus, qui dū Benedictus Papa decimus papatu deiectus extitiſſet, quia potius factione, quā electione euectus fuerat ipſe quoque electus Pōtifex fuit in ciuitate Senēſi, fuit ēt eiuſdē nominis alter Nicolaus Papa tertius in urbe natus Vrſinæ illuſtris familiæ, antea Gaetanus uocatus. qui fuit uir integerrimæ, & ſanctæ uitæ, & amator uirtutis, & dum uixit uitam religioſam duxit. alter prædeceſſor Papa Nicolaus quartus fuit in ciuitate Aſcoli natus in Marca, cuius proprium nomen Hieronymus fuit, ordinis fratrum Minorum, electus Papa ſub Anno. 1288. uir quoq; doctiſsimus

ac bo-

ac bonæ, & perfectæ uitæ, non minus exteris, quã fauere ſuis, dum uixit curauit, quod quidem procul dubio ſatis laudabile, et ſummę uirtutis dici debet.
4 Immo contrariũ facere, peccatum eſt. Nã acceptio perſonarum opponitur iuſtitiæ diſtributiuæ; Conſiſtit enim æqualitas diſtributiuæ iuſtitiæ in hoc quod diuerſis perſonis diuerſa tribuuntur ſecundum proportionem ad dignitates perſonarũ. ſi ergo conſideret aliquis illam proprietatem perſonæ propter quam aliquid quod ei confertur eſt ei debitum, non eſt acceptio perſonæ, ſed cauſæ. unde glo. ſuper illud ad Ephe. 6. (acceptio perſonarum non eſt apud Deum) dicit ꝙ Deus iuſtus iudex cauſas diſcernit, non perſonas, puta cum aliquis promouet aliquem ad magiſterium propter ſufficientiam ſcientiæ, hic attenditur cauſa debita non perſona; ſi autem aliquis conſideret in eo cui aliquid confert, non id propter quod id quod ei datur eſſet ei proportionatum, uel debitum, ſed ſolũ propter hoc quod iſte homo Petrus, uel Martinus eſt, hoc eſt acceptio perſonæ, quia non attribuitur ei aliquid propter aliquam cauſam quæ faciat eũ dignũ, licet ſimpliciter attribuitur perſonę ad perſonam autem refertur quęcunque conditio non faciens ad cauſam propter quam ſit dignus hoc dono, puta ſi aliquis promoueat aliquem ad prælationem, uel magiſteriũ, quia eſt diues, uel quia eſt conſanguineus ſuus, eſt acceptio perſonę. Contigit tamen aliquam conditionem perſonæ facere eam dignã reſpectu unius rei, & non reſpectu alterius, ſicut conſanguinitas facit aliquem dignum ad hoc quod inſtituatur hęres patrimonij, non autem ad hoc quod conferatur ei prælatio eccleſiaſtica; & ideo eadem conditio perſonę in uno negotio. Conſide-

ſiderata facit acceptionem perſonæ in alio non facit,ſic ergo patet quòd perſonarum acceptio opponitur iuſtitię diſtributiuæ in hoc quòd præter proportionem agitur,nihil autem opponitur uirtuti niſi peccatum. Vnde conſequentia eſt quòd perſonarũ acceptio ſit peccatũ Hęc ſunt uerba bea.Thom. in 2.2.q.63.arti.primo,hinc Augu. in glo. ſuper illud Iaco. 2. dicit, (quis ferat ſiquis diuitem eligat ad ſedem honoris, Eccleſię contempto paupere inſtructiore,& ſanctiore)& in euangelio Marci. cap.3.legitur de Ieſu qui dum quæreretur a matre, & fratribus,& eſſet ei nunciatum ꝙ mater & fratres ſoris expectabant eũ,dixit quæ eſt mater mea, & fratres mei? qui fecerit uoluntatem patris mei, hic frater,mater,& ſoror eſt.ſic ergò monemur conſanguinitatem eatenus reſpiciendam eſſe quatenus meretur,habito reſpectu ad uitam, & perſonas conſanguineorum,hinc dicit Bal.in l.tutor.§. qui tutoribus.ff.de excu.tuto.quòd ſi Papa promouet cõſanguineum ad dignitatem quòd reuelauit ſibi ca-
5 ro & ſanguis,& non ſpiritus. Et ſecundum Alex. de Aleſ.ſecũda ſecũdæ Trac.de accep.perſo.q.136. Acceptio perſonarum eſt iniuſtitia qua perſona perſonæ præfertur in conferendo ei aliquid quod ex debito iuſtitiæ alteri eſt conferendum ratione alicuius conditionis tranſitoriæ,nõ conferentis ad ipſam rem,exiſtentis cir ca perſonam puta diuitiarum,poteſtatis terrenæ,uel cognationis carnalis, & non ob
6 meritum eius ad ipſam rem. Hinc non immeritò inquit Iſa. capitulo decimo (ueh his qui decernunt decreta iniqua. & ſcribis, qui ſcribunt moleſtiam,ut detrudant tenues a cauſa, & rapiant iudicium pauperum populi mei,uiduas ſpoliant,& pupillos deprædantur,)& Hiere.cap.v.inqui(cauſam

uiduæ

uiduæ nõ iudicauerũt,cauſam pupilli nõ direxerũt & iudiciũ pauperũ nõ iudicauerunt. Nũquid ſuper his nõ uiſitabo dicit Dominus? aut ſup̃ gente huiuſ modi nõ ulciſcetur anima mea? (et Iaco. in Epiſto. Cano.c.2.(Nolite(inquit)in acceptione perſonarũ fidem habere) & Hieron.in originali ſuper Hamos (Quicunque conſanguinitate aut amicitia, uel econ uerſo hoſtili odio uel inimicitiis in iudicãdo ducit peruertit iuditiũ Chriſti,qui eſt iuſtitia) & idẽ ad fa biolã(multa nos facere cogit affectus,dũ proprinquitatẽ reſpicimus corporis & animę offendimus Creatorẽ)& Ambro.ſup Malachiã(inter oĩa peccata Sacerdotũ eſt maxinũ, ꝙ nõ cauſas,ſed perſo nas cõſiderãt,et deſpecto iuſto paupere,iniuſtos di uites honorãt)& Iſido.lib.3.de ſummo bono c.57. (Iudices iniqui errant a ueritate ſentẽtiæ dũ attendunt qualitatẽ perſonę,et exulcerãt ſepe iuſtos, dũ improbos defendũt iniquos(et Innocẽtius lib. 2.de uilitate cõditionis humanæ(clamat pauper, et nullus exaudit,loquitur diues et quilibet applaudit,di ues loqutus eſt et omnes tacuerunt, et uerbũ illius uſq; ad nubẽ producunt,pauper loqutus eſt,et dicũt quis eſt hic? et ſi offenderit ſubuertet eũ,clamat uim patiens,& nullus exaudit,uociferatur,& nõ eſt qui iudicet.diuiti dicũt,tu ſede hic bene, pauperi uero tu ſta illic,uel ſede ſub ſcabella pedum meorum,)et Caſsio.li.1.epiſto.13.(neſcit perſonas reſpicere qui merã cogitat æquitatẽ)et Cicero ſecũdo de oratore (plura multo homines iudicãt odio aut amore, aut cupiditate,aut iracũdia, aut dolore,aut letitia, aut ſpe aut timore,aut errore,aut aliqua prȩuaricatiõe mẽtis,ꝙ̃ ueritatis,aut p̃ſcripto,aut in eis norma aliqua,aut iuditii formula,aut legibus)et Oui.de amo re li,3.(curia pauperibus clauſa eſt. dat.cẽſus hono
 res)

res) & Auguſti. in quodam ſermone. (Abſit Dòmine, vt in tabernaculo tuo præ pauperibus accipiantur perſonæ diuites, aut præ ignobilibus nobiles, quando potius in forma mundi elegiſti, vt confunderes fortia.) & Gregò. in Homel. & in moralibus (perſonam hominis accipere eſt hominẽ non quia homo, ſed propter aliquid quod circa ipſum eſt honorare) & Hugo (acceptio perſonæ (inquit) eſt fatua reuerentia exhibita alicui, non cauſa debitâ, ſed propter timorẽ, vel vtilitatem.) & Iſido. inquit (amore corrumpitur iudicium dum amico vel propinquis præſtare contendimus.) & Orige. ſuper lib. numerorũ (nulla eſt propterea acclamatio, nulla conſanguinitatis, ratio, nulla eſt habita cõtẽplatio propinquitatis, & fit ſermo de Ioſue electione) ex quo patet per ſimile, ſicut in electionibus, ita in collationibus beneficiorum non attendendam rationem conſanguinitatis, item Bernar. inquit ò infinita ambitio, & inſatiabilis auaritia, cũ primos honorum gradus meruerint; meruerint autem vitæ merita, uel merita pecuniæ, ſiue carnis, & ſanguinis quæ regnum Dei non poſsidebunt, prærogatiua non ideo corda quieſcunt) ex quo accipitur, ꝙ illud meritum quod eſt ex prærogatiua carnis, vel ſanguinis, eſt reprobabile apud Deũ. ergò eſt cauſa indebita propter quam eſt præferendus
7 conſanguineus, & ſic eſt acceptio perſonę. Hinc legitur Philippum Mariam Mediolanenſiũ Ducẽ, filiam, multoſq; alios è gente ſua in teſtamẽto pręterijſſe, atq; Alphōſum Aragoneum Siciliæ Regẽ, non modo affinitate nulla ei coniunctum, uerum etiam aliquando grauem hoſtem atq; extra Italiã natum, hæredem inſtituiſſe, non conſanguinitatem ſtituens, ſed moribus, & bono regimine Alphonſi du-

ductus, & Pomponia Galla Romana fœmina exhęredato filio Aufidio Curiano, hęredem Plinium ſecundum inſtituit, & M. Antonius Carſcolanus (vt eſt apud Valer. Maxi. lib. 7. c. 7.) filium à ſuffenate auunculo ſuo adoptatum in teſtamento pręterijt Iuliano magni Pōpei familiari inſtituto hære. & Ebucia, quæ l. Meneuij Agrippę vxor fuerat; (vt eſt apud eundem Val. c. 8.) cum duas haberet eiuſdem probitatis filias Pletoniam, & Aphroniā, tantum hæredē inſtituit Pletoniam, & filijs Aphoniæ ex admodum amplo patrimonio uiginti nummos legauit, & Q. Metellus poſthabitis alijs celeberrimis uiris, & Claudiorum familia quæ artiſſimo ſanguinis vinculo ſibi aſtricta erat, Carinatem ſolum hæredem inſtituit, uitam, & mores carinatis intuens, non ſanguinis uinculum, & Q. Cęcilius deluſo. l. lucullo Pomponium Atticum teſtamēto; ſibi moriens hæredem adoptauit, & l. Valerius cui cognomen Heptachordo fuit ſpretis aduocatis, & patronis ſuis à quibus maximè adiutus fuerat Cornelium Balbū eius accuſatorem, & qui eum in diſcrimen vitæ adduxerat, hæredem ſcripſit, & Attalus Rex Aſiæ populo Romano, ſua legauit, ſuorū immemor. ſecundum eundem Valer. Maxi. lib. 5. c. 2. et Liuius lib. 58. Traianus Imperator nunquā officia uoluit diſtribuere niſi bene merentibus, licet ex aduerſo dici poſſet; ꝙ ordinata, Charitas magis diligit domeſticos quantum ad effectum, ſecūdum illud ulti. ad Gala. (maxime autem ad dome-
8 ſticos fidei) ſi ergo ex charitate id uidetur ordinatum, dicendum eſſet in collatione beneficiorum rationem conſanguinitatis habendam eſſe. Item dicitur. 1. ad Thimot. 5. (ſi quis ſuorum & maxime domeſticorum curam non habet fidem negauit)

dome-

domeſtici autem dicuntur, qui in conſanguinitate attinent, ergo ratio conſanguinitatis attēdi poteſt, in beneficijs conferendis; quare dicendum eſt, q̄ ſi conſanguinei pariter digni ſunt vt extranei aliquo officio, & dignitate, non eſt peccatum, tūc potius conſanguineis ipſis conferre quàm extraneis, ſecundum bea. Thom. ſecunda ſecundæ quæſti. 63. arti. ſecundo. (inquit enim) ad primum ergo dicēdum quòd circa conſanguineos Prælati diſtinguēdum eſt, quia quandoque ſunt minus digni, & ſimpliciter, & per reſpectum ad bonum commune, & ſic ſi dignioribus praferantur eſt peccatum perſonarum acceptionis in diſpenſatione ſpiritualium, quorum Prælatus eccleſiaſticus non eſt Dominus, vt poſsit ea dare pro libito, ſed diſpenſator ſecundum illud. 1. ad Corinth. 4. (ſic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorum Dei) quandoque vero conſanguinei Prę-lati Eccleſiaſtici ſunt æquè digni, vt alij, & ſic licite poteſt abſque perſonarum acceptione conſanguineos ſuos præferre, quia ſaltem in hoc magis prę-eminent quod de ipſis magis confidere poteſt, vt vnanimiter ſecum negotia Eccleſię tractent, eſſet tamen hoc propter ſcandalum dimittendum ſi ex hoc aliqui exemplum ſumpſerint etiam præter dignitatem bona Eccleſię conſanguineis dandi. Alexan. de Ales. titu. de accep. perſo. quæſti. 136. ſecūdo membro diſtinguit Latius, dicens quòd ſunt beneficia ſpiritualia, & ſunt corporalia, ſiue temporalia, in collatione temporalium ubi ſpirituale nō annexum licitum eſt conferre conſanguineo, ſi bonus eſt ex intentione conſanguinitatis, ſi uero temporale eſt annexum ſpirituali licitum eſt ei cōferre non ex ratione conſanguinitatis principali, ſed ſe-

cundaria, vt non egeat, ſed non ita vt luxurietur, ſi vero eſt ſpirituale beneficium, non attendenda eſt ratio, conſanguinitatis, vel ratio carnis, ſed ratio ſpiritualis. *Si* uerò aliæ conditiones ſunt pares, poteſt ex illis conditionibus moueri ad conferendum conſanguineo, dummodo non ſit ſcandalum paſſiuum ex hoc. *in* huiuſmodi enim aliqua dimittēda ſunt propter ſcandalum, tunc autem ſolum eſt acceptio perſonæ, cum præfertur ratione conſanguinitatis in ſpiritualibus beneficijs, quia ſic eſt de
9 cauſa *indebita*. E noſtratibus etiam Bald. in l. prima. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. id quod pauperibus. C. de epiſco. & cleric. format quæſtionem in eo qui creatus fuit exequutor, & diſtributor Legatorum perſoluendorum pauperibus, an poſſit legata diſtribuere *filijs pauperibus* alijsue conſanguineis pariter egenis, & finaliter decidit quòd ſi elegit conſanguineos abſque fraude palam, & bona fide, & verè ſint pauperes, licitè hoc facere poteſt, & idem voluit in lege tutor. §. qui tutoribus. ff. de excuſatione tutorum. vbi voluit, quòd pater exequutor *licitè* poteſt eligere filium abſque fraude, dummodo verè ſit pauper; hoc tamen adiecto ne ſibi quæratur vſusfructus, & idem uoluit Pet. de Anchara. in conſi. 436. incipi. in his dubijs, per textum in c. non ſatis. & ibi glo. 86. diſtin. & idem voluit ipſemet Bal. in l. illa inſtitutio. ff. de hære. inſtit. & ibi etiam hoc voluit Ioan. de Imol.
10 & Ange. Et per hæc alias in quadam conceſsione in emphytheoſim rerum Eccleſiaſticarum facta per prælatum conſanguineo ſuo, dixi quòd ex quo omnia ſolenniter interceſſerant & ceſſauit omnis fraus, & conſanguineus cui fuerat facta conceſsio erat bonæ uitæ & famæ, quòd talis

conceſsio valida erat & eſt, & hoc uoluit Feder. de Sen. cõnſi. 216. caſus talis eſt, & obtinui in facto in cauſa quodam Matthæi de Roma cum Reueren.
12 Abbate Thoma de Iudice. Nimirum ergo (vt vnde digreſsi ſumus reuertamur) ſi Papa Nicolaus. v. prius Thomas uocatus in promotione ad ſummum pontificatum aſſumpſit nomen Nicolai, cognouerat enim alios eiuſdem nominis Pontifices uirtute & bonis moribus fuiſſe præceteris de-
13 coratos, ideo nomen illud aſſumpſit. Aſſumere enim pulchrum & honeſtum nomen, bonitatis & totius probitatis inditium eſt, hac igitur, de cauſa Accurſius legum ciuilium gloſſa. eximius, gloriatur de nomine ſuo, ſic & Ioan. Andr. in prolo. cle. in princ. more honeſto & curiali nomen ſuum velut gratioſum indirectè commẽdauit, ſic etiam
14 facit Ioan. Fab. in §. ex diuerſo de re. diuiſio. Et licet bonum ſit aſſumere bonum nomen (vt ſupra) attamen niſi ſequatur uirtus parum prodeſt. ſecundum Ioan. Chriſo. in caput Geneſeos quintum, Homil. 21. in litera. b. inquit enim (nihil enim prodeſt alicui vocabulum, quo uirtus non commendatur, ſed habenda eſt ſalutis expectatio in omni uirtutum operatione. & neque in appellatione ſublime ſapere, neque in cognatione ſanctorum uirorum, neque in aliquo ſed in fiducia bonorum operum) bonum tamen eſſe inquit bona nomina pueris imponere, vt in eadem Homel. habetur (Igitur nos neque vulgaria nomina: pueris indamus, neque auorum & ab auorum, & eorum qui genere clari fuerunt nomina: tribuamus: ſed ſanctorum uirorum qui uirtutibus fulſerunt, plurimaque er-
15 ga Deum habuerunt fiduciam. Mutantur enim nomina in creatione Pontificum ad oſtendendum
per-

permutationem nominis, factam mutationem hominis: cum enim eſſet prius purus homo: nunc uicem ueri Dei gerit in terris: uel ideo id fit quia Chriſtus: ita fecit in promotione Petri, uel quia poterit eſſe quòd creatus Pontifex haberet turpe nomen, ideo mutatur. ſecundum gloſſ. in prohe. ſexti Ioannes uerò Chriſo. in ſermo. de conuer. Paul. in litera. e. quærens cur ſpiritus ſanctus mutauit nomen Sauli & uocauit Paulū, ſic inquit (quemadmodum Dominus qui ſeruum mercatus eſt oſtendere uolēs ſe Dominum ſerui, nomen illius immutat. Ita & ſpiritus ſantus fecit vbi Paulum captiuum accepit, uocabulum eius mutauit, vt etiam inde diſceret Paulus ſe habere Dominum. Nominum enim impoſitio dominij ſignum eſt, & præcipuum. & vnde hoc declarabimus? facilè ex his, quæ Dominus cū Adam egit, perſpicuum erit uolens enim docere Adamum, quod eum principē & Dominum omnium feciſſet, adduxit ad eum omnia animalia, vt uideret quid uocaret ea, quo monſtrat, quod nominum impoſitio Dominium teſtetur.) & in caput Ioan. primum Homil. 18. in litera. f. ſimiliter quærens, cur Chriſtus mutauit nomen Petri cum prius uocaretur Simon, & Nomen Ioannis cum poſtea vocatus fuit filius Tonitrui: ſic inquit (vt oſtendat ſe eundem eſſe, qui uetus dedit teſtamentum: ipſe eſt qui nominā: aptè imponit, qui Abram Abraham, & Saray, Saran, Iacob Iſrael uocauit; multis à natiuitate nomina: impoſuit, vt Iſaac Sanſon, ut ijs quorum mæminit Eſayas & Oſeæ. quibuſdam, quam à parentibus acceperunt appellationē mutauit, vt prædictis, & Ieſu. mos etiam antiquitus erat à rebus nomina imponi, quod & Helias fecit: hoc autem non temerè fit, ſed ut ea appellatio im-

ponatur, quæ ſit diuini beneficij perpetuum monumentum & memoria, per prædicta nomina auditorum animis imprimatur, ita & Ioanni cælitus nomen impoſuit.) & idem uoluit in ſermone de no-
16 mine Abram. Cur ergo ſummus Pontifex communiter appelletur Papa? Ioan. Cora. in lib. Miſce. iuris Ciuilis lib. 5. cap. 15. tetigit hanc quæſtionem & ibi refert quoſdam dixiſſe dici papam à papilla mammarum apice, vnde lac extrahitur, quaſi quòd ſummus Põtifex debeat ſuaue illud & melliſluum lac uerbi Dei fidelibus præbere; Alij fuerũt qui dixerunt Papam dici à nomine papus, quo mutuato à græcis ſermone Acium ſignificari conſtat, ſecundum Auſon. de ſtudio puerili ad nepotẽ.

Qui refugit matrem, papos, Auiaſq; tremẽtes,
Ante ferunt patribuſq;, feri noua cura nepotes.

Quaſi quòd Papa omnium pater eſſe debeat, alij à Papa Carduorum flore, qui marceſcens in lanuginem Abit, ſe ita per aerem diffundens ut ueluti floceulus euolare uideatur. ſecundum Lucre. lib. 3. 78. ueſtem nec plumas auium, papoſque uolantes. quaſi uelint ſignificare quòd Papæ æquiparantur, huic flori, quòd ſicut flos iſte citò deperit, ita Papæ citò intereunt tandem (ne amplius in eius dictis immorer) putat ipſe Papam dici à papo papas, quod quidem pro patre accipitur ſecundum Iuuena. Sati. 6. 63. timidus prægustet pocula papas, & Perſ. 3. 2. et ſimilis regum pueris papare minutum poſcis? & iratur mammæ lallare recuſas? & Ita ante eum
17 habetur in tra: ſomni uirida. c. 82. Cur autem Papa dicitur Epiſcopus Ioã. in reg. cancella. in regula ſeptima. fol. mihi ſupra dicit quòd ideo dicitur Epiſcopus eo quia nõ habet eccleſiam certam & dicitur Epiſcopus ratione ordinis, & cenſetur, habere dignita-

dignitatem urbis Romæ uel uniuerſalis eccleſiæ gl. in prohe. ſex. dicit quòd ideo dicitur Epiſcopus quia in eccleſia ſunt nouem ordines, & inter ipſos Epiſcopalis eſt maior, non ergo à dignitate ſed ab ordine uolens nuncupari ſe uocat Epiſco-
18 pum. Papa autem communiter ſe nominat (ut uides hic) ſeruum ſeruorum. Dei, quod quidem ſecundum vltimam expoſitionem gloſſ. in prohe. ſexti ex nimia humilitate ſecundum quam negat ſe vniuerſalem Papam. 99. diſtincti. capitu. Eccleſi. & ſubmittit ſe iudicio ſeculari. 2. quæſtio. 7. nos, & ſi & uoluntariæ purgationi. 2. quæſt. 5. mandaſtis.
19 De humilitate autem dicit Eſa. 66. a, (ad quem reſpiciam, niſi ad humilem & quietum, & tremētem ſermones meos?) & Chriſtus in caput Matthe. 2. inquit (diſcite, à me, quia mitis ſum & humilis corde; & inuenietis requiem animabus ueſtris) & Ioan. Chriſo. in caput Geneſeos primum Homil. nona inquit (nā qui uere ſe ipſum humiliat nunquam poterit ira commoueri, & proximo ſuccenſere, quia anima eius in ſui conſideratione occupata eſt & humiliata, anima autem quæ ſic ſe habet quid eſſe potes beatius? quicunque talis eſt, is portu continuo ſedet ab omni tempeſtate liber, & oblectatur in ſerenitate cogitationum, & Idem in epiſto. ad popu. antiochenum homil. 39. in litera. h. & ideſt inquit) Quid eſt humiliari? non ne uituperari? non accuſari? calumniam pati? exaltari uerò, honorari, & glorificari? uideamus igitur hoc quomodo fuit. Angelus erat ſatanas, ſemetipſum exaltauit. Quid ergo? Nonne plus omnibus humiliatus eſt? Nonne locum habet terra? Nonne ab omnibus accuſatur, & arguitur. Homo cū eſſet Paulus ſemetipſum humiliauit quid ergo?

nō admirabilis habet,nōne cōmēdatnō laudatur? eſt Chriſti nō amicus? nōne maiora ꝗ Chriſtus fecit? nonne diabolo frequenter imperauit tanquā ſeruo? nonne tanquam lictorem circunducebat? nōne deridebat eum? nonne illudebat? nonne contritum eius caput ſub pedibus ſuis habebat? nonne hoc,& aliis multum fideles præcabatur? quid dico? extulerat ſe Abſalon, ſe Dauid humiliauerat, uter exaltatus eſt? quis glorioſus factus? quid enim his uerbis humilius? quæ de ſe met beatus hic Propheta protulit,dicens,ſinite eum male dicere dominus enim præcepit illi? ut. 2. Reg. 16. 6. At & in ipſis,ſi libet,factis examinemus. humiliauit ſe publicanus, licet nec humilitatis factum id erat.Sed iuſte ſe quodāmodo diiudicauit,exaltauit, ſemetipſum phariſeus quid ergo? examinemus & facta ſint duo diuites utrique & honore multo præditi, & in ſapiētia, potentiaq; & aliis ſecularibus excellentis altum ſapientes,poſt modum ille quidem, & ab omnibus honores quærat,& non accipiens iraſcatur, & plus quām oportet exigat,& ſemetipſum exaltet hic autem huiuſmodi contemnat,in neminē propter hoc indignetur,& datum repellat honorem, nonne hic priori longe ſublimior? gloriam enim aliter aſſequi non licet,niſi gloriam fugiendo. Nam donec quidem eam ſectemur,nos fugit? Cum autem eam fugimus,nos ipſa ſequitur(& Idem in Pſalmū. 115. in litera.A.inquit)tantum enim bonum eſt humilitas,ut & dominus noſter humiliarit ſemetipſum,et ut in ſimilitudinem ſuæ humilitatis nos adduceret, dixit diſcite à me,quia mitis ſum,& humilis corde credidi propter quòd loquutus ſum, ego autem humiliatus ſum nimis,vt Matthe. 11.d.) & idem Matthe. 11.homili.39.in litera, M, inquit (humilitas

quippe

quippe uirtus eſt, et ſublimioris philoſophię mater, eſt atq; origo) & in cap. Matth. 19. in litera h. Homil. 65. inquit (humilitas ſimiliter uirtutis pars eſt, ſine qua ēt ſi alia multa peragas, immundus eris apud Deū quod phariſęus omnibus patefecit, qui mille virtutibus affluens, propter arrogantiā ſupernam fœlicitatem amiſit) & in cap. Matth. 21. Homil. 66. in lit. k. inquit (humilibus uerò quid iucundius? quid beatius? qui cum Deo grauiſsimi ſint non paruam etiam ab hominibus, q̃ non querunt, gloriam reperire ſolent, nēpè ab hominibus quaſi parentes coluntur quaſi fratres amanť, quaſi propria mēbra fouentur, amplectamur igitur humilitatem, ſi ſublimes fieri deſideramus, pręſertim cū videamus ab inſolētia deijci homines. nec enim ad humilitatis barathrū Pharaonem detruſit, neſcire namq; dominum dicebat, & ſoricibus, & ranis, ac muſcis deterior factus eſt, poſtremò cū ipſis armis, & equis ſubmerſus fuit, Abrahā uerò è contrario, Ego ſum terra & cinis, prædicabat propterea, & multa barbarorum millia uicit, & cū in medium Aegyptiorum incidiſſet, maiori cum triumpho euaſit, cui virtuti ſemper inhærens ſublimior in dies reddebatur, immo verò ſublimior quotidie fit, cum eius laudes ubiq; decantentur. Pharao autem & terra et Cyn. & ſi quid humilius excogitari poteſt, factus cognoſcit̃ nihil certè magis Deus, quā arrogantiā auerſ[illegible] & idē in ſermo. ex Var. in Matth. locis in lit. h. Homi. 6. (quoniā igitur hęc malorum arx erat, & radix, omniſq; fons nequitiæ remedium ægritudini præparans congruum, quaſi validum quoddam, tutūq; fundamentum hanc legem iecit hac enim ſuppoſita firmitate ædificator omnia reliqua ſuperponit hac autem ſublata, licet

 ad cœ-

ad cœlos vſque perueniat operarius omnia facilè ſubruuntur,& in malum finem conuertuntur, ſiue ieiunium,ſiue orationem,ſiue elemoſinā, ſiue continentiam,ſiue quid aliud boni cōgregaueris abſq; humilitate,defluit, & omnia pereunt) & paulo inferius (ſicut ſuperbia totius eſt fons nequitiæ , ſic humilitas omnis ſapientiæ principium) & Augu. in lib. de ver. dom. (cogitas magnam fabricā conſtruere celſitudinis de fundamēto prius cogita humilitatis) & in libro de vera religione (tota vita Chriſti in terris pro homine quem ſuſcipere dignatus eſt diſciplina morum fuit præcipue humilitatem ſuam imitandam propoſuit dicens Matth. 12. (diſcite à me,quia mitis ſum & humilis corde) & Grego. dicit in paſtorali (ꝙ argumentum redēptionis noſtræ inuenta eſt humilitas Dei) & Hiero. in epiſto. ad celantiam inquit (ꝙ humilitas eſt præcipua conſeruatrix , & quaſi quædā cuſtos virtutum omniū nihilq; ita eſt ꝙ nos hominibus gratos eſſe Deo faciat,quàm ſi uitę merito magni, humilitate infimiſsimus) & Iſido. lib. 3. cap. 49. (Qui rectè vtitur regni poteſtate , ita ſę præſtare omnibus debet,ut quanto magis honoris ſit celſitudi-
20 ne claret tanto ſemetipſum mente humiliet . Nō ſic legitur feciſſe Domitianum Imperatorē , qui in tantam ſuperbiam aſcendiſſe fertur,vt ſub grauiſſimis pœnis Deum ſe vocari iuſſerit Mundi totius dominum ; ſed Dei iudicio à ſuis proprijs familiabus interfectus fuit in viliſsimoq; loco ſepultus,& Commodus ſimiliter Imperator 18. adeò ſuperbè vixit in omnibus ſuis actionibus ꝙ nihil vltra dici poſsit, hic menſium nomina mutauit , & ſuo nomine nominari iuſsit, & ab imagine colloſij caput abſtulit , & ſui figuram impoſuit , aliamue longe ma-

maiora ſuperbię ſigna fecit,adeo ꝙ Helio Spartiano teſte vrbs ſatis afflicta fuit eius nimia ſuperbia, & peccatis propter quę ſuffocationis mortē (Dei iudicio) in tēplo Deæ veſtalis pati meruit. Caſsianus alias Antoninus Caracalla Imperator ſuperbe nimis vixit,propter qđ dum bellū gereret cum partis miſerabiliter īterfectus fuit,licet Lelius Lāpridius nō in bello mortuū dicat. Sed dum excremēta corporis eijceret, à quodā ſuo familiari interfectū fuiſſe aſſerit. Marcus Aurelius Antonius alias Heliogabalus Imperator, tā ſuperbe vixit ꝙ dū Sabinus vir quidē præclariſsimus reprehēdiſſet eum ꝙ cū Matre propria coiret, eū in cōtinenti interfeci iuſsit,Deus verò ad tumultū populi interfe-
21 ci permiſit. Legitur de Filopemene Megalopolitano Imperatore,& pręclariſsimo Philoſopho ꝙ dum cuidā nobili mulieri Megarēſi relatū eſſet ꝙ in eius domū veniret Acheorus Imperator ſatis ex hoc affligebatur cū eo tēpore nō eſſet ibi maritus, nec haberet aliquē qui domū mundaret,ꝙ pręſentiēs Filopemenes,vilibus ac ſeruilibus veſtibus induit ſe,et illius mulieris domū adiuit,et unà cū alijs ſeruis mulieris domum ſtudioſam & mundatā red dere curauit,et adueniente Imperatore Acheoro et cognito Filopemene dixit ei cur id faceret? qui di-
22 xit ei,Auxilium præbendo huic mulieri (vt vides) non facio iniuriam niſi huic ſuperficiei mei corporis,nec humilitate dehoneſtatur dignitas, ſed exaltatur potius,& quia cū (vt videre licet diſertiſsime lector) duplicem, Regalem ſcilicet & pontificiam authoritatem pragmaticæ huic cauſam dediſſe inſpexerim non ſine vrgenti ratione id factum fore
23 arbitrabar. Legis enim quālibet ſillabam non fruſtra poſitam eſſe certi iuris eſt,l.i.in princ. & ibi

not.ff.ꝙ met.cau.l.i.in fi.cum ibi not.ff.ad munici.
cum concordan.quos Aymo Craue.allegat in cō-
ſil.201. in ij.lib.& nihil eſt ſine cauſa,ſecundũ Ari-
24 ſtot.ij.lib.Rethor. Solum enim Principem leges
facere,nec dubitatur l.fin.C.de legi. & §. ſed quod
25 principi.inſti.de iure natu.gen. & ciuil. Habent
enim à Deo authoritatem legis condendæ Reges.
ſecundum Bart.in l.omnes populi.ff. de iuſti.& iu-
re.nec refragaẽ text.in d.§.ſed quod principi, qua-
tenus ibi poteſtatem legis condendæ à populo in
principem eſſe translatam dicat, id enim uerũ eſt
inſtrumentaliter,authoritatiue tamen à Deo id ꝓ-
ceſsit,omnis enim poteſtas à Deo proceſsit, & ꝙ
Reges ſoli in regno eorum poſsint leges facere.te-
nuit Bart.in l j.verſ.idem in regibus. primo notab.
ff.quod quiſ.iur.& per Oldra. in conſil.250. incip.
factum tale eſt.& Bald.in l.ij.prima col.in text.ibi
tulerunt.ff. de orig.iur. & latè proſequitur Corſet.
in tract.de poteſta.regia.47.q.nu.12. in 4.par. pu-
tabam igitur non abſurdum videri, & extra rem,
26 huius cauſam, & rationem ſpeculari. Quapro-
pter illud præfandum erit,nunquid iure diuino ſint
vſuræ prohibitæ ita vel ne? in quo gloſ.in auth.ad
hęc.C.de uſur.expreſse decidit ꝙ ſic,quod proba-
ri dicit per illud Luc.6.mutuum dantes nihil inde
ſperantes, & Leuit.25. Pecuniam non dabis fra-
tri tuo ad vſuram, & frugum ſuperabundantiam
non exiges, & Pſal.14. Domine quis habitabit
in monte ſancto tuo, cui reſpondet,Qui ingreditur
ſine macula, & qui pecuniam ſuam non dedit ad
uſuram. quod ſimpliciter ſequutus fuit ibi Salyce.
Ambro.uerò de Vigna.in tract.de vſur. nu.13. cũ
ſequentib.nonnulla pro & contra adducit,tandem
concludit iure diuino uſuras proculdubio eſſe pro-
hibi-

hibitas propter dictas authoritates, & vltra per illud Exod. c. 22. *Si pecuniam mutuo dederis populo meo pauperi, Qui habitat tecum, non vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes*. Itē Ezechi. 18. Do. Anto. Archiepi. Flori. Similiter in trac. de vſur. in princi. nu. 4. cum ſequen. audacter tenet vſuras fore prohibitas lege naturali, diuina ſcilicet, & humana. primo dicit vſuras prohibitas per legem naturalem triplici ſiquidem ratione, primo ratione inadequationis, ſecundo ratione appropriationis, tertio ratione fructificationis. quo ad primā rationem probat ſic, illud quod eſt cōtra iuſtitiam (quæ in æqualitate conſiſtit) eſt contra legem naturalem, ſed vſura ſecundum beat. Thom. ſecunda ſecundæ q. 78. eſt contra iuſtitiam. Nam res quæ in vſum noſtrum veniunt, quædam ſunt quarum vſus eſt ipſarum conſumptio, vt frumentum, vinū & oleum, quibus homo non utitur niſi comedendo. Aliæ res ſunt quarum vſus & ſi non ſit ipſarū rerum conſumptio in ſe, eſt tamē earum diſtractio, vt pecunia numerata, quę principaliter eſt inuenta ad commutationes faciendas; ut dicit Philo. primo Polit. & ſic utendo diſtrahitur, cum in commutationes expenditur, ſunt & aliæ res quarum vſus nō eſt ipſarum rerum conſumptio vel diſtractio, ſicut domus, ager, iumentum, vaſa aurea, & ſic de ſingulis, et in iſto tertio genere vſus ipſius rei ſeorſum poteſt computari ab ipſis rebus, et vnū concedi ſine altero; At in rebus primi & ſecundi generis, quarum ſcilicet vſus eſt ipſarum conſumptio, vel diſtractio, quod nō pōt cōputari ſeorſum vſus talium rerum ab ipſis rebus, quia inſeparabilis eſt, et cōceditur vſus taliū rerū eo ipſo, cōcedunt ipſę res, ſicq; transfertur dominium, vnde ſi quis vellet uen-

dere ſeorſum vinum, & vſum vini venderet eandem rem bis, vnde & venderet id quod non eſt propter quod manifeſte eſt contra æqualitatē iuſtitiæ, ſic eſt in pecunia numerata, quia ex mutuo peteret duas recompenſationes fieri, vnam. ſ. reſtitutionem æqualē rei mutuatæ, aliā verò ut pretiū vſus quod dicitur vſura quo verò ad ſecundam rationē, inquit clarū eſſe ꝙ illud ꝙ gratis natura dat proprium alicui, non debet ſibi illud ab altero vēdi, ſed natura dat ei cui mutuatur pecunia aliquam induſtriā ut propriā, & hanc induſtriā, & actus ꝓprios ipſius recipientis mutuū ſibi uendit mutuans dum vltra capitale mutuatū exegit? quod eſt iniuſtum, & contra naturam appropriationis. quantū ad tertiam rationem. ſ. fructificationis, patet quia ꝑ uſuram fit vt res mutuata quæ ex ſe non generat fructum pariat lucrū, quod eſt contra naturam: & aliter vt per eū, probat etiam vſuras eſſe prohibitas lege diuina, & humana, vt ibi late per eū, nec lege humana eſſe prohibitas vſuras intelligas de ſola. l. canonica (vt ipſe dixit) ſed etiam intelligas ꝙ iure etiam ciuili ſunt vſurę prohibitæ ſecundum glo. & Docto. in auth. ad hæc. C. de vſur. & illā gl. velut ſingularem ſequuntur Cardi. Pau. et Imol. in clem. i. de vſur. & eam commendat Bald. in l. ſi eū. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. & late per Guliel. Bene. repe. c. Raynutius. in uer. alteroch ę filię. nu. 8. fol. 171. & hoc etiam voluit Do. Ambr. de Vigna.
17 in trac. de vſur. nu. 33. Illud conſequens eſt nunc vt videamus, nunquid Rex, ſeu Imperator poſsit aliquid ſtatuere, legemq; generalem condere contra ius diuinum? ſeu ius naturale? & non deſunt qui dicant proculdubio poſſe ex cauſa, cuius opinionis fuerunt Inno. in c. quia plerique, de immun.

eccl.

eccl. & Bar. in l. i. ff. de conſti. prin. mouet Bar. quia ſicut ſe habet princeps quò ad Deū, ita iudex quò ad principem: ſed iudex poteſt proferre ſentētiam contra ius Principis, errore non expreſſo in ſententia. & ualet l. 2. C. qn̄ pro. non eſt nec. ita etiam debet eſſe reſcriptum principis contra ius diuinū: & ſic ſi princeps voluerit in partem iuri diuino, interpretando et derogando, videtur ꝙ poſsit, aut princeps vult derogare nulla ſubſiſtēte cauſa iuri diuino & non poteſt: aut aliqua ſubſiſtente, puta ꝙ talis decapitetur, quia forte fecit delictum, & hoc poteſt facere: licet iure diuino caueatur non occides; Item ſecundū eundem Bar. poteſt etiā legem condere contra ius naturale, quia ſententia iudicis pōt libertatem tollere quæ eſt de iure naturali. vt ff. de pœn. l. quod ad ſtatum cum ſimilib. Hinc idē Bar. in auth. ad hæc. C. de vſur. infert principem poſſe vſuras permittere vt maius malum euitaret, exēplo Moyſis qui permiſit diuortium propter duriciem populi. Cuius illationem reprobat ibi Bal. dicens ꝙ eius opinio eſt communiter reprobata ab omnibus canoniſtis, quia quod eſt prohibitum ex diuina inſtitutione et diuino iuditio nō pōt ratione humana pmitti (vt eius uerbis vtar) & eſt cā ſcd̄m eū, quia talis ratio nō eſt ratio ſed abuſio, cū nō cōformet ſe voluntati diuinæ: hanc quæſtionē tetigit late Micha. Vlcur. in tract. de regi. mundi. in 3. q. princi. qui dicit hanc quæſtionem eſſē arduam & difficilimam, quia omnes leges humanæ dependēt ab ea, et quia omnes Doctores ſecundum eum deuiarūt à uero, vn̄ pro cōſtanti tenet ꝙ nullo modo Princeps poteſt derogare iuri naturali ſeu diuino indiſtincte, & tenendo hanc partem, id enim præfandum eſſe inquit ius naturale eſt à quo ius diui-

num ſcriptũ & humanum deriuatur. & iſtud procedit deriuatiue. uel determinatiue: Nam ad dilectionem Dei & proximi, & conſeruationem noſtram a iure narurali inclinamur.& hæc ſunt principia communiſsima iuris naturalis & iura diuina omnia moralia deriuãtur a iure hoc naturali.c.fi.§. his itaque diſtin.6.& iura noſtra nihil niſi de moribus tractant. hinc eſt ꝙ omne id quod eſt contra ius diuinum morale:eſt cõtra ius naturale,et ſi cõtra ius naturale,eſt contra ius diuinum:hoc præmiſſo,arguit cõtra præfatos Doctores,ꝑ tex.in d. c.fi. §.his itaque ubi tex.dicit quòd moralia mandata, ad ius naturale pertinent; Atque ideo nullam mu
28 tabilitatem recipiunt deinde dicit. Quòd etiam miſtica iura diuina ſecundum moralem intelligentiam; mutabilitatem neſcire probantur. hoc idem affirmat tex.inſti.de iure natu.§. ſed naturalia diuina quadam prouidentia conſtituta: ſemper firma atq; immutabilia permanent. Item ſecundo arguit ſic, in actibus humanis intantum eſt aliquid iuſtum,in quantum eſt rectum,ſecundum regulas iuris, & rationis; ſed rationis prima regula eſt ius naturale, unde omne ius humanitus poſitum in tãtum habet de ratione iuris,in quantum deriuatur a lege naturæ;ſi in aliquo diſcordat non poteſt dici lex iuſta.teſte Diuo Auguſtino in libro de libe. ar. (inquit enim in temporali lege nihil poteſt dici iuſtum,ac rectum,quod homines a lege æterna non ſibi deriuarint ſed parcat mihi Micha. ulcũ. quia Aug.non loquitur ibi de iure naturæ, ſed de lege æterna,& ſatis differt lex æterna,& lex naturalis ſecundũ Theologos)igitur ſecundum eum, ſequitur quòd non poteſt contrariari per legem humanam quia ſi contrariaretur non deriuaretur a lege na-
turali

turali, & ſic nõ eſſet iuſta, ergo Princeps non poteſt derogare iuri naturali,uel diuino. Adducit inſuper quinque alia optima motiua quæ breuitatis cauſa omitto. reſpondetque ad motiua Bartol. Nam illud idem argumentum Bartol. retorquetur contra eum poſito quód antecedens ſeu maior ſyllogiſmi procederet, prout non procèdit: Nam licet ſententia iudicis contra legem non ualeat: tamen contra ius litigatoris ualet. & ſic tex.in dicta l.ſecunda. C.quando pro. non eſt necc. facit contra eum, quia ibi ſententia per iudicem lata (quód minor quatuordecim annis poſsit teſtari,& ualeat eius teſtamentum) eſt contra legẽ principis; & ſic nulla, ſed ſi in ſententia dicit quód ualeat teſtamentum, quia maior quatuordecim annis conformat cum lege Principis: licet in facto ſit error; Ita etiam lex Principis contra legem diuinam eſt nulla;quia illico quod diſponitur per legem humanam, conſtat de errore ſiue exprimatur error, hoc eſt quod contra legem diuinam, uel naturalem conſtituitur. (Adde ꝙ Panormita. in conſ.84.1.li. n.7.dicit ꝙ licet Princeps nõ poſsit ſtatuere contra ius diuinum abſque cauſa: tamen ſi de facto ſtatuit præſumenda eſt in eo cauſa,unde dicit ꝙ ſi Princeps mandat quem interfici aut bonis ſpoliari ſibi parẽdum eſt:) Prętereà ipſemet Bar.dicit ꝙ debet exprimere cauſam Princeps ſiue ꝙ cum cauſa poteſt derogare:et ſic etiã conſtat ex hoc in l.humana,quod uult derogare legi diuinæ:ſed ſententia iudicis hoc modo lata contra legem Principis nõ ualet, quia ſolus Princeps poteſt inuenire cauſam, non ſolum ad derogandum ſed etiam ad interprætandum & non inferior: ita etiã in lege diuina ſolus Deus inuenit cauſam ad

derogan-

derogandum ſuæ legi diuinæ: & non alius & ſic Argu.Bar.nõ ualet, nec etiam dicit procedere poſſe maiorem argumenti: quod non eſt eadem ratio Principis quò ad Deum, ſicut Iudicis quò ad Principem: immo eſt tanta differentia ſicut finiti ad infinitum. minimè etiam obſtare dicit tex. in l. iij. §. transfugas.ff. ad l. Cor. de ſicar.cum ſimilibus quatenus & Bar. & cæteri inquiunt ꝙ iure diuino cauetur nõ occides, & nihilominus Principes multis in caſibus ſtatuerunt hominem occidi. quia reſpondetur quòd licet ſit lex Diuina quæ dicat non occides, tamẽ eadem lex diuina interpretando inquit, Math. 26.c. quòd omnes qui acceperint gladium gladio peribunt & Ge. c.9. Quicũque effuderit ſanguinem humanum fundetur ſanguis illius & Apocali.c. 13. qui in gladio occiderit, oportet cum gladio occidi. & ſic Princeps talia ſtatuendo non contradicit legi diuinæ: ſed cõformis redditur ei. nam illud pręceptum, non occides, & illud qui gladio percuſſerit, gladio peribit, non ſolum ſunt de iure diuino ſcripto, ſed deriuantur a iure naturali. quia licet non eſſet lex ſcripta, ſed ius naturale tantum in 1. ſtatu hominum, tamen illico ꝙ Cayn occidit Abel dixit dominus ad Cayn, uox
29 ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra, nunc igitur maledictus eris ſuper terram; Geneſ.c.4. ergo ſequitur, quòd tunc prohibitum erat occidere hominem. igitur hoc procedebat à iure naturali, quia tũc nulla alia lex erat, & ſi non fuerat prohibitũ non peccaſſet Cayn. ſed peccauit occidendo Abel, & ideò erat prohibitum occidere iure naturali, deinde ꝙ occidens occideretur erat etiam iure naturali, Geneſ. c.4. dixit Lamech, quoniam occidi uirum in uulnus meum, & adoleſcentulum in liuo-

liuorem meũ,ſeptuplum ultio dabitur de Cayn. de Lamech. uerò ſeptuagies ſeptiès,rationem prædictorum aſsignat pulchriori modo ut ibi per eũ, ſunt tamen qui dicunt Principem non poſſe in totum tollere ius diuinum,ſed derogare,ſeu diſtinguere ac limitare, & etiam reſtringere in aliquo caſu ſic ſecundum glo.in l.fi.C. ſi contra ius uel utilitatem publicam. quod patet nam cautum eſt quòd in ore duorum uel trium ſtat omne uerbum, capit. nouit extra de iudicijs, & cap. in omni negotio extra de teſtibus,& tamen ius ciuile limitat dictum ius diuinum, ut non procedat in teſtamentis,in quibus ſeptem teſtes requiruntur, uel in alia ultima uoluntate, in qua requiruntur ad minus quinque l.fi.in ff.C.de codi.& l.fi.C.de dona.cau. mor. Bald. uerò in d.l.fi.dicit ꝙ alij dicunt diſtinguendo ꝙ aut loquimur de iure diuino dante formam in actibus hominum, & tunc poteſt diſtingui, & modificari per conſtitutionem humanam rationabilem,& ita procedere dicunt opin.glo.aut
30 eſt ius diuinum prohibitorium & punitorium & tunc aut illud quod prohibetur in nullo caſu reperitur permiſſum,puta non mechaberis,tunc lex humana in contrarium lata non tenet, & ideo ſi ſtatuto cauetur ꝙ exbannitus poſsit impunè offendi,& aliqua mulier eſt exbannita, non tamen poterit adulterari, quia adulterium adeo eſt per ſe malum,ꝙ ex nulla cauſa poteſt iuſtificari, ut c.& ſi Chriſtus extra de iur.iuran. aut eſt taliter prohibitorium ꝙ in aliquo caſu reperitur permiſſum,ſicut eſt illud non occides,nam reperitur conceſſum in hoſte & in dãnato ad mortem, tunc bene ualet conſtitutio humana contra illam prohibitionem cauſa ſuffragante; hinc eſt ꝙ ualet ſtatutum ꝙ banni-

bannitus poſsit impunè occidi, quò ad legem fori,
31 ut ff.ad leg.Cor.de ſica.l.3.§.transfugas. Item eſt aliud exemplum in illo præcepto non furaberis, nam reperitur furtum interdum permiſſum, ut ſi quis furetur rem hoſtium, vt ff. de dolo. l. 1. §. non fuit, tunc ob ſimilem cauſam tenet conſtitutio humana, & ita videtur Bald. tranſire cum iſta opinione. Saly. in d.l.fin. ſimpliciter tranſit cum opinione glo. Ita tamen ut intelligatur quando talis diſtinctio quàm faceret conſtitutio humana non contineret euidenter peccatum; exemplum in ſpecie ponit de vſuris, quas dicit ius ciuile non poſſe iuridice permittere; ſequitur etiam opinionē gloſſ. ſimpliciter Alber. de Roſa. in d.l.fin. Sed do. Bart. in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur. aliter diſtinguit dicens, quòd aut ſtatuta à iure diuino ſunt ſpiritualia, & tunc nec Imperator nec populus poteſt condere legem c. eccleſia ſanctæ Mariæ extra de conſti.& auth.clericus.C.de epiſ. & cleri. Aut ſunt temporalia & tunc ſi de iure diuino non eſt ſimpliciter conſtitutum vt in illo præcepto non occides nam alibi permittitur ex cauſa, cum dicit, qui occidit occidatur, & ex aliјs cauſis, & tunc ex cauſa poteſt permitti per leges ſtatuta quòd quis occidatur. l. 1. & 2. C. quando li. ſin.iu. vin. Aut de iure diuino eſt ſimpliciter ſtatutum, nec alias reperitur permiſſum; & tunc aut cauſa legis excludit peccatum, & valet lex, ſeu ſtatutum, vt patet in teſtamento vbi ſunt ſeptem teſtes neceſſarіј, & nō
32 ſufficiunt duo, & eſt ratio quare nō ſufficere duos, leges cenſuerunt, quia præſumitur quod dolosè & fraudulenter fieret. l. iubemus in fin. C. de teſt. propter quàm præſumptam fraudem lex ciuilis meritò addit iuri diuino dicenti quod in ore duorum,

vel

vel triū ſtat omne verbū vt eo caſu non ſufficiant duo, vel tres, quod quidem ius ciuile & humanum valet quia eo caſu excludit peccatum quod lex præſumit poſſe fieri, aut cauſa legis vel ſtatuti non excludit peccatum & non ualet, exemplum ponit ipſe, pone quod lex dicit non valere alienationem fundi dotalis etiam cum iuramento factam, talis enim lex cum non tollat peccatum immo permittit peccatum ſcilicet periurium, non valet contra ius diuinum quod mandat ſeruari iuramentum. c. & Chriſtus ver. & ſi rurſum, de iur. iuran. quia ſcriptum eſt, redde Deo iuramenta tua Deutero. c. 5. & Mathei. 5. Sed de hoc infra dicemus, do. Anto. de Roſel. in trac. de conci. in q. An Pontifex ha. po. le. con cont. ius diui. relata opi. Bart. dicit ꝙ dicta Bar. non ſunt vera, nec in regulis, nec in exemplis nam in primis dicta Bar. ſecundum eum videntur implicare contradictionem, in eo quod dicit quod quando lex Papa vel Princeps ſub diſtinguit ius diuinum, nec tollit peccatum, ꝙ talis lex non ualet, ſecundo dicit ꝙ lex vel diſpenſatio poteſt permittere homicidium, quaſi permiſsio tollat peccatum, ſed iſtud (dicit) eſt contra glo. 33. q. 2. cap. inter hoc nam ibi dicit ꝙ licet lex permittat viro occidere adulterum cum vxore repertum poſt tres monitiones, ut in authē. ut li. ma. & aui. §. pen. item licet patri detur licentia occidendi inuentum fornicantem filiam, vt l. patri & l. nec ea. ff. de adulte. hæc tamen conſtitutio non tollit peccatum. Immo de iure canonico viro interdicitur occiſio, ut in ca. ad monere. 23. q. 2. ad idem glo. in l. ut vim. ff. de iuſt. & iur. dum dicitur, quod occiſio iure permittitur fori ſcilicet non poli ad defenſam, & tamen iſtæ leges licet nō remoueāt peccatū, tenēt de iure ciuili,

& in

& in foro ciuili, licet non de iure canonico. Item inquit ridiculū videri, quatenus voluerit Bart. quod lex præſumendo dolum in contractu interueniſſe, uel ex eo quod inducat pręſumptionem ſimulationis tollatur peccatum, quia animus, & propoſitū peccatum inducunt. l. prima. ff. de Sicar. & ideò ſi Papa vellet me abſoluere in peccato perſiſtentem, non poſſet. 24. q. 2. legatur, & ſic lex futurum peccatum non poteſt dimittere; Pręterea ſecundum eum non videtur verum indiſtinctè, quod lex nō valeat inducens ueniam pœnę temporalis, licet nō tollat culpam, uel peccatum, quia immo interdum tenet, quando lex permittit aliquod peccatum remouendo pœnam temporalem propter maius bonum tex. eſt, & ibi not. 4. diſtin. c. denique & not. 31. diſtin. omnis lex. vbi glo. dicit ꝙ lex permittit adulterium, ut euitetur maius delictum homicidij. Item dicit ꝙ Bar. in exemplis videtur ſibi cōtrarius, nam dum dicit ꝙ non valet ſtatutum, ꝙ negligēs per decem annos petere cadat a iure ſuo, ipſe idem notauit contrarium in l. ambitioſa de decre. ab or. fa. In tertia regula, item in illo de fundo dotali prohibito per legem alienari etiam cum iuramento l. non dubium. C. de legib. quod valeat hodie de iure canonico ipſe idem Bart. not. contrarium in l. ſi quis pro eo. ff. de fi. quando lex prohibens venditionem direxiſſet verba ad contrahentes, ſed parcat mihi reuerentia tanti patris, non rectè ponderauit dicta Bart. qui facit plura membra in ſua diſtinctione, nam dicit ꝙ quando per ius diuinum non eſt ſimpliciter & vno modo aliquid ordinatum, ſed aliquando reperitur aliter ſtatutū, & permiſſum, quam ſit ordinatum, vt in illo præcepto non occides, in quo licet ibi ita præcipiatur,

tamen non eſt ſimpliciter taliter ordinatum, quod non ſit eodem iure diuino contrarium permiſſum, hac de cauſa lex humana ex iuſta cauſa poteſt ſtatuere ſuper eo iure, & ſic non vult Bart. quod in eo caſu propterea poſsit aliter quàm ius diuinum mandat, ſtatuere lex humana, quia euitatur peccatum. Sed ea ratione, quia ius diuinum quandoque, & ex iuſta cauſa aliter permittit. Si vero ius diuinũ ſimpliciter aliquid prohibet, ſeu permittit, nec aliter reperitur quod diſpenſet, & eo caſu ſi cauſa legis excludit peccatum valet lex vt in teſtamentis. quaſi diceret ꝙ licet ius diuinum ſimpliciter dixerit ꝙ in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, nihilominus lex humana voluit ꝙ in teſtamentis non ſufficiunt duo, ſed ſeptem requiruntur, iſta enim lex licet uideatur ꝙ ſit contra ius diuinũ. Nihilominus ex quo lex conſiderauit, ꝙ poſſent fieri infinitæ fraudes, & periuria, & occupationes, ſi ſtaretur ſimpliciter in teſtamento dicto duorum teſtium, quia vt quis haberet hæreditatem defuncti induceret duos teſtes qui deponerẽt teſtatorem inſtituiſſe Titium hæredem, idcirco hoc conſiderans ex humana ſtatuit, u ſeptem teſtes requirantur, quo caſu non ita de facili poſſunt committi fraudes, quia difficilius eſt inducere ſeptem teſtes quam duos, idcirco cum lex humana obuiet per eius prouiſionem futuris fraudibus, quę poſſent committi, & ſic excludit peccatum, quod poſſet committi debet valere, & ſic ſanè intelligendo verba Bar. non merentur repręhenſionem, nec in exemplis, Bart. ipſe videtur contrarius rectè ponderando eius dicta, nam id quod dicit in l. ambitioſa, ꝙ valet ſtatutum ꝙ qui non petierit debitum per decem annos excludatur à iure ſuo, ꝙ videtur

detur contrariari dictis in d.l. omnes populi, dico quod dicta in l.ambitioſa procedunt quando creditor eſt in negligẽtia, & culpa, aut dicta in l.omnes populi procedunt quando non eſſet creditor in culpa, tandem domi. Anto. ipſe dicit tenendum eſſe quod aut ius diuinũ diſponit ſuper ſpiritualibus & tũc Princeps nihil poteſt ſuper eis ſtatuere, cap. nouit extra de iud. & de decim. cap. tua. ſunt enim iſta Pontifici reſeruata. 96. diſtin. cum ad uerum. Si uerò diſponit ſuper temporalibus, & tunc dicit dicendum eſſe idem prout in Papa dixit, uidelicet, ꝙ quatruplex eſt diſpenſatio, una prout eſt iuris relaxatio, ut prima quæſtio. 7. §. niſi rigor, ſecunda eſt interprætatio ſiue iuris declaratio, extra de teſtib. cap. in omni, & extra de iure iurand. cap. Quintauallis, & iſta dicitur impropriè diſpenſatio. Tertia eſt iuris diſtributio. Quarta in uno in totum relaxatio. ſed in alio commutatio. ca. ſuper his extra de upto in prima ergo dicit indiſtinctè Principem, neque Papam poſſe diſpenſare cõtra ius diuinum. ſecundum glo. in v. diſtin. in ſumma in fi. loquens de iure naturali quod & ipſum ius diuinũ dici debet; quia continetur in lege Euangelij. prima diſtin. ca. primo, & l. prima. in fin. ff. de furt. & eſt ratio, quia iura iſta ſunt immutabilia, vt d. v. diſtin. per totam igitur non poteſt diſpenſari, bene tamen Papa poteſt interpretari ipſum ius diuinum, eſt enim quatruplex interpretatio, & de quatuor Papa facit tres, eſt enim corruptiua, ſiue arrogatiua interpretatio, & iſtam non facit ius humanum de iure diuino. Alias autem tres interpretationes facit, ut probatur in l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iur. eſt & ſecunda expoſitiua ſiue declaratiua, & iſtam patietur, ut in illo iure, in ore duorum uel trium ſtat omne uerbũ,
decla-

declaratur vt non ſint pauciores vt not. in d. cap. in omni,declarat etiam, cum dicit Deus quos con iunxit homo non ſeparet,ut intelligatur de coniun ctis coniunctione non ſolum animarum,ſed corpo rum,quia coniuncti ſola animarum coniunctione poſſunt ſeparari,de conuer.coniu. cap. cum ex iniuncto,eſt & tertia generalitatis reſtrictiua,uel arctatiua,et iſtam interprætationem patitur quando ſubeſt cauſa,quæ tollat peccatum,vel ſaltim inducat maius bonum, uel euitat maius malū, & ideo illa verba quos Deus cōiunxit homo non ſeparet, reſtringuntur præterquam quando interuenit etiā copula inter infideles,et unus eſt conuerſus, et non poteſt ſine contumelia alij cohabitare, nam tunc poteſt fieri ſeparatio,ut in c. quanto.de diuor. Item patitur extenſiuam interprætationē, intellige ſemper ꝙ poſsint fieri dictæ interprætationes dummodo fiant cum cauſa,ut euitetur maius malum, vel inducatur maius bonū hoc probat plenè,et bene. 13.diſt. per totam,ſed intelligitur in vna eadem perſona, ſed in diuerſis non ita intelligitur, nā nos nō debemus facere peccatū ut alij euitent maiora peccata, et ideo lex dicit quod ius ciuile eſt quod à iure naturali uel gentium non recedit in totū, nō tamē per omnia ei ſeruit, ideo cum aliquid detrahitur uel additur iuri naturali, eſt ius ciuile, ut l. ius ciuile.ff. de iuſt. & iur. ſicque Princeps poteſt per ius ciuile addere, uel detrahere iuri naturali. quod eſt ipſum ius diuinum. prima diſtin. cap. primo, et hoc eſt uerum niſi ius Diuinum, uel Naturale ſit de neceſsitate,quia illud non poteſt aliquo caſu tolli,nec diminui, reſtringi ſeu ampliari directo l. ſecunda.ver.quod ſenatus.ff.de vſufruct.ea. rerum, quæ vſu,con, hæc ille, quid igitur dicendum? ego

puto neceſſarium eſſe,ut uideamus nunquid om-
ne quod ſcriptum reperitur in teſtamento ueteri,et
35 nouo ſit ius diuinum? In quo dicendum breui-
ter arbitror,minime omne quod ſcriptum reperi-
tur in legibus Moſis, dici poſſe ius diuinum, nam
ea quæ ibi ſcripta reperiūtur alia moralia,alia ceri
monialia, alia uero iudicialia ſunt, ut de hiis om-
nibus Deuterono.cap.v.in his verbis (loquar ti-
bi omnia mādata mea,& cerimonias atque iudi-
dicia.)et in cap.8.(caue ne negligas mandata eius
atque iudicia & cerimonias.& 3.Regum. 2.(ut cu
ſtodias cerimonias eius,& præcepta eius, & iudi-
cia,)de quibus Marſilius Ficinus in eo libro quem
de religione Chriſtiana facit.c.34.dicit ea eſſe præ
cipua,quæ in decalogo continentur, data enim pri
mum nullo medio fuiſſe à Deo in tabulis lapideis
populo uniuerſo,deinde tanquam perpetua in ar-
ca teſtamenti in Sancta Sanctorum incluſa. Cęte-
ra uero minutiora eſſe, ac data per Moſem , & ab
eo chartis inſcripta , atque extra Sancta Sancto-
rū poſita, inter hæc autem alia ſimpliciter mora-
lia eſſe,quę quoniam naturæ legem imitantur,ſem
piterna ſunt firmè , ſicut præcipua , alia ad iudicia
pertinēt,quæ in æquitatis arbitrio poſita,prout re
rum uſus exigit, uariantur , alia vero ad cerimo-
nias,quæ ſunt parui momenti.hæc ille,idem uoluit
Pau.Rit.in lib.de Chriſtia.uerita.in tracta.ſecund.
parte tertia, capitu.item 3.& Origenes in Exodū
Homeli.decima.Nume.Homel.undeci.& Hiero-
nymus in Epiſto.ad Auguſtinum,& Auguſtin.ip-
ſe in lib.aduerſus Manicheum ſexto, & libro deci-
monono.capitulo. 18.& id uoluit expreſſe Alexā.
in conſ. 13.incip.Attentis his in 7.lib.in 4.col.mihi
uerſ, Præterà præcepta, ubi id ſpeciatim dicit uo-

luiſſe

iuiſſe Ioan.de Imo.in cap.fin.3.col.de conſu.per id quòd habetur in c.tranſlato de conſti. & dicit allegare ſan.Tho.in 1.2.q.99.art.2.& 3.& q.c.3.arg. 4.& ita tenet Ioan.de Imo.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.4.col.ff.de uerb.obliga.& Barb.in cõſil.39.incip.clementiſsimi Dei col.1.lib.2.& pleniſsime congerit And. Tiraq.in tra.de utro.retra. in pręfa.num.8.ubi exprĕſſe concludit cerimoniales,et iudiciales leges Moſis non eſſe Diuinas,quę deberent ſeruari,niſi quatenus reperiantur per le-
36 gem euangelicam confirmatæ. Ad propoſitum ergo noſtrum in decalogo cõtinetur in primis,unũ cole Deum,ut Exo.c.20.in quo quidem præcepto nunquid Princeps & etiam Papa aliquid poſsit diſponere? & quidem ita dicendum puto, nam aut Princeps ſeu Papa aliquid uoluerit diſponere præter.ſeu contra illud pręceptum,& nulli dubium eſt quòd non poteſt aut uult diſponere idem & poteſt,ut omnes admittunt, & patet in l.1.& 2.C.de ſum.tri.& fi.cato. & uidere licet in ſupra citatis locis & authoritatibus, aut uult diſponere circa impoſitionem pænarum contrafacientibus huic præcepto,& hic eſt aduertẽdum quia ſcriptum eſt libro Exod.c.21.in litera. G. ꝙ qui ſacrificat Diis alienis, præterquã Domino ſoli excidatur. i. deleatur,& in Euangelio Io. 15.c. uidetur impoſita pœna ignis, & concremationis ibi ſi quis in me non manſerit mittetur foras ſicut palmes areſcet & colligent eum & in ignem mittetur ſecundum Hoſtien.Ioan.And.et Panormi.in c.ad abolendã. 3.col.in gl.audiendia de hære.& in c. excommunicamus.Io.2.de hære.Sed ibi loquitur de pœna animæ, & non corporis,de iure autem ciuili per Reges & Imperatores impoſita eſt pœna ultimi ſupplici,

plicij,ut in l. Arriani uerſi. manicheis, & l. ſequen. C.de hęred.& hęc pœna ultimi ſupplicij in Regno eſt approbata,& declarata,ut ſit pœna ignis,ut habetur in conſtitu. inconſutilem, eſt etiã pœna publicationis bonorũ impoſita in aliis ut in dicta cõſti.in conſutilem eſt uidere.de iure uero canonico uide. 14. penas cumulatas per Silueſt.in ſumma in parte hæreſis lo. 1.uerſi. 8.queritur ſicq; ut uides tã Princeps,quàm Papa leges condiderunt ſuper dicto. 1. præcepto ſuper impoſitione pœnarum contrafacientibus,& tamen licite hoc faciunt inquit enim Apoſto.ad Roma. c. 13.omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubdita ſit, non enim eſt poteſtas niſi a Deo,quæ uero ſunt poteſtates a Deo ſunt.Itaq; quiſquis reſiſtit poteſtati.Dei ordinationi reſiſtit,qui autem reſtiterint,ſibi ipſis iudicium accipient.nam Principes non ſunt terrori be

37 ne agentibus.Sed maleuis autem non timere poteſtatem?quod bonum eſt facito, & feres laudem ab illa.pertinet enim ad Reges ut temporibus ſuis pacatam uelint eſſe Sanctam Matrem Eccleſiam, unde ſpiritualiter nati ſunt, & ut ſancta fides ab omnibus ſe uetur.23.q.4.quando, & habetur in Pſal.& nunc Reges intelligite,erudimini qui iudicatis terram ſeruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore, ſeruire domino in timore non eſt niſi quæ contra Matrem Eccleſiam, & iuſſa domini fiunt religioſa ſęueritate prohibere atq; plecti.24.q.4.c.ſi Eccleſia nullum enim maius obſequium Princeps Deo poteſt offerre quàm ſibi qui in ſuam,& aliorum perniciem debacchantur ipſorum Principum debeant competenti uigore com-

38 peſci. 23. quæſt. 5.c.quali nos. Item ulterius ſuper hoc præcepto ſtatuitur,per ſummum Pontificem,

tem,quòd dato quòd quis in eo peccaſſet cõmittendo hæreſim,ſi tamen uoluerit ſe corrigere,& redire ad fidem minime debet deleri,& puniri, licet detrudatur in carcerem , ut.c.pen.dé hære. & not. Abb.in c.ad abolendam , & ibi Ioan. de Ana.& Abb.in c.& ſi clerici de iudi.col. 12.& idem Abb. & Io.de Ana.in d.cap.& domini.in capit. 1.5.not. de hære.in 6.& hoc non uidetur contra ius diuinũ, quia licet in lib. Exo.dicatur quòd qui taliter peccauit excludatur tamen in lege Euangelica cauetur, nolo mortem peccatoris, ſed ut magis conuertatur & uiuat, & alibi quodcunque ſolueris ſuper terram erit ſolutum in cœlis, quòdcunque ligaueritis ſuper terram erit ligatum & in cœlis, & alibi præcepit Ieſus Petro, ut nedum ſepties ſed ſeptuagies ſepties peccanti remitteret ſi pœnitebit, & alibi in libro Iudicium.cap. ſecundo.ſatis affixerat Deus populum Iſraeliticum ex quo ſectabatur Deos alienos,& cum uidiſſet eum pœnitentem pœnitudine ducebatur Deus propter ſuſpiria illorum(quæ emittebant) mætu opprimentium,& afflictãtium eos,& iterum ibi.cap.3.dum iterum rediiſſet ad uomitum,ac demum pœnituiſſet,ſic ſcriptum eſt,et cum clamaſſent filii Iſrael ad dominum,excitauit dominus ſeruatorẽ filiis Iſrael atq; liberauit eos,nempe othonielem filium renas fratris caleb.qui illo minor natu erat, & cum rurſus recidiuaſſet, ibidem ſcribitur, in hæc uerba, quumque clamarent filii Iſrael ad dominum,excitauit eis dominus ſeruatorem ehud filium gera, filij iemini,qui uir erat clauſa manu dextera,& li. 1. c.21.Regum de Aha.Rege quid ſcribitur? nam eo quod ſequutus conſilium Iabelis uxoris abſtulerat uineã a Naboth, dixit dominus ad Eliam in hæc

verba, ſurge, deſcende obuiam Ahab Regi Iſraelis qui eſt in Sammaria, et in vinea eſt Naboth, In quam deſcendit ut eam poſsideat, & loquere ad eũ hiſce uerbis, ſic dicit dominus, interfeciſti nè, & poſſidebis etiam? tum rurſus loqueris ad eũ hiſce uerbis, ſic dicit dominus eodẽ loci quo linxerunt ſanguinem Naboth, lingent quoque canes ſanguinem
39 tuũ, tuum inquã. deinde Paulopoſt inquit, factum eſt autem quum audiret Ahab uerba iſta, ut ſciſsis ueſtibus ſuis, & carni ſuæ ſacco impoſito ieiunaret, dormiretque in ſacco, & nudis pedibus incederet, tunc factus eſt ſermo domini ad Eliam thisbitem in hunc modum, an non uidiſti quod Ahab humilis ſit factus coram me? quando quidem ergo humilis factus eſt coram me, non inducam afflictionem illam ſuis diebus, ſed in diebus filiorum ſuorum adducam afflictionem ſuper domum eius de Iona ſcribitur quod cum dominus præcipiſſet Ionæ vt accederet in Niniuem ciuitatem magnam, & prædicaret in ea quod poſt quadraginta dies ſubuerteretur, & ob id Ionas acceſsiſſet, & prædicaſſet, & cum hæc ad Regem perueniſſent de ſolio ſuo conſurgens, paludamento ſuo à ſe poſito, ſaccum induit, & in puluere ſedit. Ad hæc quoq; per vrbem Niniuem ex decreto Regis, & magnatum publico ædicto proclamauit in hanc ſententiã, neque homo, neq; iumentum, neq; armẽta, neq; greges quidem guſtẽt, neq; paſcantur, & aquã ne bibãt, quin ſaccis operiantur, & homines, & iumenta, ſtrenueq; clamitent ad Deum, conuertatur denique quiſq; à uia ſua mala, & à uiolentia ac iniuria quæ eſt in manibus eorũ quis ſcit ſi conuetatur Deus & pœnitudine ducatur, auerſus a furore iræ ſuæ, ut non pereamus? uidit itaque Deus opera eorum,

rum,nempè quod à uijs ſuis malis auerſi eſſent, & Deus quoq; pœnitētia ductus eſt ſuper malo quod illis inferre decreuerat,& nō intulit,& infinita ſunt
40 de hoc exempla in ſcriptura ſacra. Eſt enim Dei, vt Regis ac Papæ proprium vti clementia atque miſericordia,unde Demoſthenes ad Alexand.(nihil inquit habes Rex vel fortuna tua maius,quàm vt poſsis,vel natura tua melius,quā vt uelis ſeruare plurimos.nulla enim de uirtutibus tuis generoſior miſericordia, uel admirabilior clementia, nec per aliud propior Deo accedere potes, quàm ut ſalutem conferas hominibus uel dādo ſi eguerint, uel parcendo ſi deliquerint, vel indulgendo ſi ſupplicauerint,cū enim uincamur à Dijs in omni munere,ſola clemētia eſt quæ nobis Deos reddit æquales)facit l.imperialis.C.de nup.& Tullius in lib. 1. de offi.(nihil,inquit laudabilius nil magno & præclaro uiro dignius placabilitate,& clementia,nam ſi egregium eſt hoſtem Abijcere, non minus tamen laudabile infœlicis ſcire miſereri) & Prouerbiorum vigeſimo,ſcriptum eſt, quòd miſericordia & veritas cuſtodiunt Regem, & roboratur clementia Thronus illius, & inquit Seneca in lib. 1. de clementia.c.5. quòd cum quidam Rex nō poſſet potentia quendā ſuum inimicum deſtruere, Reginā)conſuluit coniugem ſuā quæ tali Regi dedit conſilium,fac Domine quòd medici facere ſolent, quia vbi uſitata remedia minimè proſunt,tentant contraria, ſi ſæueritate nihil profeciſti, nunc tenta quomodo cedat tibi clementia ignoſce illi, quòd ille gauiſus annuit,factoq; adimpleuit, & contulit ei cònſulatum, ex quo habuit eum amiciſsimum fideliſsimumq; hæredem, & hoc eſt, quòd Diuus Bernardus conſuluit in epiſtola de cura domus, &

rei familiaris,ꝙ bladum tempore cariſtiæ minori prçcio eſt vendendum vicinis,& inimicis, quia nõ ſemper gladio, ſed ſæpe ſeruicio uincitur inimicus ꝙ probè monet Cato dicens.

Quem ſuperare potes, interdum vince ferendo
Maxima enim morum ſemper pacientia uirtus.

Et Valer.Maxi.lib.4.titu.de recõciliatis de publio vatinio ac Cicerone loquens(ſpecioſius aliquando iniuriæ beneficijs vincũtur,quã mutui odij pertinacia penſantur) & Seneca in lib. de moribus in c.de continentia,ſic inquit(a verbis turpibus abſtineto. cunctis eſto benignus nemini blandus, pau cis familiaris omnibus æquus, ſed ad iram tardus ad miſericordiã pronus, in aduerſis firmus in proſperis cautus & humilis clementiæ ſis cultor, ſæui-
41 tię verò deteſtator). Et quia ſupra retuli pleraq; dicta quibus innuitur Deum aliquando pœnitudine commoueri,qualiter id procedatur ? vide glo. & doct.in c.ſi quis præsbyterorum extra de reb. Eccle.non alien.& ibi Cardi. & vide not. per glo. in c.incommutabilis.22.q.4.& beat.Tho.de aqui. in prima parte ſuæ ſummæ. quæſt. 19. artic. 7. cuius dicta refert Calder. Cardi.& Ioan.de Imol. in d.c.ſi quis prçsbyterorum in glo. in verbo alienare in fi.& in effectu dicit Ioan. de Imol. ex mente diui Tho.quòd aliud eſt mutare uoluntatem aliud uelle aliquantum rerum mutationem nam poteſt quis eadem uoluntate manente velle ꝙ quid non fiat,& poſtea velle contrarium, propter aliquòd contigens,ſicut Papa quando mandat iuxta facultates eccleſiæ certum numerum clericorum inſtitui in Eccleſia,& tamen poſtea auctis facultatibus ampliatur numerus manente eadem uoluntate Papæ,extra de conſtitu.c.cum M.ſic & Deus eodem modo

modo poteſt uelle aliquam rerum mutationem voluntate nõ mutata, & propter hoc dicitur quod vult, vt peccator conuertatur & ob hoc viuat, & non moriatur. 26.q.6.c. cognouimus, mutare autem voluntatem, non contingit in Deo. quia aut contigit ex parte cogitationis, & hoc eſſe non poteſt cum eius ſententia ſit immutabilis aut ex parte eius, & hoc etiam eſſe non poteſt quia eius ſubſtantia non mutatur, & ideo eius uoluntas dicitur immutabilis ꝙ autem dicitur pęnitere & iraſci reſpicit potius ipſam operationem, & noſtram ſimilitudinem, non autem ipſum, & ſic metaphoricè ea dicuntur, & ideo interdum dicitur ꝙ Deus mutat ſententiam ſcilicet quantum ad homines & Ioan. Chriſo. in Tho. 5. in ſermo. de ieiunio primo ſic inquit loquens de Niniue (at Deus mutata ſententia propria, illos ſeruare non dedignatus eſt, neque Deus mendatij argui poteſt, ſed quæ dicit verè locutus eſt, & cum dixerit aduerſus gentem & Regnum, vt ſubuertatur, & eradicetur, & à peccato pœnitentiam egerit, agam, & ego pœnitentiam ſuper his quæ decreueram, & non mentitus eſt Deus reuocata ſententia neque enim miſit prophetã, ut ſubuerteret Niniue, alioquin quid neceſſarium erat ut prædicaret? Sed quia ſubuertere voluit, minatus eſt ſe ſubuerſurum, ut reſipiſcentes non ſubuerterentur. nonne comedit Adam de ligno, & tunc ipſum puniuit Deus? verum. Sed prędixit, ſi comedes morieris, ut non comederet, non Audiuit ipſum prædicentem comedit, & deuoratus eſt. Non eſt locus accuſationi vbi prædictio) vide Alexan. de aleſ. in prima parte ſuæ ſummæ. quæſtio. 4. de diui. incommutabili-
41 tate. Secũdo in decalogo continetˀ, nec iures uana

per

per eum,rurſus cõtraria facientibus impoſita eſt pę-
na,nã blaſphemãtes puniuntur, ut lapidibus extra
ciuitatẽ lapidẽtur,ut Leuit.c.24.& ibidẽ ſic ſcriptũ
eſt(& qui peruerſe expreſſerit nomẽ domini mor-
te mulctetur omnino lapidibus obruet eũ uniuer-
ſus Cętus ſiue indigena fuerit,ſiue incola,quũ,per-
43 uerſe expreſſerit nomẽ illud interficiatur). Et ubi
que blaſphemia Dei, ac apud oẽs ſemper fuit, &
eſt prorſus inhibita, ac punibilis, Platonica primo
lege,& ſic paganali id cautum reditur,ut apud ip-
ſum Platonem,de leg.lato.dial. decimo lib.34. ſi-
quis enim(inquit)impiè quicquam agit,vel loqui-
tur,qui fortè præſens fuerit Deos defendat magi-
ſtratibus ſignificet, quorum qui primi audierint,
ad harum rerum iudicium,ſecundũ leges deferant,
quod ſi quis magiſtratus audierit neque detulerit,
ipſe impietatis reus fiat,et qui velit pro vltione le-
44 gũ proſequatur.& ſi quis condemnatus fuerit, iu-
dices hunc pro ſingulis impiè commiſsis, ſingulis
quibuſq; afficiant ſupplicijs,carceribus quidẽ om-
nes coerceantur ibidemque ſubdit quod ideo pro
prima uice blaſphemantes ſunt carcerandi, ad ef-
fectum vt modeſtiores fiant,& abſtineant in po-
ſterum a blaſphemijs,& donec ſunt in carcere,iu-
bet ut nullus ciuium cum ipſis colloquatur, præ-
ter eos qui nocturni cœtus participes ſunt; Et illi
colloquentes ad ſalutem animę admonere debent.
& cum vinculorum tempus exactum fuerit, qui
modeſtior factus eſt,vna cum modeſtis habitet:
quod ſi rurſus impietatis crimine condemnabi-
tur, morte plectatur. & quòd lege pagani eſſet
blaſphemia prohibita, patet Daniel. 3. de Nabu-
chodonoſor qui viſo miraculo trium puerorum,
præcepitur quicunque blaſphemarent Deum,

diſpe-

diſpertirẽtur, & domus eorum vaſtarẽtur. reperio etiam quoſdam aſſerentes Machometum in ſuo Alchorano præcepiſſe, quód quicunq; Deum uel Chriſtum, uel beatam virginem Mariam blaſphemat, medius diuidatur: & Iudæi quando audiebãt blaſphemare aures obturabant, ne audirẽt blaſphemiam, ut habetur Act. 7. ſcindebant & veſtimenta in ſignum maximæ deteſtationis, vt fecit Cayphas, Matth. 26. lege moſayca cautum erat, ut blaſphemantes Deum lapidati per diem ſuſpenderẽtur, & ſine honore turpiterq; ſepelirentur. Ioſeph. li. antiqui. 4. c. 6. Io. Bohemus, lib. 2. c. 3. Eſt enim valde deteſtabilis blaſphemia, quod quidem pluribus rationibus probatur. primo ratione cauſæ formalis, quia id quod eſt ad maximam iniuriam diuinæ bonitatis eſt maximum omnium peccatorum, nam vnũquodq; principaliter & maxime tale dicitur tale ſecundum formam. 2. Phi. 7. & 7. Metaph. ſed blaſphemia eſt ad maximam iniuriã Dei, cum ſit derogatio bonitatis diuinæ. 2. Sa. Tho. 22. q. 13. Ar. 1. eſtq; falſa impoſitio criminis in Deum. 2. Alb. in 2. ſen. diſtin. 35. ergo etc. ſecundo ratione cauſæ efficientis, cum ſit directè cõtra Deum, prohibet igitur Deus blaſphemiam, nam Exo. 20. mãdatur (non aſſumes nomen Domini Dei tuĩ in uanum) quanto magis ad blaſphemandum, magis enim in uanum aſſumit nomen Dei, qui de Deo aliquid falſum aſſerit, quã qui per nomen Dei aliquid affirmat falſum; ad Ephe. 4. (omnis amaritudo & ira & indignatio & blaſphemia tollatur à uobis) & habetur, 2. Pet. c. 2. & Iudæ c. 1. nõ ſolum Deus præcipit ut non blaſphemetur, ſed præcipit et vult ꝙ quælibet creatura ipſum laudet & benedicat; Eccleſ. c. 39. (benedicatur Deus in omnibus

ope.

operibus ſuis.) & Tho. 4. (omni tempore benedic Deum) quod perpendens Dauid pſal. 15. dicebat (benedicam dominum qui tribuit mihi intellectũ) & pſal. 33. (benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo) & Plato dialo. 10. de legib. ſic inquit (ò fili iuuenis adhuc es. nec dubito quin progreſsio temporis faciat, ut de multis aliter quàm nunc ſentias. expecta igitur oro, ut tunc de rebus maximis iudices, maximum autem eſt quod tu modo nihil arbitraris, vt rectè de Dijs ſentiẽtes bene uiuamus.) Tertio cauſæ finalis, quia in omnibus alijs peccatis eſt aliqua delectatio, ſed in peccato blaſphemiæ nulla eſt delectatio trahens vel mouens, nulla uoluptas, ergo illud grauiſsimũ: ea propter gloſſ. ad illud Eſaiæ. cap. 18. ad populũ terribilem ſic dicit (omne peccatum blaſphemiæ
46 comparatum leuius eſt.) Hinc licet uerum ſit ꝙ in delictis non præſumitur dolum interueniſſe, ubi nullum commodum perueniſſet ad delinquẽtem, ſecundum Paul. de Caſt. in l. fluminum. §. fin. ff. de dam. infe. & in l. altius. C. de ſeruitu. Roma. conſil. 52. in fin. Imol. in l. ſi in meo. ff. de aqua plu. arcen. Alex. conſi. 174. lib. 2. Iaſ. in conſi. 32. in 2. dubio. li. 1. & in conſi. 150. col. fi. poſt med. lib. 2. Ripa in l. quo minus, col. 6. poſt med. ff. de flumi. Et idẽ uidetur dicendum, quando vtilitas modica percipitur ex tali facto, quia parum et nihil æquiperantur. l. illud. §. minus. ff. de tribu. l. minus. ff. de verb. ſig. l. 3. circa princi. ff. quod cum eo. Bald. & Docto. in auth. præterea. vlti. q. C. vnde vir & vx. Socy. cõſi. 30. col. 2. lib. 4. Deci. conſi. 573. col. 2. circa fin. attamen id non procedit in blaſphemia, quia de ſui natura nullam vtilitatem aut commoditatem afferre poteſt blaſphemanti, & ideo in eo caſu præſumi-

tur

tur blaſphemandi animum, & dolum interueniſſe, non obſtante quòd nullam utilitatem habeat
47 blaſphemans. Eſt rurſus (vt ad id quod digreſsi ſumus reuertamur) ratio cur non præſumatur dolum in eſſe in eo cui nulla utilitas aut commodum ſeu alia quæuis delectatio affertur ex aliquo per eum facto, quia naturaliter homines tum boni tum mali lucri cupidi ſunt, teſte Platone in dialogo de luc. cupidi. & quia homo ſolus animalium vtitur ratione; ſecundum Ariſtotelem in quinto de Gene. anima. cap. 7. & 1. Politi. ratio dictat ut quis non moueatur ad aliquid mali faciẽdum ſine delectatione commoditate aut utilitate. homo autem cum conſiderat commodum, utilitatem aut delectationem & uoluptatem, non timet quæ timenda ſunt, ſecundum Ariſtote. 3. Ethicor. 9. hinc certantes propoſito ſeu promiſſo præmio patiuntur vulnera & percuſsiones, & tamen iocunde contendunt, & hoc propter præmium. quis ergo ſani capitis dicet quem uelle aliquid facere ex quo nulla vtilitas, commodum, voluptas, deſiderium libidinis expenſæ, aut aliquis fauor poſſet facienti afferri? certe nullus. nam omnes homines quod agunt & contendunt aut eſt propter lucrum aut honorem, & his contraria ſecundum Ariſtotelem quinto Polit. 1. ut inquit Fely. in cap. 1. de offi. & po. ſu. dele. fit enim adulterium deſiderio libidinis explendæ, fit homicidium uel commodo uel propter fauorem alicuius uel lucro uel alia de cauſa, & ſic de ſingulis, & ſi lex dicit ꝙ nemo præſumitur delinquere. l. merito. ff. pro ſoc. quanto magis id dicere oportet in caſo propoſito; in blaſphemia autem (vt dixi) totũ eſt contrarium. Redeundo tñ ad id quod primo loco

loco dicebam, quarta ratione blaſphemia eſt grauiſsimum peccatum, et hoc ratione cauſæ materialis, quia præſupponit infidelitatem, quæ eſt maximum peccatorũ, quia tollit beneficium totius beneficij ſpiritualis, & ſuper infidelitatẽ addit teſtationem uoluntatis; ut dicit ſan. Thom. 22. q. 13. art. 3. grauiſsimum eſt etiã & peccatum blaſphemiæ, quia excedit peccatum periurij ſecundum beatum Tho. 22. q. 3. Art. 3. vnde glo. ſuper illud, blaſphemia tollatẽ a uobis. Epheſ. 4. dicit peius eſt blaſphemare quàm periurare grauiſsimum etiam eſt, quia excedit peccatum Idolatriæ, nam Idolatria honorem Deo aufert, blaſphemia uituperium Deo irrogat, & pluſquam homicidium; ut concludunt Theologi, et maximè ſan. Tho. 22. q. 3. & Alex. de
48 Ales in 2. ſent. Quid igitur poſsint Papa & Princeps in hoc præcepto ſtatuere; & quidem eos non poſſe blaſphemiam permittere, nemo eſt qui neſciat, nam quia in nullo caſu reperitur per ius diuinum blaſphemia permiſſa nullusq; caſus dari poterit quo ex iuſta cauſa permitti poſsit, ſequitur ꝙ lex humana non poterit hoc ius ſubdiſtinguere, adeo enim crimen blaſphemiæ de ſe malum eſt, ꝙ nulla ex cauſa poterit iuſtificari, Arg. 1. & ſi Chriſtus de iureiur. inquit enim Io. Chriſo. in Homil. ad pſal. 95. in litera. I. (quòd peccata quædam ſpectãt ad Deum, quædam ad hominem, ueluti impietatẽ committere, blaſphemiam euomere, ac uiolare tẽplum Dei) aut Eccleſiam Dei proſequi, aut ſacerdotes afficere contumelia, hæc omnia referuntur ad Deum; cęterum mæchari furari iniuriam facere, hæc intra conſuetudinem quæ nobis cum cõſeruis eſt, conſiſtunt. multiplex autem eſt differentia eorum quæ committuntur in Deum, & quæ in homines:

mines: nihil itaq; peius iniquitate, nec quicquam inſęlicius iniquitate aduerſus Deum, neq; quicquã magis impium quã aduerſus Deum blaſphemia. nihil ſceleſtius impietate, nihil ſceleſtius blaſphe-
49 mia.) & alibi in Homil. 1. ad po. Antioche. inquit (nullum gratiarum actioni par bonum, quemadmodum blaſphemia peius nihil) & ſecundum Auguſti. (omne peccatum blaſphemiæ comparatum mitius eſt. Ingratiq; homines, quibus Deus optimus maximus benedixit, tot tantaq; beneficia cõtulit, ipſum quotidie blaſphemãt, haud conſiderãtes, impoſsibile eſſe, facinus tam magnum tamq; impium ſcelus impunitum minime relinqui poſſe, nam dixit Heli.filijs, ſi peccauerit quis in virum, placari poteſt ei dominus, ſi autẽ in dominum quis placauerit, quis orabit pro eo? quaſi dicat nullus. 1. Reg. c.2.) blaſphemia nihil aliud eſt ſecundum
50 Theologos niſi contumelia illata Deitati; et id cõtingere tribus modis poteſt, quum attribuiẽ Deo quod ei non conuenit; quum negatur quod ſibi cõuenit; & quum denique attribuitur creaturæ quod ipſius creatoris proprium eſt. & ſecundum noſtrates blaſphemia eſt omne quod in Dei cõmuniſq; iniuriam fertur, ſi quid in religionem diuinam blaſphemando committatur. l. Manicheos. C. de hęre. & principis cura diligens omnibus modis mandata etiam uidetur, eam pro poſſe tueri. l. 1. C. ne. li.
51 Sig. ſal. ergo eam permittere non poteſt. Circa pœnam autem blaſphemantibus ipſis imponendam, quam uarie per ius ciuile & canonicum ſtatuatur à pœna per ius diuinum impoſita, attende diligenter, tex. in c. ſi quis per capillum. 22. q. 1. cõtra clericum ſtatuit, ut ſi in aliquo ordine Eccleſiaſtico eſt, deponatur, quam pœnam ceſſare inquit

Hoſti.

Hoſtien.in ſumma de male.blaſphemantes, verſ. grauior etiam,& hodie Arbitraria pœna cenſuit puniendum clericum blaſphemantem; quem ſequitur Ioan.And.& Abb.in cap. 2. de maledi. & ſi ſæpius hoc crimen clericus commiſerit,tunc degradãdum eum, iuſta diſpoſitionem dicti canonis ſcripſit Hoſtien.ubi ſupra, cui adhęſit Alex.in conſil.72.in 1.uol.col.4.uerſi. præterea,ubi plus dicit, quòd non ſufficeret probare quòd bis, uel ter blaſphemauit, ut diceretur conſuetus blaſphemare, pro quo allegat Cyn.in l.2. C.de re.cre. & quòd talis conſuetudo blaſphemandi debeat probari p̱ teſtes non ſingulares;pro quo refert Cy.Io. And. Paul.de Elea. & Anto. in uarijs locis. demum refert.Io.Ber.Diaz.in practi.Cri. canonica,in uerbo blaſphemanti quòd in concilio Lateranenſi ſub Leon.decimo cęlebrato, clericis blaſphemantibus pœna decreta eſt, ut quicunque blaſphemauerit Deum,& Beatam Virginem Mariam, ſi clericus uel ſacerdos fuerit, eo ipſo quòd de delicto huiuſmodi fuerit conuictus etiam beneficiorum quæcunq; habuerit fructibus applicando, unius anni mulctetur: pro. 1.tamen uice. at pro ſecunda ſi ita deliquerit,& conuictus fuerit, ſi unicum habuerit beneficium,eo priuetur, ſi autem plura, quod ordinarius maluerit id amittere cogatur et pro tertia uice dignitatibus & beneficijs omnibus quæcũq; habuerit eo ipſo priuatus exiſtat, eaque ulterius retinenda inhabilis reddatur, & ea liberè impetrari & conferri poſſunt; de iure uerò ciuili, Iuſtinianus uir utique catholicus & diuini nominis nõ modicæ zelotipus,pœnam mortis naturalis blaſphemantes plecti uoluit. Vt in authent.ut non luxu.con.na.§.1.demum Imperator Fæderi.in con-

ſti.blaſphemantes,in Regno iſto Neap.taliter blaſphemantes linguæ mutilatione plecti mandauit. poſteaque Rex Ferdinandus in hoc eodem Regno ſtatuit. in Prag. hac perpetua, quod pro blaſphemia quis puniretur amputatione & præciſione linguæ & publicatione tertiæ partis omnium bonorum; demum in Prag.in c.maxima,mandat inuiolabiliter ſemper corporaliter puniri blaſphemantes,iuxta pęnam à conſtitutionibus & capitulis introductam. nihil tamen dicit de pęna publicationis bonorum, & pro certo nunquam talem publicationem vidi fieri. ſicq; (vt uides) diuerſimodè ſtatuitur à lege ab eo quod erat ſancitum iure diuino, ſecundum quod indiſtinctè eſt pœna mortis.quod quidem videamus ſi fieri potuit an ne, & quidem quia ſcriptum eſt in lege Euangelica, quod Deus non vult mortem peccatoris ſed potius ut conuertatur & viuat, & ſatis expreſſè id Ieſus declarauit, cum adultera accuſaretur,quando dixit mulier vbi ſunt qui te accuſant? quæ cũ dixiſſet,nemo adeſt, nec ego(inquit) te condemnabo,vade & noli amplius peccare. mouemur eas pœnas ac conſimiles impoſitas in lege Moſis non eſſe confirmatas ſed potius abrogatas in lege Euangelica, nimirum ſi diuerſimode retro Pontifices ac Imperatores receſſerunt ab ea pœna quæ in lege diuina imponebatur, id enim optima ratione ſancitum (inquit) Afflicta noſter Neapo.in d.conſti.blaſphemantes, multitudo enim peccantiũ in id dedit cauſam minorationi pœnæ, vtiq; ſi omnes deberent propter
52 blaſphemiam mori, nullus ſupereſſet. Nec ſine ratione id factum arbitreris,quia quando multitudo delinquit temperanda eſt pœna, vt habetur 2. Reg.18.ibi uolẽs parcere multitudini etc.hinc Va-

ler. lib. 5. titulo de ingratis populi inquit, mens in modum ſubitæ tempeſtatis concitata, leui querela proſequenda eſt. ſingulorum autem ingrata facta liberiore indignatione proſcindenda ſunt, quia potens conſilij, cum vtrunque ratione perpendere liceret, ſcelus pietati prætulerunt. quaſi dicat quòd difficilius eſt multitudinem à delicto abſtinere quàm ſingulos, quia multitudo concitata vt plurimum à maiori parte quæ ſtultorum eſt (vt dixi) non eſt potens conſilij, quia vt tempeſtas cito mouetur & plus more quàm iudicio, ideo leui querela proſequenda eſt, adeo quòd decidit Bald. in l. prima. C. de ſer. fugi. quod ubi multitudo delinquit, ſoli caporales factionis & criminis puniendi ſunt pœna delicti perpetrati, & habetur in cap. ſane de tempo. ordi. & in cap. ea quæ. de ſimo. & in cap. ex parte. de tranſact. & tex. optimus in c. quotiens, prima quæſt. ſeptima. & c. dilectus. lo ſecundo. ubi plene Felyn. extra de ſimo. ſed & hæc procedunt quando multitudo inſimul deliquit, nõ autem quando multi ſolent interuallatim delin-
53 quere. Qua de re alia inueſtiganda eſt ratio, puniendis igitur peccatis tres eſſe debere cauſas, exiſtimatum eſt (inquit Aul. Gel. lib. 6. noct. Acti. cap. 18.) vna eſt cum pœna adhibetur caſtigandi atque emendandi gratia, vt is qui fortitudo deliquit, attentior fiat correctiorque. Altera eſt, quam ij qui uocabula iſta curioſius diuiſerunt, ea cauſa animaduertenda eſt, cum dignitas authoritasque eius in quem eſt peccatum tuenda eſt, ne prætermiſſa animaduerſio contemptum eius pariat & honorem eleuet, idcircoque id ei uocabulum à cõſeruatione honoris putant. Tertia ratio vindictæ eſt quæ à Græcis nominatur, cum punitio propter

pter exemplum eſt neceſſaria, ut cęteri ſimilibus à peccatis quæ prohiberi publicitus intereſt, metu cognitæ pœnæ deterreantur. Idcirco veteres noſtri exempla pro maximis gruauiſsimisque pœnis dicebant, quando igitur aut ſpes magna eſt, ut is qui peccauit citra pœnam ipſe ſeſe ultro corrigat, aut ſpes contra nulla eſt emendari eum poſſe & corrigi, aut iacturam dignitatis eius, in quem peccatū eſt metui non neceſſe eſt, aut non ad peccatum eſt, cuius exemplo neceſſario metu ſanciendum ſit: tū quicquid ita delictum eſt non ſane dignum eſſe imponendæ pœnæ ſtudium uiſum eſt. has tres vlciſcendi rationes, & Philoſophi alij plurifariam, & noſter Taurus in primo Commentariorum quos in Gorgiam Platonis compoſuit, ſcriptas reliquit; Plato autē ipſe uerbis apertius duas ſolas eſſe puniendi cauſas dicit, vnam quam primo in loco propter corrigendum, alteram quam in tertio propter exempli metum poſuimus, hæc ille, alibi Ariſto.2. Ethi.4. ſic inquit (oſtendunt animaduerſiones & pœnæ quæ doloribus ferendis ſuſtinentur; ſunt enim remedia quædam. Remedia autem ex contrarijs adhiberi ſolent) quaſi uelit dicere quod pœnæ inductæ ſunt vt bene viuat homo, & ut ſint ei remedia ad bonam uitam peragendam, nam legum latoris voluntas hæc eſt vt ciues bonos faciat, & ideo pœnas imponit, ſecundum Ariſtotelē ſecundo Ethico. primo, quandoque tamen pœnarum acerbitas (quæ propterea adinuenta eſt, ut homines terreantur & reſipiſcant delinquere) minime conſequitur finem optatum, ſicut in medicina contigit, nam medicinæ artis finis non eſt ad ſanandum omnino, ſed ad faciendum illud quod poteſt fieri, & in quantitate conuenienti, &

tempore conuenienti, & poſtea debetur expectari finis, ſicut eſt in arte nautarũ, & in regimine exercitus, ut eſt ſententia Ariſto. in primo Topicorum. cap. 2. ubi dicit, neq; enim Rhetor omnino perſuadebit, neq; medicus omnino ſanabit, ſed ſi ex contingentibus nihil omiſerit, ſufficientem eum dicemus habere diſciplinam, hoc maxime contingere uidemus in blaſphemia, quia licet ſępius puniatur blaſphemi, ſæpius blaſphematur etiam, idcirco cõueniens fuit vt non exacta nec exigua pœna imponeretur blaſphemantibus ſed media, quia ex ſuperfluo & deficientia res perit, ſecundum Ariſtote.
54 2. Ethi. 2. Itẽ alia ratione id factum uidetur. (nec eſt contra ius diuinum ſed potius ſecundum ius diuinũ) quia vult Deus ut caſtigemur, ſed non mortificemur, inquit enim Apoſto. ad Roma. c. 8. (lex ſpiritus uitæ per Chriſtum Ieſum liberum me reddidit à lege peccati & mortis. etenim ꝙ lex præſtare non poterat, ea parte qua imbecillis erat per carnem, hoc Deus proprio filio miſſo in ſimilitudinẽ carnis peccatricis præſtitit) & Io. in Epiſt. 1. cap. 2.
55 (filioli mei hæc ſcribo uobis, ut non peccetis, & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrẽ, Ieſum Chriſtum iuſtum; & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris) ceſſauit igitur illa lex adeo ferox, tremẽda, horribilis & tam ſeuere puníbilis, & noua data eſt) inquit enim Io. Chriſ. in Homi. 1. ſuper Matth. loquens de differentia nouæ, & ueteris legis (poſt Aegyptiorum profecto pernitiem in Heremo, in monte Sinai, & fumo, & igne aſcendente de monte, & tuba terribiliter inſonante, et tonitruo crebrius comminante, & corruſcante fulgore, & Moſe in ipſam caliginem nubis intrante. In nouo vero non ita, nõ enim neq; in heremo neq; in mõte,

te, non cum fumo & caligine, non cum tenebris & procellis, ſed lucente prorſus die, in domo ſedentibus cunctis, multa cum manſuetudine vniuerſa fiebant, ſiquidem adhuc illis ferocioribus & effrenioribus humano quodam terrore opus erat, vt ſolitudine monte igne fumo tubarum ſono, & cęteris talibus. ſublimiores uerò, ac perfectiora doceri faciles, & qui iam corporalium intellectum vſu virtutis exceſſerant horũ quę diximus non egebant) docet ergo legem veterem multum à ſecunda differre, illa enim ſeueritate plena, hęc autem lenitate clementia atq; miſericordia repleta; ſicq; non culpandus Feder. Imper. non criminandus Ferdinandus Rex, non deniq; minus catholici, & zelatores nominis Dei terro Pontifices reputandi ſunt, eò ꝙ pœnã mortis in blaſphemantibus abrogauere tãtò magis, quia præcepta Moſis iudicialia (vt ſupra dixi) non faciunt ius diuinum, ideo potuerunt & poſſunt Principes Pontificesue aduerſus ea ſtatuere.

56 Et licet uerum ſit non poſſe lege aut ſtatuto fieri, ut permittatur blaſphemia attamen illud ne prætermittas ſcire quod tam Principes, ꝙ Pontifices poſſunt diſpenſare, & ſtatuere quod aliquo caſu blaſphemia nõ imputetur ad peccatum, et ex conſequenti quod non puniatur; exẽplum, ſi quis calore iracundiæ blaſphemauit Deum aut ex ebrietate, certè iſto caſu non erit puniendus de blaſphemia, nec blaſphemia imputatur ipſi blaſphemanti in l. quod calore. ff. de iur. & voluit Hoſtien. in ſum. de male. §. 1. & probatur in 2. q. 3. §. notandũ, & c. ſi quis iratus. & 2. C. de re. cre. & l. ſi non conuitij. C. de iniur. & hoc fuit de mente Goffre. ſecũdum Hoſti. vbi ſupra. licet ibi dicat Hoſti. ꝙ nemo blaſphemat niſi iratus ergo nemo punitur, tandem

dicit quod attendenda eſt qualitas iracundiæ, nam tanta poterit eſſe, quod dementię eſſet æquiparanda, & in ea uerificantur dicta Goffr. & idem ſentit Abb. in c. 2. de male. ſecundum Afflict. in d. conſti. blaſphemantes, licet dicat ibidem Affli. quod Bea. Tho. 2. 2. q. c. 58. art. 7. dicit, ꝙ ſi quis calore iracũdiæ blaſphemauerit Deum, quod erit blaſphemia, & incidit in pœnam blaſphemiæ. ſubdit tamen in ſequẽti dubitatione ꝙ ſi aliquis ruſticus dixerit faciendo computum cum aliquo quod Deus non poterat facere quod ipſe teneretur ad tot operas ut prætendebatur, quod eo caſu ſi hoc incõſiderate di xiſſet, non incidit in pœnam blaſphemiæ, & hoc dicit uoluiſſe Bea. Tho. in 2. 2. q. 13, & quod ita fuit cõcluſum in ſacro Regio conſilio, ratio quia primi motus non ſunt in poteſtatę noſtra; & ſic non uideo quid differat an quis calore iracundię blaſphemaſſet an uero inconſiderate vtroque enim caſu, verũ eſt dicere, quod primi motus non ſunt in poteſtatę noſtra, & ſic præſuppoſito quod uerum ſit quod blaſphemans calore iracundię non puniatur (prout uerum eſt & infra patebit) nunquid Princeps & Papa potuerint hoc facere? & dico ꝙ ſic, nam habetur Leuit. c. 5. in litera A. in hæc verba (aut ſi anima iurauerit effutiendo labijs, vt malefaciat aut benefaciat, iuxta omnia quæ temerè effutire ſolet homo iurando, idq́; latuerit eum, ipſeque neſcierit ſe deliquiſſe in aliquo horũ ſi ſcit aliquo horum deliquerit, confiteatur quod ea re peccauit, & adducat domino ſacrificium pro delicto ſuo, pro pecato inquam ſuo quod peccauit fœminam ex grege, ouem aut capram ad ſacrificium pro peccato, & expiabit eum ſacerdos à peccato ſuo) ſicque eodem iure diuino habes quod

quòd ſi quis inconſideratè, & ſic efficiendo peccauit aduerſus ea quæ præcepit Deus non punitur pœna ibi ſtatuta ſed tantummodo pro pœnitentia debet facere id quod ſupra dictum eſt. inquit enim Ioan. Chriſo. in Homel. 3. cap. Ioan.
57 primo in litera R. in hæc verba (de ira loquens) (videbis nanque iratos non ſecus ac inſanos turpiter in medium præcipites fieri. Cum enim circa præcordia ira efferbuerit, os ignem emittit, tota inflatur facies, incompoſitæ manus mouentur, ridiculè proſiliunt pedes, monitoribus & rixam dirimire conantibus inſultant, in eoſque nulla ab inſanientibus differentia irruunt, & cum hæc faciunt tanquam a mentes nihil ſentiunt, nihil intelligunt, ſed aſinorum more calcibus, morſibuſque inuicem inſultant, & profectò iracundia percitus, nullum neque decorem ſeruare poteſt, neque modeſtiam. Hi igitur homines poſt hanc ignominiam & domum, & ad ſe reuerſi dolore ſimul anguntur, & mætu, cum intelligant quos læſerint, quos furoris & inſaniæ ſuæ teſtes habuerint, quippè qui in illo furore non ſecus ac mente capti, quid faciant non aduertunt, cum ad ſe redierint, tum demum omnia ſecum reputant, num inimici ei inſanienti affuerint, num viderint, pari enim ratione vtroſque formidant, alios tanquam reprahenſores, & eos quorum pręſentia magis erubeſcendum ſit alios tanqnam qui ipſorum malo, & ignominia plurimum gaudeant) inquit etiam Philo. in libro 3. Ethico. cap. ſecundo in hęc verba (atque etiam minùs eſt vis animoſa, quia quæ proficiſcuntur ab ea, minimè videntur electione ſuſcepta) & in ſeptimo libro cap. 5. inquit (quòd iræ, & concupiſcentiæ venereorū transmu-

tant corpus,& quibuſdam inſanias faciunt) & ibidem in cap.7.ſic dicit, (homo habet ampliorem poteſtatem ſuper concupiſcentias naturales, quã
58 ſuper iram.) Hinc ſi Princeps mandauerit aliquid inſolitum, vel iracundum fieri, debet differri per xxx. dies l. ſi vendicari. C. de pœn. & ibi Saly cet.reddit ratione, ne Princeps philoſophia plenus calore iracundiæ motus dicatur, iniurias committere à quo non iniuriæ, ſed iura debent emana
59 re.l.meminerint.C.unde ui. Et dicit dom. Ioan. de Ana. in cap.illa præpoſitorum extra de accuſa. ꝙ iudex tempore iracundiæ non debet facere aliquam punitionem, & ideò dicit iuriſconſultus, ꝙ iudex aduerſus eos quos malos putat;ira excandeſcere non debet l.obſeruandum.ff. de offic. præſi. & facit tex. in d. l. ſi uendicari, pro cuius intellectu uideatur tex.in cap,cum apud theſſalonicam. 11.q.3.quia ex his quæ ibi habentur deprehẽdi poterit,ꝙ Theodoſius Imperator fecit illam legem, quia propter deſtructionem ciuitatis Theſſalonicæ aliàs Bononiæ,quæ vt uult glo.in §. hæc autem tria in prohe. digeſtorum. hodie eſt Bononia, ſed hoc non eſt verum,ut per Pau.diaco.re.ro. lib. 13. cap. 1. & Platinam in Innocentio primo, & hiſtor. tripar. lib.9. cap.30. & ob dictam deſtructionem fuit excommunicatus Theodoſius, & iuſſu Beati Ambroſii poſt peractam pœnitentiam Bononiam conſtruxit, cum priùs eam deſtruxiſſet, & ſic oportet dicere, iuſta tex dicti cap. cum apud, quòd Bononia olim Theſſalonica vocabatur. & ultra pœnitentiam illud mirabiliter adiecit Imperator, vt ſententiæ Principum capitales in diem triceſimum ab exequutoribus differerẽtur, ùt eſſet locus miſericordiæ ac veniæ, ſi calore iracundiæ aliquid ſęuerum

rum iuſsiſſet Princeps, vt etiam habetur per Paulum diaconum lib. 13. rerum roma. cap. 1. & in hiſto. tripartita lib. 9. cap. 30. & inquit Valer. Maxi: in lib. 4. cap. 1. in titulo de parentum moderatione in liberos et animi moderatione, Architam Tarentinum contra omnem iram animo moderatum cõmendãs ſic dicit. Tarentinus Architas dum ſe Pythagoræ præceptis metaponti penitus immergit, magno labore, longoque tempore ſolidum opus doctrinę amplexus, poſtquam in patriã reuertitur, ac rura ſua reuiſere cœpit, animaduertit negligentia villici corrupta & perdita intuenſque malè meritum, ſumpſiſſem inquit à te ſupplicium, niſi tibi iratus eſſem. Maluit enim impunitum dimittere, quam propter iram grauius iuſto punire. hæc ille.

60 Sed unde digreſsi ſumus reuertendo, illud huic noſtræ cõcluſioni addendum puto, quod & ſiquis ad ludum prohibitum ludendo irã cõmotus Deũ blaſphemaſſet eo caſu puniendus eſt de blaſphemia, eo quia rei illicitæ operam dabat, a qua non niſi blaſphemiæ criminationes, iniuriæ, rixæ, & maledictiones cõmuniter oriri ſolent; & hoc eſt quod voluit Abb. in d. ca. 2. de maledi. ſecundum Afflic. in d. conſtit. blaſphemantes pro quo ad propoſitũ noſtrum inquit Ariſt. in lib. 3. Ethico. cap. v. in hæc verba (porro autem legum cõditores eum qui per imprudentiam peccat afficiunt pœna; ſi uideatur ignorationis eius eſſe cauſa, ut ebrijs, & temulentis duplices pœnæ conſtitutę, quia principium fuit in eius poteſtate qui ebrius factus eſt, quandoquidem pœnes eum poteſtas eſt fugiendę vinolentiæ quæ erroris, & imprudentiæ cauſa eſt) & ſic vult ebrios puniri ſi delinquunt, eo quia ipſi dederunt cauſam illi vinolentię ex qua ſucceſsit malum, &

Pitacus

Pitacus vnus ex ſeptẽ ſapiẽtibus ſtatuit ob hoc ut duplici pœna punirentur ebrij,& delicti & ebrietatis,et de hoc legislatore loquit̃ Ariſto.et hoc modo puto procedere tex.in c.inebriauerunt. 15.q.1. licet gl.uoluerit Loth.nõ puniri de inceſtu, ſed de ebrietate tantum.volens enim euitare ne peccet & ne delinquat ſe debet abſtinere ab eo quod magis cõtrarium eſt,ab eoque quod ad peccandum magis procliuum reddere poteſt,ſecundum eundem Ari-
61 ſto.in eo.lib.3.cap.9.alias non excuſabitur. Nã id præcipuum fuit vt prohiberetur ludus, vt blaſphemijs quæ inde procliuius procedunt, locus nõ detur,ut inquit Imperator in auth.alearum vſus, nam vt inquit Hoſt.in ſumma de excom.prælato. propter ludum efficiuntur adoleſcentes proprijs bonis amiſsis lugentes,de diuitibus pauperes ſacrilegi,falſarij,fures,raptores,quærentes alios ſpoliare,honeſtè non viuẽtes,ac blaſphemantes,& refert quòd aliqui perditis ſubſtantijs deſperati ueneno ſe occiderunt,aliqui laqueo ſe ſuſpendere,& aliqui proprio chirographo diabolo ſe viuos dederunt,& multos propter blaſphemiam in ludo factam terra abſorbuit,& fulgure perierunt, ſecundũ Cano.in c.clerici de vit. & honeſt. cler. & in c. inter dilectos de excep.prælato. dicit enim Imperator in d.auth.ꝙ plerunque ludentes proprer bonorum perditionem ad blaſphemias prorumpũt, propter quas ẽt cœlum efficitur peſtilens,ut in authen. ut non luxu. con.na. & refert Par. a put. in tract.de lud.in prin.(licèt videtur ꝙ ludus eſt neceſſarius,nã inquit Ariſt.3. Ethic. ꝙ requies & ludus in uita ſunt neceſſaria. Sed uide Marg. Philo. de prin.Philo.mora.c.47)Hinc ludentes propter eorũ ſubſtantias in ludo perditas,imagines Dei,& ſan-

ctorum percutientes capitaliter puniuntur, argumen. l. qui ſtatuas, ff. ad leg. Iul. maieſta. commiſſum enim in Diuinam maieſtatem, & humanam æquiparantur. l. 1. in prin. ff. eo. titu. & facit text. in l. prima. C. nemi. li. immagi. Salua. vbi ille qui ad iniuriam diuinæ maieſtatis ſcribit ſignum Crucis in ſilice, ut ab omnibus pedibus conculcetur pœna mortis tenetur, per quem tex. dicunt Doct. in l. data opera. C. qui accu. non poſ. & Angel. in l. 1. C. de rapt. vir. ꝙ percutiens Dei imaginem punitur grauiter, & glo. in c. 2. ext. de offi. ordi. in 6. dicit ꝙ quidam qui fricuit vrticas in Crucem ad Dei vilipendium fuit ſuſpenſus, & quod percutiens imaginem Dei debeat mori eſt tex. in cap. ſi canonici de hære. in 6. exinde dicit Par. de Put. in tract. de ludo in fine nume. 62. ꝙ quidam qui imaginē crucifixi in aquis proiecerat, vt ceſſarent pluuiæ non fuit ſuſpenſus, quia non fecit ad iniuriam diuinitatis. Sed ſi feciſſet ad iniuriam diuinitatis deberet ſuſpendi non enim debet excuſari ille qui à principio dabat operam rei illicitæ. Hinc eſt quod
62 ſi aliquis committit aliquid illicitum, licet magnum bonum exinde ſequatur, non reſtat quin non debeat puniri etiam ſi bonus effectus Reipublicæ ſequeretur ſecundum Pet. de Anchar. in repe. cap. 1. de conſtitu. vbi dicit ꝙ ſi ingreſſus domum alicuius de nocte ſcrineum ſurripuit, in quo erant literæ proditionis Ciuitatis aut Regni certè hoc patefacto non euitabit pœnam furti, cum intentionem habuerit furandi. Vnde fortuna quæ fœlix ciuitati fuit, non conſideratur, ſed ſolus animus refert & ſequitur Guliel. de Bene. in repetit. cap. Raynu. in quæſt. an lice. occi. pecca. nume. 39. quàm magis puniendus eſt ille qui dabat operam
rei

rei illicitæ propter quam blaſphemiam commiſe-
63 rit. Et pro prædictis etiam facit tex. in l. deſertorem. §. qui in bello. ff. de re milita. ubi habetur q̃ ſi quis rem prohibitam à duce belli fecerit etiam ſi Res bene geſſerit (ut utar uerbis iuris conſulti)
64 puniendus erit. Lex enim ſemper præſumit cõtra eos qui operam rei illicitæ dederint, ut. l. ſi ex
65 plagis. §. tabernarius. ff. ad l. Aqui. Concludendo igitur (ut ſcopum primæ difficultatis ponam) quòd ſi quis non operam rei licitæ dans ſed in conſiderate, & propter iram blaſphemaſſet illicò ad ſe reuerſus ſignum dederit feceritue quòd ſe pœnituit blaſphmaſſe percutiendo manu pectus, ſeu labia ſeu aliter expreſſerit (ut fieri adſolet) quod eo caſu non punietur de blaſphemia ex pęnitenti enim demonſtratur ludibrio linguæ dictum in l. famoſi. ff. ad. l. Iulia. Maie. Alexan. conſi. 15. 3. uol. nam inquit Ariſto. in lib. 3. æticho. c. 1. in hęc verba (quod fit ab inuito, dolorem parit, & uim pęnitendi nam qui per imprudentiam quidlibet admiſit, nec ægre fert illud admiſiſſe ſe, is ſane quod ignorauerat non egit uoluntarius, nec rurſus inuitus, quippe qui nullum capit dolorem, qui fecit imprudens ſi eum pœnitet, fecit inuitus, ſi non pœnitet, quoniam alius eſt, ſit atq; uocetur non uolẽs. œdipus enim imprudens laium patrem necauit, Matrem iocaſtam duxit uxorem, quod ubi reſciuit, ſibi effodit oculos is plane fecit inuitus, argu-
66 mento ſi pœnitentia. Tiberius imprudens hoſpitem Rhodienſem torqueri iuſsit errore detecto necauit, Scelus commiſit non uolens ut inquit commenta. Ibi) ſic ergo habes (amantiſsime lector) ex huiuſmodi dictis quòd dicitur inuitus feciſſe, qui fecit aliquid, quo facto ſe pœnitet illa enim pœ-

niten-

nitentia, ſeu ille dolor quem capit de eo quod imprudenter egerit eſt clarum teſtimonium blaſphemiam non proceſſiſſe ex corde, & uoluntarie. Sed calore iracundiæ potius, quę ſtateram geſtare hominibus non permittit, ut idem Ariſto. in eodem lib. 3. cap. 9. inquit non enim tam graue facinus eſt peccare, quam poſt peccatum non pudere, & de propriis malis accuſare Deum teſte Ioan
67 ne Chriſ. in Sermo. tertio de prouiden. Thom. 5. in litera. L. Secūdo hoc eodem præcepto inhibetur falſum iuramentum, dicitur enim Eccl. ca. 23. iurationi non aſſueſcat os tuum, multi enim caſus in illa, & paulo inferius, uir multum iurans implebitur iniquitate, & non diſcedet a domo illius plaga. Item Mathe. 5. habetur, audiſtis quia dictum eſt antiquis non periurabis, reddes autem domino iuramenta tua, Ego autem dico uobis non iurate omnino, neque per cœlū, quia Thronus Dei eſt, neq; per terram quia ſcabbellum eſt pedum eius, neq; per Hieroſolimam, quia ciuitas eſt magni Regis neq; per caput tuū iuraueris, quia non potes unū capillum album facere aut nigrum, ſit autem ſermo ueſter eſt eſt non non, quod autem his abundantius eſt à malo eſt, iurare enim eſt Deum in teſtem uocare, & eſt actus latriæ, unde Hier. ſuper Mach. qui iurat, aut ueneratur aut diligit eum, per quem iurat, cap. 6. Anima quæ iurauerit, & protulerit labijs ſuis, ut uel male uel bene quid faceret, & non fecerit, & ipſum iuramento & ſermone firmauerit oblitaq; poſtea intellexerit delictum ſuum, agat pœnitentiam pro peccato, & offerat de gregibus agnam ſiue capram orabitque pro eo ſacerdos, & pro peccatis eius Leui. cap. 5. Item Leui. cap. 19. non periurabis in nomine meo, nec

pollues

pollues nomen domini Dei tui, & Deutero. ca. 6. non uſurpabis nomen domini Dei tui fruſtra, quia non erit impunitus qui ſuper re uana nomen eius aſſumpſerit. Item Iaco. in epi. c. 5. Ante omnia fratres mei nolite iurare, neq; per cœlũ, neq; per terram, neq; per aliud quodcunq; iuramentum, ſit autem ſermo ueſter, eſt eſt non non, ut non ſub iudicio decidatis. Item Auguſti. in lib. de menda. nõ iurate omnino, ne ſcilicet iurando ad facilitatem iurandi ueniatur, de facilitate ad conſuetudinem, de conſuetudine ad periurium decidatur, & Iſidorus, lib. 2. ſoliloquiorum aſsiduitas iurandi periurij conſuetudinem facit, uſus iurandi ad periurium inducit, ueritas iuramento non indiget. Item Chriſo. ſuper illud Mathe. 5. dico uobis non iurate omnino (inquit) nemo eſt qui frequenter iurat, qui aliquando non periuret; Nec uolo uos latere quòd ex prędictis, & aliis non ſit reprobatum omnino iuramentum, ut de ſe illicitum ſit, nam Manichei
68 dicebãt omne iuramentum factum, & per creaturam, & per Deum eſſe illicitum, et occaſionem huiuſmodi erroris ſumpſerũt ex prædictis maximè, ex uerbis Matthei. 5. ego dico uobis nõ iurate om
69 nino. Sed neſcierunt diſtinguere quod alium ſenſum facit negatio præpoſita uniuerſali ſigno; aliũ poſtpoſita. præpoſita. n. æquipollere facit particulari negatiuæ poſtpoſita uero ſuo contrario. c. 5. uniuerſali negatiuæ unde differt dicere, non omnis hõ nõ currit, & omnis homo nõ currit. Deus autẽ nõ dixit omnino nõ iurabis, Sed dixit nõ iurabis omnino. unde non prohibuit omnem iurationem, ſed prohibuit ne iuraretur omni modo, & ſine omni cauſa, inquit enim Augu. in lib. contra mendatium ꝙ præceptum de prohibitione iuramẽti ad hoc eſt

poſitum

poſitum, ut quantum eſt in te nõ affectes, nec quaſi pro bono cũ aliqua delectatione appetas iuſiurãdũ, nam illud qđ non quæritur niſi ad ſubueniendũ alicui defectui, nõ numeratur inter ea quæ ſunt per ſe appetenda ſed inter ea quæ ſunt neceſſaria, ut patet de medecina quæ quæritur ad ſubueniendum infirmitati. iuramentũ igitur quęritur ad ſubueniẽdum alicui defectui quo. ſ. unus homo diſcredit alteri, & ideo non eſt habendum inter ea quæ ſunt perſe appetenda, ſed inter ea quæ ſunt huic neceſſaria quibus utitur indebitè quicunque utitur eis ultra neceſsitatem, Vnde Augu. in lib. de ſermone Domi. in monte dicit, qui intelligit nõ in bonis ideſt per ſe appetendis, ſed in neceſſarĳs iurationẽ habendam ſe refrenet quantum poteſt, ut non ea

70 utatur niſi necеſsitas cogat, hæc Thoma. ſecunda ſecundæ quęſtio. 89. articu. quinto cap. Actus enim iurandi fieri debet cum iſtis tribus. ſ. cum iudicio in diſcretione qui excluditur in cautela iurandi, & cum ueritate in aſſertione, & ex cauſa legitima utendi talis teſtis inuocatione, & ſic includit in ſe ſimpliciter ordinẽ rationis: & eſt latriæ actus qui enim Deum inuocat aſſertionis ſuæ teſtem: profitetur in eo infallibilem ueritatem, & omnium cognitionem, & prouiſionem: & ſic Deo exhibet honorem ſibi ſoli debitum. *Si* uero aliquis prędictorum trium comitum ibi defuerit includit aliquid incompaſsibile ordini rationis: & Ideo talis actus eſt illicitus, & ſimpliciter fugiendus. quia cum illo defectu non poteſt eſſe niſi malus. Iuramentum enim habet & habere debet tres comites ſcilicet ueritatem iuditium & iuſtitiam: Hiere. 4. iurabitis uiuit Dominus in ueritate,

71 & iuditio & iuſtitia, & extra de iur. iura. cap. &

ſi Chri-

ſi Chriſtus.§.quod autem Iacobus & §. Iacobus & 22.q.2.animaduertendum & 22.q. 1. & iurabũt, & eſt ratio ſecundum Bonauen. 3.diſtin. 39. in litera qõ. 1. quia iuramentum comparatur ad tria,ſcilicet ad iurantem a quo procedit: & ſic debetur ſibi iudicium:ad rem de qua fit: & ſibi debetur ueritas, ut ſit adequatio ſermonis & rei ad cauſam pro qua fit & ſic debetur ſibi iuſtitia.ſcilicet ut pro cauſa iuſta fiat, aliter uero diſtinguit prædicta tria Alexand.Aret.3.tit. 1.in expoſitione præcepti in principio, debet ergo(ſecundum eum) ibi eſſe ueritas ſemper in cõſcientia.i. ut firmiter ſciat ita eſſe: debet etiam ibi eſſe iuditium. i. deliberatio diſcreta.ſcilicet ut non iuret etiam uerum quis, niſi propter neceſsitatem:ut quando perſuadet ali cui aliquod uerum quod expedit ei uel eſt utile credere:& tamen nõ uult aſſertioni ſimplici credere.

72. Eſt enim periurium peccatum mortale, tum quia aduerſatur præcepto primæ tabulæ non periurabis in nomine meo, Leuit. 19.non aſſumes nomen Dei tui in uanum Exod.20.Tum etiam quia importat deſpectum & irreuerentiam Dei, nam qui iurat, Deum teſtem inuocat, teſte bea. Tho. 22.q.98. Ar.2. ergo dum periurat dat intelligere uel quod Deus non cognoſcebat ueritatem, uel quod uelit teſtificari falſum cum in ipſum teſtem inuocet,& quia periurium tenet ſecundum locum poſt idolatriam, periurando enim uidetur nomen

73. Dei abnegare Ideo per os Ezech. 17.pœnam cõminatur dicens viuo ego quoniam iuramentum quod ſpreuit,& fœdus quod præuaricatus eſt pœnam in caput eius, & expandam rete meum ſuper eum et comprehendetur in ſagena mea, et adducam in Babilonẽ & iudicando eum ibi in præuari-

uaricatione qua deſpexit me, & omnes profugi eius cum vniuerſo ſanguine ſuo gladio cadent, ſed Goffre. & Hoſtien. in titu. de iureiur. dicunt quod periurium quadrupliciter dicitur. ſcilicet falſa iuratio iuramenti, tranſgreſsio indiſcreta, iuratio & mendacium iuramento firmatum, primo modo periurium ſcilicet, prout eſt falſa iuratio poteſt eſſe tripliciter. Aut quia eſt falſitas ex parte iurati tantum, ut cum quis iurat falſum ꝙ credit eſſe uerū. Aut ex parte iurantis tantum, ut cum quis iurat uerum quod credit eſſe falſum. Aut ex parte utriuſque, ut cum quis iurat eſſe uerum quod eſt falſum & credit eſſe falſum, & in his duobus modis ultimis eſt mendacium firmatum iuramento quod eſt quartum membrum primæ diſtinctionis. vnde falſa iuratio prout eſt primum membrum primæ diſtinctionis erit ſolum quando falſitas eſt tātum ex parte iurati. primo modo falſa iuratio ſecundum Goffre. & Hoſti. & Berna. ex. de iur. iuran. cap. tua. 1. ſi ignoranter fiat, & habita omni diligentia nullum peccatum inducit. 22. q. 2. homines. Nō adhibita uero omni diligentia eſt peccatum ueniale. diſtin. 32. §. verum. in fin. Ray. dicit ꝙ iſta falſa iuratio ſi ſit adhibita diligentia debita eſt ueniale, ſi uero proueniat ex ignorantia iuris uel facti craſſa & ſupina eſt mortale. 22. q. 5. qui periurat. ij. uero & iij. modo iuratio falſa ſi fiat iocose uel ſimulatorie ſecundum Goffre. eſt peccatum ueniale. 22. q. 2. ꝙ ait etc. vult ſecundum uero Tho. & Ray. eſt peccatum mortale propter reuerentiam Dei. Si autē fiat serioſe eſt peccatum mortale. ſecundum Goff. & Thom. ſecunda ſecundæ q. 98. Arti. 3. c. 22. q. 2. homines, licet aliter ſentiat in hoc Ricchar. 3. diſtin. 39. 9. & 3. Art. 2. c. periurium uero ſecundo modo

dictum ſcilicet ꝙ eſt tranſgreſsio iuramenti. Si ſit tranſgreſsio iuramenti illiciti, ſic eſt peccatũ in iurando, ſed non in contraueniendo. quin etiam nullo modo eſt ſeruãdum. 22. q. 4. c. 1. 2. & 3. ſi uero ſit tranſgreſsio iuramenti liciti eſt peccatum mortale. 6. q. 1. quicũque, periurium autem tertio modo. ſ. ſecundum quod eſt iuratio indiſcreta, eſt ſecundum Gof. peccatum ueniale. diſt. 25. §. criminis. in fine. Berna. uero ex. de iur. iur. tua. 1. diſtinguit ꝙ ſi fiat ex deliberatione eſt peccatum mortale extra eo. c. ſicut ex literis, ſi uero iocosè uel incautè eſt ueniale. diſt. 25. §. alias ea demum, & concordant bona. 3. diſt. 39. q. 1. Ar. c. 3. Ricchar. 3. diſt. 39. q. 3. Ar. 2. c. & ita cõcludit Aſteſan. in ſua ſumma in tit. de per-
75 iurio. tit. 19. lib. 1. c. 1. Punitur autem periurium primo ira Dei; nam legitur Ioſue 9. iurauimus eis in nomine Domini Dei Iſrael, et idcirco nõ poſſumus eos contingere ne contra nos ira Dei concitetur ſi peierauerimus, itẽ propter periurium ſuperuenit ſterilitas terræ ſeu fames tempore Dauid, quę per tres annos populum afflixit propter periurium Saulis; ſimiliter & Rex Sedechias captus eſt Hieroſolima deuaſtata, quia Rex ipſe iuramentum fidelitatis Nabuchodonoſor non ſeruauit, ut habetur. 4. Reg. vlti. & legitur 1. Regũ. c. 2. ꝙ Solomon Rex propter iuramentum non ſeruatum per ſi mei de non recedendo ab eo, & de alibi non accedendo iuſsit ipſum occidi, & ſic occiſus eſt. & Leuit. 1. c. 5. in fi. legitur in hæc verba, aut ſi rem perditam inuenit & eam negauerit, iurauerit que falſo ſuper quapiam re, ex omnibus his quæ facere ſolet homo, inq; hic peccare. ſi itaq; peccauerit & deliquerit, reſtituat raptum quod rapuit aut quod per calumniã extorſit, aut depoſitũ quod illi fuit cõmiſ-

ſum, aut rem perditam quam inuenit, quin totum illud ſuper quo peierauerit reddet ſortem, addita ei quinta eius parte, reddat inquam ei cuius eſt in die
76 quo expiat delictum ſuum, ſacrificium uero pro delicto ſuo adducat Domino, mos enim iurandi apud antiquos legitur Gene. cap. 24. (pone quæſo manum tuam ſubtus fœmur meum iuramentoq; te per Deum Cœli & terræ adigam, ne accipias vxorẽ filio meo de filiabus Chanaam inter quos
77 ego habito) apud Veſtinos Picentes Marſos Pelig. Marrucinos Sannites & Lucanos, cum ad hũc non defeciſſent, & Gay. Sex. prætorem Romanorum Legatum ad ſe miſſum apud Aſculum omneſque ciues occidiſſent, contra fœdus & ius iurandum pacis, continuo atrociſsimam perniciẽ infamiſsima præceſſere prodigia, nam omnia animalia quæ ſecura eſſe conſueuerunt, relictis ſtabulis paſcuiſq; cum ululatu hinnitu mugituque miſerabili ad ſiluas monteſq; fugerunt, canes quoq; lachrimoſis ululatibus luporum ritu oberrarũt, ſecundum Oroſium lib. 5. cap. 18. vnde Ariſtot. ad Alexandrum dixit, ſi quæreres quæ fuit cauſa deſtructionis Regni Barbarorum & Scitharum, reſponderem quia Reges eorum utebantur iuramẽtis ad fraudem & deceptionem hominum fran-
78 gentes fœdera. Irrogatur & alia pœna periuris per ius canonicum de qua habetur 6. queſt. 1. Quicunque ſciens periurauerit quadraginta dies in pane & aqua ſeptem ſequentes annos pœniteat, et nunquam ſit ſine pœnitentia, & nunquam in teſtimonium recipiatur. Idem habetur 22. q. 5. ſi quis
79 periurauerit; Aegyptij capite periuros mulctabant, tanquam qui duplici tenerẽtur ſcelere ut qui & pietatem in Deos uiolarent, & fidem inter ho-

mines tollerent, maximum uinculum ſocietatis hu
manæ, ſecundum Diodo. Sicul. lib. 2. rer. antiquarũ
c. 3. & teſtatur idem lib. 11. bibliothecæ. in fi. quòd
paliori tẽplum Siculi tanta veneratione proſeque-
bantur, ut ſanctiſsima per illud ſummeq; obſtricta
religioni iuramenta depromebãt, ideoq; fides et in-
tegritas dictorum explorabatur: periuros namq;
80 illico Deus repẽtino corripiebat ſupplicio, nã non
nulli ob periurium luminibus excęcatis è templo
diſcedebant, & in iudicio corporum ſi accuſatus cri
minali cauſa conuincitur degradabitur. diſtin. 75. §.
criminis, quàm enim ſanctè & quã inuiolatè iuris
iurandi religio apud illos Priſcos Romanos cole-
batur non modô, teſtis eſt M. Attilius Regulus, qui
pœnorum ſeruitutem deductus, miſſus Romam
vt ex ſe vno & ſene, complures Carthaginenſium
iuuenes penſarentur, in contrarium dato con. Car-
thaginem petijt, non ignarus ad quam crudeles &
ſibi infeſtos Deos reuerteretur, verũ quia is iura-
uerat, ſi eorum captiui redditi nõ forent ad eos ſeſe
rediturus, authore Liuio lib. 18. & Vale. Max. lib. 1.
in c. de ſerua. reli. nec prætereundum eſt id quod
81 idem Vale, ait in lib. 2. in c. de cenſo. no. Plato autẽ
in dialo. 12. de legib. inter alias à ſe latas leges ſan-
xit vt cauſæ in quibus utilitatem quis ex periurio
aſſequitur, ſine iure iurando iudicetur: & qui iudi-
caturi ſunt nullo modo litigãtes permittant aut iu-
rare perſuadendi cauſa, aut ſibi generiq; ſuo impre
cari aut turpiter ſupplicare aut cõmiſeratione mu-
liebriter uti. peregrinis autem inter ſe litigantibus
ſi uelint iurare liceat, nam cum in ciuitate conſene-
ſcere non debeant, non formidandum ne alios cor-
rumpant. Sed quam uarium & multiplex iusiu-
randum apud diuerſas gentes fuerit & per quos

Deos conſueuerunt, & apud quos iura. inuiolabile habeatur. ſcribit Alexan. de Ales lib. 5. dierum genialium. c. 10. & multa de iuramento vide per
82 Guliel. de Bene. in c. Raynutius. in verbo teſtamẽtum. 3. nu. 42. cum ſequen. ſcribit enim Io. Chriſo. in acta Apoſto. c. 3. in litera G. in hæc verba Abijce hominis iuramentum, & etiam quę iræ ſunt abieceris iramq; extinxeris omnem, eſt enim ſicut uectus ira & iuramentum. Sinuamus uela, nulla utilitas ueli ſi deſit uentus, ſi igitur non clamamus neque iuramus neruos ſuccidimus iræ ſi autem non creditis, periculum facite rei & ſic ſe habere cognoſcetis, pone iraſcenti legem ne vnquam iuret et nõ opus habebit illi de manſuetudine ſermonem facere & ſic totum perfectum erit, & paulo inferius dicitur, dic quam ob cauſam introductum eſt iuramentum & quare conceſſum? dicamus originem eius, & vnde natum ſit, iterum & quomodo & à quibus narrantes remunerabimus uos, fecit olim peccata Abraã & immolauit uictimas & hoſtias obtulit, & nondum erat iuramentum. vnde igitur ingreſſum eſt? quando mala creuerunt, quando omnia ſimul ſurſum ac deorſum facta ſunt quando ad idolatriam inclinarunt, tunc ſane quando infideles apparuerunt Deum uocabant teſtem, quaſi fideiuſſorem dantes dictis ſatisfacturum, iuramẽtum enim eſt fideiuſsio ubi mores fidem non habent vnde primum taxatur is qui iurat ſi ei fides non habeatur abſq; fideiuſſore & fideiuſſore maximo, & quia tam parum homines ſibi mutuum credunt, non hominem quærunt fideiuſſorem, ſed Deum. Secundo ideo crimen eſt eius qui iuramentum recepit ſi pro contractibus Deum ad fideiuſſionem trahat, & dicat ſe nõ crediturum niſi illum acci-

accipiat, ô eccellentem ſtuporem, ô contumeliam, vermis ac terra ac cinis exiſtens & fumus, audes talem dominum tuum in fideiuſſorem rapere, & illum cogis accipere. Dic oro mihi, num ſi filijs ue ſtris cōtendentibus inter ſe, & ſibi mutuam non habentibus fidem, dixerit conſeruus, non credendum, niſi communis Dominus fideiuſſor accedat, non ne illi irrogarentur plagæ multæ, vt diſcat quod Domino in alijs, nō hiſce vti oporteat? quid dico conſeruum? Nam ſi magis venerandum voluerit virum, nonne contumeliam cauſa haberetur, & paulopoſt, ideo qui & cogit quam qui iurat magis ineuitabile habet ſupplitium ſimiliter & qui nullo poſtulante iurat, etiam hoc difficilius eſt, quod quis iurat pro vnico obolo, pro paruo emolumento, pro iniuſtitia, & hęc ſic periculoſa, quando nō fuerint periuria ſi autem periuria cō mitterentur, tunc omnia confunduntur, & in cauſa ſunt, tā is qui dat, quam is qui accipit iuramentū, & hanc ob cauſam nunquam reis inquiſitis detuli iuramentū (prout multi faciunt) ſciēs proculdubio eos peierare debere, & idem ibidem cap. 5. inquit, portus enim ſecurus eſt non iurare. Portus in quo à ventis impetuoſis quis non ſubmergitur. Nam licet ira licet furor licet inſultus efferueſcat, licet quid libet ſit, anima in ſecuritate conſtituitur, & ita neq; eiciat aliquid eorum quæ non oportet dicta eſſe non enim ſibi neceſſariam putauit legem. Vide quid propter iuramentum facit Hærodes, caput præcurſoris amputauit propter iuramentum enim inquit, ac diſcumbentes nolebat illam repulſam pa ti; Quid propter iuramentum paſſę ſunt tribus infeſtæ tribui Beniamin? quid propter iuramentum paſſus eſt Saul? Nam ille quidem adiurauit Herodes

rodes etiam homicidium periurio.peius commiſit iterum Ieſus propter iuramentum Gabaonitis factum qualia paſſus eſt cognouit; ſatanæ enim laqueus eſt iurare,diſrumpamus igitur funes,& facile contra omnem cuſtodiam conſiſtemus,liberemur à laqueo ſatanæ timeamus dominicum præceptum, conſuetudinem optimam nobis uendicemus,ut progredientes in uia uirtutum, & hoc & alia mandata perficiamus, ac aſſequamur bona promiſſa ijs qui diligunt illum. Sed hęc quidē ſufficiant.uolui tamen hic referre ad effectum, ut iudices in quantum poſſunt abſtineant ne ſint pro-
83 clivi,& faciles ad iuramenti prꝗſtationem. Pro certo neſcio quo ſpiritu ductus Imperator Alexā. (qui ut ſcribit Helius Lampridius hiſtoricus fuit homo exemplum uirtutis, & zelator ſummus iuſtitiæ ſtatuit in l. 2. C.de reb. cred.& iur. iuran. ꝙ iuris iurandi contempta religio ſatis Deum habet ultorem,cum debuiſſet magna ſæueritate ſtatuere,quod puniretur,& ideo nimirum gladio occubuit in Alemania,apud ciuitatem Maguntiæ,ut referunt canoniſtę, ſecūdum autem ius Longobar-
84 dum pœna periurij eſt amputatio manus cū qua iurauit,ut in lombarda de eo & l.de eo & l. is quæ fuit Imperatoris Pipiri, & quę ſecundum Ange. in d.l.ij.omnes ligat,& ibi Ang.ex mente Iaco.de Bel. diſtinguit ꝙ aut ſacramentum eſt temerariū & non punitur,ut.ff.de reg.iur.l. ꝙ calore, Aut eſt contra ius,& tunc idem,aut ſacramentum eſt ſolēne, & tunc ſi præſtitum eſt Deo, puta non comedere carnes,& non punitur in foro iudiciali, in foro pœnitentiæ ſic,ſi uero prꝗſtatur homini & tunc ſi ad decidendas lites non punitur,nec retractatur ſi autem ſuper ualidando contractu, vel fide pro-

miſſa ſeruanda, ſi quidem per Euangelia punitur periurus crimine ſtellio. Si verò iurauit per principem remittit ſe ad l. ſi duo. §. fin. ff. eo. ſi per capillos, vel caput Dei tunc in foro ſeculari capite punitur per tex. in auth. vt non luxu. contra na. §. & quoniam ſed in foro pœnitentiæ imponitur pœnitentia 22. q. 1. in prin. & ita reſidet ipſe, Saly. uero ibi aliter diſtinguit videlicet, aut quis iurat per ſacra prohibita aut permiſſa, primo caſu, aut habet ex conſuetudine, & tunc ſiue uerum ſiue falſum ultimo ſupplicio punitur, quia in contemptum noſtræ fidei ſic iurare creditur, d. §. & quoniam. Sin autem hoc nō habet ex conſuetudine, tunc non ſic atrociter punitur, vbi plus dicit ꝙ binus uel trinus actus non inducit conſuetudinem, quia hæc indilubrio linguæ conſiſtunt, & ſic facilè remittuntur, qđ nota pro blaſphemantibus. aut iurat per ſacra licita, & tunc aut iurat uerum. & nō punitur, aut falſum, & ſic deierat, & tunc aut quæritur in teſte, & tunc, aut in cauſa publici iudicij, & capitali, & tunc ſimilitudine ſupplicij. l. 1. §. 1. ff. ad l. corn. de ſicar. aut in alia cauſa: & tunc eſt pœna falſi, aut quæritur de principali perſona ad quam res ſpectat & tunc aut quodam calore iracundiæ iurauit & Deū ſolum habet ultorem: aut ex deliberatione iurat. & tunc aut eſt iuramentum litis deciſiuum, & tunc aut queritur de pœna retractationis, aut de alia pœna, & tunc aut iurauit per Deum, & ſolum Deum habet ultorem, aut per Principem & punitur ſecundum l. ſi duo. §. fi. ff. eod. aut eſt aliud iuramentum quam litis deciſiuum, & tūc aut periurat quis ex cauſa legibus inſerta & non punitur: aut nō ex tali cauſa: & tunc aut iurat tale quid quod alterius non intereſt, vt non commedere carnes, & Deum

ſolum habet ultorem, aut iurat tale quid quod alterius intereſt: & tunc aut iurat de præterito in alterius deceptionem & punitur crimine ſtellionatus: aut iurat de futuro, & tunc aut cum debito efficaci, & punitur ſecundum formam l. ſiquis maior. C. de tranſact. Aut debitum non erat efficax & tunc non punitur. hæc eſt ſua diſtinctio Bald. autem in dicta l. ſecunda dicit quod octo modis reperitur in iure ciuili puniri periurium, primo enim modo punitur ciui. per tex. in l. ſi legatarius. ff. de dol. ſecundo punitur periurium pœna infamiæ per l. ſiquis maior. C. de tranſact. Tertio punitur pœna remotionis a dignitate & teſtimonio. l. quotien s de dignita. lib. 12. 4. punitur pœna exilij de crimi. ſtelliona. l. de periurio, quinto punitur fuſtibus. l. ſi duo patroni. §. fina. ff. de iur. iura, ſexto pœna capitis, in authen. vt non luxu. con. na. 7. motu Principis. 8. pœna l. Corneliæ quandoque de fal. & quandoque de ſica. in diuerſis enim caſibus diuerſas inquit proditas eſſe pœnas. vt patet in legibus ſupra allegatis, nam ſi eſt iuratum de futuro ad obligandum habet locum text. in l. ſi quis maior, ſi de præſenti, ad contrahentem circunſcribendum loquitur. l. de periurio, ſi autem eſt iuramentum teſtis, & tunc ſi in cauſa capitali punitur ſimilitudine ſupplicij, in alijs vero cauſis punitur. l. Cornelia de falſis, deinde dicit quod iſti qui faciunt iuramenta ſcelerata deberent decapitari, vt in authen. vt non luxu. con. na: quod eſſet verum ſecundum Pet. ſi ex conſuetudine haberent talia iuramenta, ſic ſcelerata, ſed per ſtatuta terrarum detractum eſt huic pœnæ. Idem enim Bal. in l. ſi cum patruo. C. commu. vtri. iudic. dicit quod quando iuramentum non

eſt periuratum in præiudicium alterius, Deum ſolũ habet vltorem, & non poteſt agi criminaliter, ſed quãdo,eſt periuratum in præiudicium alterius debet & poteſt agi criminaliter, quia nedum habet Deum vltorem ſed iudicem Eccleſiaſticum, & temporalem,& debet tunc libellus concludi quod eſt periuratum in præiudicium alterius;licet Bal.in dicto loco infideliter referatur per Thom. Parpa. in repe.l.ſi quis maior,poteſt tamen(melius cogitando)ſaluari ꝙ Thom. bene dicat ꝙ non poteſt fiſcus agere criminaliter de periurio,& ſic ex officio, quod probat ex doctrina Bal. dum dicit ꝙ de periurio agitur.per accuſationem,& ſic videtur negare quod non poſsit ex officio agi, & hæc fuit intentio Thomæ. Alber.vero in d. l. 2. tenet illam diſtinctionem per formalia verba quam Angel. (vt ſupra retuli)dicit eſſe ſuam,Cor.autem in conſil.2 14.in 2.lib. nu.16.ſimpliciter dicit periurum. 1.puniri pœna remotionis a teſtimonio,item pœna infamiæ quando iuramentum eſt de futuro & fuerit ſponte præſtitum , licet quando iuramentũ ſit de præſenti vel de præterito periurans non incurrat infamiam,vt dicit teneri per omnes docto. in d.l.ſi quis maior & per Bar.& Bal.in l.Lucius. ff. de infa. & communiter doct.in c. teſtimonium de teſti.& hoc dicit procedere de iure ciuili,& quo ad infamiam ciuilem:quia illam(dicit) non incurrunt omnes periuri. Item punitur periurium ſecundum eum crimine ſtellionatus per tex.in l.de periurio.Ludo.Roma.in d.l.ſi duo.§.fi.ff.de iur.iuran. diſtinguit ſic.ꝙ aut quis iurat per ſacra illicita , aliquando per ſacra licita,primo caſu dicit puniri vltimo ſupplicio per d.§.quoniam.2. caſu quãdo per ſacra licita,& tunc aut iurat verum,& tunc aut loquimur

quimur de perſona, acceſſoria, & punitur pœna fal ſi l. prima. & l. Lutius. ff. de his qui no. infa. aliquan do loquimur de perſona principali, & tunc ſi iurat per Deum calore iracundiæ, & tunc non punitur de iure ciuili, aliquando iurat deliberatè, & tunc aut iuratur de præterito vel de præſenti, & tũc aut iuratur nullo deferente, & tunc punitur pœna extraordinaria tanquàm incidens in ſtellionatũ, aut iuratur parte deferente, & tunc aut quæritur an puniatur vt iuramentum retractetur, & non poteſt. fallit in tribus caſibus quorum duo not. in l. admonendi. ff. de iur. iurañ. aliquando quæritur an puniantur quo ad pœnam ciuilem ? & tunc aut quæritur an puniantur pœna ordinaria, & dicendum eſt quod non, Aut quæritur de pœna extraordinaria, & tunc dicendum quòd ſic, aliquando iuratur de futuro, & tũc aut iuratur fieri illud quod nullius intereſt, & tunc talis nulla pœna punitur, aliquando iuratur in præiudicium alterius, & tũc aut iuratur ſuper obligationem efficaci et perpetua, & tunc punitur iuxta formam l. ſi quis maior, Aliquando iuratur ſuper inefficaci, & tunc licitum eſt non ſeruare, & hæc omnia (ſecundum eũ) procedunt niſi quis periurat ex cauſa, à lege conceſſa, Angel. de Aret. in §. Item ſi quis poſtulante inſtitu. de actio formaliter recitat diſtinctionem Saly. de qua ſupra Iaſ. in dicto §. fi. faciat duos articulos primũ de parte principali periura, ſecundũ de teſtibus, circa primũ, aut loquimur de blaſphemãte puta quia iurat in contemptum Dei vel ſanctorum, & ſiue ſit verum ſiue falſum, quando habet ex conſuetudine blaſphemandi punitur pœna mortis, aut loquimur non in blaſphemante, ſed in iurante per Deum vel ſacras ſcripturas vel aliter, & per-

& periurante,& tunc aut periurauit per iracũdiã, & excuſatur,ꝙ dicit eſſe verum,vt non excuſetur à toto,ſed à tanto ſic,aut pars periurauit deliberate,& tunc ſi nullius præiudicium reſpicit (ut quia iurauit nunquam commedere carnes),& tunc ſolũ Deum habet ultorem,licet(ſecundum eum) Ang. in auth.Scænicas non ſolũ fideiuſſorem. colũ.5.teneat ꝙ etiam iſto caſu debeat per iudicem extraordinariè puniri,ſed in contrariũ eſt communis opinio, Aut pars deliberate periurauit in præiudiciũ tertij, & tunc puniri debet extra ordinem arbitrio iudicis,& poterit iudex eum facere fuſtigari, uel facere mitriari uel poni ad cathenam, & hæc procedunt quo ad pœnam criminalem, ſed quo ad pęnam ciuilem ſeptem alias pœnas inquit eſſe proditas,de quibus per eum. ſecundus uero articulus de teſtibus periurantibus, & dicendum eſt, quod ſi falſum deponatur in cauſa publici & capitalis iuditij eſt pœna ſimilitudinis ſupplicij, & ſic pœna illa qua puniretur principalis ſi eſſet uerum,aut loquimur in alijs caſibus, & tunc habet locum pœna. l. Corneliæ de falſis quæ eſt deportatio cum publicatione bonorum, & cũ hac diſtinctione reſidet ipſe,quid igitur dicendum in tanta Doctorum & diſtinctionũ uarietate? Ego puto prius eſſe inueſtigandũ quæ nam ſint iuramenta licita, & iure diuino approbata,& quæ non? in quo quidem dicit Ioan.Chriſo. in caput Mathei quintum hom. 13.in litera.I.(Hæc de illis dicta ſunt, qui iurant ꝑ Deum,eorum qui iurant per elementa execrabilior iniquitas eſt. Cœlũ enim & terram & cætera Deus ad miniſteriũ ſibi creauit, nõ hominibus ad iuramentum. Ecce enim in l. præcipitur, vt per nullum iuretur,niſi per Deum, Exodi. 23. 6. qu

ergo

ergo iurat per cœlum, aut per terram, aut quicquid illud eſt, per quod iurat, deificat illud, propterea idolatram ſe facit omnis, qui per aliquid aliud a Deo iurat, etiam ſi iurare liceret: quia non reddit domino Deo ſuo iuramenta ſua, ſed elementis, & ſic dupliciter peccat. primum quia iurat, deinde quia deificat per quem iurat) ad propoſitũ ergo noſtrum, dicit text. in l. ſi duo. §. fina. ff. de iure iurand. ꝙ ſi quis iurauerit per geniũ Principis, & periurauerit, fuſtibus caſtigari debet, propter quem tex. communiter uidentur concludere Docto. ꝙ iurans per Principẽ & periurãs fuſtibus punitur, & iurans per Deum non punitur quando nullius intereſt, ut præcipue dixit Bart. in d. §. fin. quod quidem quam abſurdum ſit dicere quod iurans per Deum non punitur, & iurans per Principẽ puniatur, de ſe patet, cũ iuramentũ illud ſit pœnitus reprobatũ (ut ſupra dixi) genius enim dicitẽ uniuſcuiuſq; anima rationalis. ideoq; eſſe ſingulis
86 ſingulos genios dicebant, aliqui ẽt dicunt genios Deos, aquam, terram, ignem, & aerem, quæ rerũ ſemina ſunt, elementaque appellata duodecim quoq; ſigna, Lunãque, et ſolẽ inter hos Deos putabãt. Cẽſorinus ſcribit genios dictos, quia ut gignamur curẽt ſiue ꝙ una gignãtur nobiſcũ, uel ẽt quia nos genitos ſuſcipiãt ac tueãtur à ginẽdo genius appellatus, eundem eſſe geniũ, & larem, multi veteres memoriæ prodiderunt. Euclides Socraticus duplicẽ omnibus omnino nobis genium dicit appoſitum, hoc eſt duos lares, qui ẽt pœnates dici ſolent, & Dei ad noſtri cuſtodiã deputati, hinc Terẽ. And. 1. 5. 54. quod per hanc te dexteram oro, & genium tuum, per tuam fidem, per quam huius ſolitudinem te obteſtor, ne abs tę hanc ſegreges,

non deſeras,ſi te in germani fratris dilexi loco, & Hora. 1.Epiſt.7.19.per gentium dexterāque Deos pęnates obſecro,& ſic per illum tex. & per prædicta dico ꝙ iurans per ſacramenta illicita & reprobata fuſtibus caſtigari debet,non ob reuerentiam eius quod iuratur,ſed ex quo per ſacramentum illicitum iurauit,& demum periurauit pro quo facit text.in cap.& iurabunt,& cap.conſidera, & c. clericum.22.q.1.uel poſſemus dicere quod hodie inter Chriſtianos ille tex. nō procedat ſi aliter uellemus text.illum intelligere prout faciunt Docto. item poteſt dici quod tale iuramentum non eſt reprobatum,nam legitur Geneſ.42,quod Ioſeph iurauit per ſalutem Pharaonis, nam ſecundū Thō. 2.2.quæſt.89.arti.6.duplex eſt iuramentum,unū quidem quod fit per ſimplicem conteſtationem, in quantum:ſcilicet teſtimonium Dei inuocatur,et hoc iuramentum innititur diuinę ueritati, ſicut fides,aliud iuramentum eſt, quod fit per execrationem, & in hoc iuramento inducitur creatura aliqua,ut in qua diuinū iuditium exerceatur,& ſic ſolet homo iurare per caput ſuum,aut per filium ſuū aut per aliquam aliam rem quam diligit, ſicut Apoſt.iurauit,2.ad Corin. primo (dicens ego teſtem Deum in uoco in animam meam) quod autem quis iurat per genium Principis utroque modo poteſt intelligi, uel per modum execrationis quaſi genium Principis Deo obligauerit, uel per modum conteſtationis quaſi conteſtando ueritatem diuinæ,ad cuius exequutionem Principes terræ conſtituūtur, Deus enim prohibuit iurari per creaturas,ita quod eis adhibeatur reuerentia diuina,ꝙ ſi ex conſuetudine talia ſacramenta quis fecerit ultimo ſupplitio damnabitur,ut concludunt

omnes

omnes Docto. intelligẽ tamen de ſacramentis illicitis habito reſpectu ad id ſuper quo fundatur iuramentum, nõ autem de alijs ſacramentis illicitis de quibus per tex.in cap.fina.22.q. 4. quia illa nõ ſeruans non ſolum non punitur, ſed non tenetur ſeruare, ut ibi ſi uero loquimur de ſacramentis licitis, & approbatis,& tunc ſi iuramentum ſeruari,uel non ſeruari nullius interſit,ſed præſtatur inter Deum & iurantem,& iſto caſu, aut iuramentum fuit præſtitum in iuditio & ſolẽniter, aut extra iuditium & ſponte.primo caſu putarem debere puniri extra ordinem,& Deum etiam habet ultorem,& hoc modo bene poſſet procedere dictũ Ange.in authen.Scænicas non ſolum fideiuſſorẽ collatio.v.& eſt ratio,quia non ſolum Deum contemnit,ſed etiam Iudicem, & ſic ratione contemptus extra ordinem punitur ſecundum Paul. de Eleaza.in cap.ſi celebrant.4.colum. de cler. excomini.quem refert Fely.in cap. 2.de maiori.& obedien.penul.colum.propter contemptum tenetur quis,qui alias non teneretur. Secundo uero caſu quando quis iurauit ſponte,& extra iuditium, & iuramentum ſeruari nullius intereſt,dicendum eſt, quod ſolum Deum habet ultorem,& aliter puniri à iudice non debet per tex.in d.l.2.C.de reb.credi. & iur.iuran.& hoc modo procedere illum tex.in-
87 telligo,quo uero ad alia ſequor diſtinctionem Iaſo.quæ non contradicit communi opinioni.In Regno autem hoc Neapo.Impera.Fedéricus emanauit conſtitutionem incipientem,eos qui ſcienter. qua ſimpliciter ſtatuit ut per iurantes in iuditijs,et extra,pœna detruncationis manus plectantur, niſi
88 periurium inciderit in crimen læſæ maieſtatis, & in ritu magnæ curiæ Vicariæ incip. Item nota ꝙ

ille qui carceratur cauetur, ꝙ ſicut ad præſentatio nẽ inſtrumenti liquidi proceditur extra ordinem, pari modo ꝓceditur ad mutilationẽ manus uia extra ordinaria, licet per aliam obſeruantiam caueatur ad mutilationem manus non poſſe procedi, niſi uia ordinaria, ut eſt ritus incip. Item ſeruat ipſa curia, ꝙ ſi aliquis uel aliqua interrogatur, non tamen poteſt foriudicari quis propter periurium, ut in alio ritu incip. Item ſeruat dicta curia, quod pro periurio poteſt, tamen periurus manum ſibi redimere ſoluendo unam libram auri ſecundum gloſ. in conſtitu. ſummo periculo quam refert Barto. de
89 cap. in d. conſt. eos qui ſcienter. Item cõtra periurium ex officio procedi poteſt per tex. in c. Regni ad audientiam in fin. & firmat Barto. de ca. in d. conſtitu. Ego tamen nunquam uidi talem pœnam fuiſſe manus exequutam contra periurantes extraiudicialiter teſtes uero falſarij puniuntur pœna falſi ordinaria, ut cauetur per Regiam Prag. incip. teſtem falſum, uerum ſi iterato teſtis fuerit conuinctus de falſo pœnam mortis naturalis incurrit ut cauetur per aliam Prag. incip. teſtes inſuper falſos, nunc autem in Regno nouiter facta eſt Prag. qua cauetur quod teſtes falſi, & inſtruentes pœna
90 mortis naturalis puniãtur. Et ne amplius circa prædicta immorer, ad id quod principalis intentionis meæ eſt, deuenio, uidelicet an Princeps ſeu Papa poſsint aliquo modo diſpenſare contra iuramẽtum? in quo quidem uarij uaria ſenſere. Nam in primis glo. in l adigere. §. fina. ff. de iure patro. dicit quod lex habet uim Apoſtolicam, ut remittat iuramentum, nam dicebatur in tex. illo, quod ſi patronus iure iurando aſtrinxerit liberum ſeu libertũ de non nubendo, lex remittit tale iuramẽtum ipſi

liberto libertæque, ideo dicit gloſſ. quòd ad remittendum iuramentum lex habet uim Apoſtolicam, idem etiam uoluit glo. in l. fin. ff. qui ſatiſda. cogan. Nam in indiuiduo text. dicit ꝙ non uidetur periurare ille qui promiſit iudicio ſiſti ſi ex cauſa à lege cōceſſa id non fecerit, idem etiam probatur in l. fin. ff. ad municip. vbi ſi aliquis iurauit ſe nolle in conſilio interuenire ſi demum conſul iuſtitię eligitur qui ut conſul habeat neceſſe interuenire in conſilio remittitur ei iuramentum. & Bart. ſimpliciter in d. §. fina. ſequitur opinionem glo. & per illam gloſſ. idē tenet Bald. in l. non dubium. C. de legi. ad quod allegat. l. ſi quis inquilinos. §. vltimo. ff. de legat. primo. idem firmauit in l. nec patronus. C. de ope. lib. dicens quòd ex cauſa lex ciuilis poteſt remittere iuramentum, item interpretari iuramentum et ſtatuere ne ſe extendat ad caſus illicitos, idem tenuit in l. ſecunda. C. de indi. vidu. tollen. dicens quòd ex cauſa rationabili poteſt diſpenſari ſuper iuramento. idem uoluit in titulo de pace iuramen. firman. §. item ſacramenta, quarta colum. in l. prima. C. ſi aduerſus dona. in l. ſecunda. C. de indi. vidu. tollen. idem Bal. in conſi. 147. in primo libro diſtinguit ꝙ interdum iuramentum prohibetur præſtari, interdum prohibetur recipi, interdum prohibetur vtrūque, & tunc aut conſideramus ciuile aut ius canonicum aut vtrūque canonicum ſcilicet & ciuile, ſi quidem conſideramus ius ciuile indiſtincte nō ualet iuramentum, quòd iure publico prohibetur, ſecus ſi iure publico permitteretur, ſi uerò loquimur de iure canonico, & tunc aut ſtatutum vult in totum derogare iuramentis minorum caſſando authen. ſacramenta puberum (gratia exempli). & nō poteſt in totum, ſi uerò diſtinguit & non ex toto

K tollit

tollit,& tunc ualet. Item iuramẽtum habet duo extrema, vnum ex parte iurantis & hoc pertinet ad religionem, aliud ex parte eius cui iuratur, & hoc eſt mere temporale & ſtatutum poteſt prohibere ne recipiatur, Item poteſt prohibere ne in publicam ſcripturam redigatur, quæ non poteſt confici niſi vtroque mandante & mandatum non tenet. & in conſil. 148. eodem lib. tenet ſtatutum reprobans iuramentum cum cauſa & ratione bona & æqua aut generali uel pia ualidum eſſe, exemplum de generali habetur ſecundum eum in l. ſi quis inquilinos. §. fin. ff. de lega. primo. exemplum de pia ponit in minoribus, & indiſcretis qui non participant ſoliditatem conſilij. Idem Bald. in conſilio 178. tertio lib. ad euidentiam præmittendum eſt, dicit quòd interdum ſtatutum prohibet contrahi (exempli gratia) cum minore abſq; conſenſu cõiunctorum & tunc iuramentum non facit actũ ualere aliter factum, interdum ſtatutum non loquitur prohibendo ſed dicit quòd minor non poſsit, & tunc ſi ſtatutum facit mentionem de iuramento (quia dicit non obſtante quòd iurauerit) & idem quia ius ciuile ex cauſa poteſt reprobare iuramentum, aut ſtatutum non facit mentionem iuramenti & tunc non valet iuramentum, nec dat robur. quia diſpoſitio authen. ſacramenta puberum, licet in totum non poſsit tolli poteſt tamen modificari adhibita certa ſolẽnitate approbando contractum & ea non adhibita reprobando, & ita dicit communiter teneri, nam forma non ſeruata, uterque contrahens peccat in forma, & ſtatutum dans formam cõtractui impedit naturalem obligationem oriri non ſeruata illa forma, item idem Bald. in cõſil. 94. in quinto lib. dicit ꝙ iuramentum non ſup-
plet

plet ſolẽnitates à ſtatuto requiſitas,non enim ualet actus non adhibitis ſolẽnitatibus etiam ꝙ interuenerit iuramentum. Item in conſi.250.in 5. lib. dicit ꝙ interdum ſtatutum expreſſè reprobat iuramentum, interdum ſtatutum reſiſtens actui non facit mentionem de iuramento reprobando iuramentũ primo caſu non decidit,ſecundo uero caſu dicit ꝙ aut lex prohibet conſenſum & nihil operatur iuramentum,quia annihilato conſenſu iuramentũ non habet fundamẽtum de iure naturali, aut nõ dãnat cõſenſum ſed cõfert aliquod beneficiũ,uel priuilegium, & tunc aut illud eſt priuatæ utilitatis & debet iuramentum ſeruari aut principaliter publicæ & tunc ſecus. item in conſil.483. in 4.lib. tenet expreſſe ꝙ poteſt ſtatutum damnare & remittere iuramentum.Bar.autem in l. omnes populi.in 2.q. 3.q.princ.tenuit ꝙ ſi ſtatutum laicorum diſponat immediatè ſuper iuramento non ualet,puta ſi ſtatutum diceret ꝙ contractus minoris etiam iuratus non valent ſine conſenſu conſanguineorum, bene tamen poteſt per indirectum fieri ſtatutum ſuper iuramento,& idem uoluit Saly. in auth.ſacramẽta puberum.penul.colum.C.ſi aduer.uen. licet Saly. in fin.C. ſi contra ius uel utilitatem public.tenuerit Imperatorem non poſſe diſpẽſare ſuper periurio, ſed ſolus Papa. Anto.de Butr.in c. cum contingat. de iureiur.verſ.3.caſus notabiliter loquitur,et finaliter dicit quod lex ciuilis non poteſt annullare iuramentum, nec etiam poteſt addere ſolemnitatem iuramenti, quando ſcilicet lex habet fundamentum ſolius fauoris ipſius qui iurauit, at ſi in prohibitione ſit fauor publicus tunc poteſt lex ciuilis diſponere ſuper iuramentis quia cõtractus facti contra prohibitionem ſtatuti in eo caſu cenſen-

tur facti contra præceptum ſtatuti, & per conſequens illaqueantur contrahentes ad peccatum, & ſic iuramentum non obligat, at quando ſolummodo ſtatutum contineret fauorem priuatum iurantis licet habeat conſequentias ad fauorem publicum, & non cenſetur præceptiua lex ſed conſultatoria, quo caſu contrahentes non ligantur ad peccatum nec etiam ſufficit ſecundum eum ꝙ ſtatuta ſeu leges ciuiles ad euertenda iuramenta pręſumãt fraudem dolum, uel deceptionẽ, quia niſi habeãt aliam cauſam præſumendi, & cauſa ipſa eſſet prõpta, non ex hoc iuramẽta eſſent annullata, nec obſtaret ꝙ legis reſiſtentia impedit naturalem obligationem. l. ſi non ſortem. §. i. ff. de condi. indebi. quia illud eſt uerum (ſecundum eum) ſi illi prohibitioni conſonat ius diuinum, & licet leges ciuiles & ſtatuta poſſent infringere naturalem obligationẽ in quantum obligantur contrahentes parti, & etiã poſſent infringere iuramentalem quo ad ſecundariam obligationem, quæ dirigetur in partem nõ infringunt nec infringere poſſent obligationẽ iuramenti in quãtum principaliter dirigitur in Deum, vnde tali caſu iuramentum obligat ſed non firmat contractum ut ex eo agi uel excipi poſsit, effectus autem ualiditatis iuramenti erit ꝙ poterit cogi ſaltim uia denuntiationis, uel offitio iudicis ad iuramẽti obſeruantiã, et hæc ſunt uera qñ lex dirigitur ad eum, & quando dirigitur ad contractum licet contrahatur contra legem, tamen quia lex non reſiſtit perſonæ licet prohibeat contractum uel alienationem tamen ex iuramento obligatur & reſpectu obligationis quę dirigitur in Deum, & ſecundariè quæ dirigitur in partem ex quo in parte non adeſt alia turpitudo etiam ſi ſtatutum ſeu lex det

ſo-

ſolẽnitatem contractui & illum annullet ceſſante ſolẽnitate, ſed ſi iuramentum annullatur impediretur ſecundaria obligatio quæ prætenditur in partẽ ſed non iuramentum in quantum dirigitur, Deo, & ſic poterit denunciari & offitium iudicis exorari ad obſeruantiam iuramenti, ꝙ ſi iuramẽtum nõ eſſet annullatum agi poſſet propter ſecundariam obligationem quæ dirigitur ſaltim de iure canonico in partem, & in ſpecie infert ad ſtatutum annullans contractum factum per filiumfa. abſq; cõſenſu patris, nam ex quo fit fauore perſonæ iurantis & ceſſat turpitudo in contrahente, & alia non apparet deceptio iuramentum erit obligatorium & ſic nota pro edicto de filiofa. in Regno Neap. exiſtente de quo per Magnificum Carauitam acutiſſimum iuuenem. Panormita. Abb. in d.c. cum contingat dicit non eſſe faciendam differẽtiam an lex referatur ad perſonam an ad rem, ſecundum Bart. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ. ſeu in authen. ſacramenta puber. Sed utroq; caſu debet iuramentum ſeruari & lex ciuilis non extenditur ad iuramentũ. Saly. in d. auth. ſacramenta puberum. circa fin. poſt relatas opiniones dicit ꝙ ſtatutum annullans contractum & iuramentum ualidum eſt, quia non dicitur periurus ille qui ex cauſa conceſſa deierat. Itẽ quia tale ſacramentum poteſt à parte remitti, ergo & per ſtatutum, licet ſimpliciter (ut ſupra dixi) in l. fin. C. ſi contra ius uel utilita. public. tenuerit Imperatorem non poſſe diſpenſare ſuper periurio, ſed non eſt ſibi contrarius, quia intelligitur ibi ꝙ non poteſt remittere periurium poſtquam eſt commiſſum ut ſupra dixi, & dicam infra. Alex. in conſ. 59. 1. lib. tenet tale ſtatutum non poſſe fieri & etiã per legem ciuilẽ nõ poſſe ſuper iuramẽto diſpẽſari. idẽ

repetit in cōſi. 39. in 4. lib. uiſo themate, & ſtatuto alias eſt conſi. 38. Idem firmatū reliquit Iaſ. in l. fi. qui ſatiſd. cog. ubi refert per extenſum in hoc quatuor opiniones, tandem ipſe dicit ꝙ tenenda eſt illa opinio ꝙ lex ciuilis uel ſtatutum laicorum non poſsint diſponere ſuper iuramento, nec illud remittere vel relaxare, ēt ex cauſa; & hoc tenet ex quinque primo per illud quod tenet Io. An. in c. tua nobis el primo de deci. in noue. ꝙ omnes. ll. ciuiles quæ ſtatuunt iuramentum non eſſe ſeruandum nō ualent, neque ſunt ſeruandæ, niſi ita diſponerent, eō quia iuramentum fit contra bonos mores, uel quia nutriat peccatum, ꝙ ſequitur Fran. de Are. in conſi. 8. inci. abunde, item quia iuramentum ſpectat ad Eccleſiam c. fin. de for. compe. in 6. & per conſequens non poteſt ſecularis ſuper eo diſponere, tertio quia iuramentum eſt de iure diuino c. & ſi Chriſtus de iur. iuran. et contra ius diuinum non poteſt aliquid ſtatui per ſeculares cap. quamuis de pact. in 6. 4. quia principaliter iuramenta diriguntur in Deum cap. debitores &c. & ſi Chriſtus de iur. iuran. ergo non ſunt ſubiecta legi Ciuili. c. 1. de regula. quinto quia ubi tractatur de peccato ſemper eſt ſtandum iuri canonico etiam in foro ciuili, & tenendo iſtam partem reſpondet motiuis in cōtrarium factis, nam licet pars in cuius fauorem præſtitum eſt iuramentum poſsit illud iuramentū remittere, non ex hoc erit bona conſequentia, procedit in rebus ſecularibus non autem procedit in ſpiritualibus prout eſt iuramentum, nam ſuper matrimonijs fiunt per partes pacta & ſponſiones, et tamē nō poſſunt layci ſtatuta facere, ſecundo quia partes, ideo poſſunt remittere iuramentū, quia faciunt authoritate iuris canonici uolētis ꝙ iuramen

tum, recipiat hanc tacitam conditionem Ioan. de Imol.in l.ſi quis inquilinos.§.ſi quis ſcripſerit.ff.de leg. 1.dicit ꝙ interdum lex ciuilis diſponit ſuper iuramento antequàm ſit præſtitum, remittendo ipſum,vel prohibendo præſtari,& tunc etiam lex ciuilis poteſt facere,& ita intelligitur glo.in l. adigere.§.fi.nam ex hoc nullum videtur ſequi inconueniens,potiſsimè cum lex ex iuſta cauſa moueatur. quandoque lex diſponit ſuper iuramento iam præſtito,ipſum inualidando: & tunc ſi obſeruantia nutrit peccatum clarum eſt ꝙ poteſt, ſi verò poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ,tunc ſi reſpiciebat principaliter præiudiciũ publicæ vtilitatis & videtur quod poteſt:quia etiã per iuramentũ non debet quis iuri publico detrahere poſſe.c. ſi diligenti extra de for.com. Sed ſi principaliter reſpiceret priuatã vtilitatem,ſecundario publicã,& tunc aut eſt contra bonos mores, aut non,vt ibi per eũ qui de hoc ſe remittit addicta in l. ſiquis pro eo, ff. de fideiu.& tum ibi nihil dicit, ſed pollicetur alibi plenè dicere,ſed mendaci ſemel non eſt credendũ. Ludo.de Rom.in d.l.fin.ff.qui ſatiſ.cogan.ſimpliciter tenet Principem ſecularẽ non poſſe remittere iuramentum,& idem voluit Fran.de Are.in conſi.8. & hanc teſtatur communem opinionem Thom. Fer.in cau. 16.Corn.in conſi.287.in lib.4. voluit ꝙ licet lex ciuilis vel ſtatutum dirigantur in perſonam,nõ arctant ad peccatum,ſecundum Bart.nec tollitur virtus iuramenti, & ſic concludit per legẽ ciuilem non poſſe diſpenſari ſuper iuramento. Idem Cor.in conſi. 60.in 2. lib. voluit Principem ſecularem non poſſe diſpenſare contra iuramentum,ſed bene Papam poſſe ex cauſa.per c.quanto & ibi glo,de regu.iur.& in c.venerabilem in fi. de

repetit in cõſi. 39. in 4. lib. uiſo themate, & ſtatuto alias eſt conſi. 38. Idem firmatũ reliquit Iaſ. in l. fi. qui ſatiſd. cog. ubi refert per extenſum in hoc quatuor opiniones, tandem ipſe dicit ꝙ tenenda eſt illa opinio ꝙ lex ciuilis uel ſtatutum laicorum non poſsint diſponere ſuper iuramento, nec illud remittere vel relaxare, ẽt ex cauſa; & hoc tenet ex quinque primo per illud quod tenet Io. An. in c. tua nobis el primo de deci. in noue. ꝙ omnes. ll. ciuiles quæ ſtatuunt iuramentum non eſſe ſeruandum nõ ualent, neque ſunt ſeruandæ, niſi ita diſponerent, eo quia iuramentum fit contra bonos mores, uel quia nutriat peccatum, ꝙ ſequitur Fran. de Are. in conſi. 8. inci. abunde, item quia iuramentum ſpectat ad Eccleſiam c. fin. de for. compe. in 6. & per conſequens non poteſt ſecularis ſuper eo diſponere, tertio quia iuramentum eſt de iure diuino c. & ſi Chriſtus de iur. iuran. et contra ius diuinum non poteſt aliquid ſtatui per ſeculares cap. quamuis de pact. in 6. 4. quia principaliter iuramenta diriguntur in Deum cap. debitores &c. & ſi Chriſtus de iur. iuran. ergo non ſunt ſubiecta legi Ciuili, c. 1. de regula. quinto quia ubi tractatur de peccato ſemper eſt ſtandum iuri canonico etiam in foro ciuili, & tenendo iſtam partem reſpondet motiuis in cõtrarium factis, nam licet pars in cuius fauorem præſtitum eſt iuramentum poſsit illud iuramentũ remittere, non ex hoc erit bona conſequentia, procedit in rebus ſecularibus non autem procedit in ſpiritualibus prout eſt iuramentum, nam ſuper matrimonijs fiunt per partes pacta & ſponſiones, et tamẽ nõ poſſunt layci ſtatuta facere, ſecundo quia partes, ideo poſſunt remittere iuramentũ, quia faciunt authoritate iuris canonici uolẽtis ꝙ iuramen-

tum, recipiat hanc tacitam conditionem Ioan. de Imol.in l.ſi quis inquilinos.§.ſi quis ſcripſerit.ff.de leg. 1.dicit ꝙ interdum lex ciuilis diſponit ſuper iuramento antequàm ſit præſtitum, remittendo ipſum, vel prohibendo præſtari, & tunc etiam lex ciuilis poteſt facere, & ita intelligitur glo.in l. adigere.§.fi.nam ex hoc nullum videtur ſequi inconueniens, potiſsimè cum lex ex iuſta cauſa moueatur. quandoque lex diſponit ſuper iuramento iam præſtito, ipſum inualidando: & tunc ſi obſeruantia nutrit peccatum clarum eſt ꝙ poteſt, ſi verò poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, tunc ſi reſpiciebat principaliter præiudiciū publicæ vtilitatis & videtur quod poteſt: quia etiā per iuramentū non debet quis iuri publico detrahere poſſe.c. ſi diligenti extra de for.com. Sed ſi principaliter reſpiceret priuatā vtilitatem, ſecundario publicā, & tunc aut eſt contra bonos mores, aut non, vt ibi per eū qui de hoc ſe remittit addicta in l. ſiquis pro eo. ff. de fideiu. & tum ibi nihil dicit, ſed pollicetur alibi plenè dicere, ſed mendaci ſemel non eſt credendū. Ludo.de Rom.in d.l.fin.ff.qui ſatiſ.cogan.ſimpliciter tenet Principem ſecularē non poſſe remittere iuramentum, & idem voluit Fran.de Are.in conſi.8. & hanc teſtatur communem opinionem Thom. Fer.in cau.16.Corn.in conſi.287.in lib.4. voluit ꝙ licet lex ciuilis vel ſtatutum dirigantur in perſonam, nō arctant ad peccatum, ſecundum Bart.nec tollitur virtus iuramenti, & ſic concludit per legē ciuilem non poſſe diſpenſari ſuper iuramento. Idem Cor.in conſi. 60.in 2. lib. voluit Principem ſecularem non poſſe diſpenſare contra iuramentum, ſed bene Papam poſſe ex cauſa.per c.quanto & ibi glo.de regu.iur.& in c.venerabilem in fi. de

elect. & in c. propoſuiſti de conceſ. præben. & Idē voluit in conſi. 252. nume. 4. lib. 4. ſed idem Corn. in conſi. 252. in 4. lib. ſimpliciter tenet poſſe fieri ſtatutum per laicos ſuper annullatione iuramenti, & tunc iuramentum interpoſitum contra ſtatutum non dat robur contractui, & dicit hanc eſſe communem opinionem, idem Corn. in conſi. 135. 1. lib. voluit quòd ſtatutum annullans contractum & iuramentum valet, ſi præſumit dolum, vel ſimulationem, ſi contra prohibitionem ſtatuti contrahatur, item ſi annullatio cōtractus fieret fauore tertij vel Reipublicæ. Idem Corn. in conſi. 36. in 1. lib. ſimpliciter tenet ꝙ ſiue ſtatutum annullans cōtractum dirigatur in perſonam, ſiue in rem, ſemper iuramentum validat contractum: & intelligitur illud ſtatutum ſi præter iuramentum interuenerit; & ita dicit ſemper legendo & conſulendo tenuiſſe, impugnat late rationem Bartol. in l. ſi quis pro eo de fide. & ſic uides quam parum conſtans fuerit Corne. ipſe, diſcant igitur iudices moderni qui ſtatim uiſo aliquo conſilio mouentur ad profe-
92 rendum ſententiam, attēdantur ergo doctrinæ doctorum in lecturis, & conſiderentur medullitus qua ratione mouentur, pecunia enim ſæpe (& cur dixi ſæpæ deſunt duæ literæ: M. & R. et uolui dice-
93 re ſemper) excecat oculos et mentem ac rectum iudicium iudicum. Pecunia enim Eſau uendidit primo genita ſua Iacob; ut legitur Geneſ. cap. 24. Immo non pecunia, ſed cibo tantum, munere inſuper iram Eſau placauit Iacob: ut legitur Geneſ.
94 cap. 32. pecunia Ioſeph a fratribus Iſmaelitis uenditus fuit ut ibi. cap. 37. Pecunia Chriſtus a Iuda proditus. Inquit enim Ioan. Chriſo. in caput Geneſeos, 35. Homel. 59. in litera H. (ſicut ignis cum

for-

95 fomitem inuenit, validioribus flammis exurgit:
Ita & quando iuuenem materia pecuniarum inci-
derit, tantam accendit fornacem, vt Animam iu-
uenis totã flagrare faciat.) & in expoſitione Pſal-
mi nonageſimi in litera A.(Malum negotium pe-
cuniarum,quod animam inuiſcat, & captiuat) &
in caput Math. 26.Homelia 84. in litera R. (in pe-
cunia quippe ſi amentem hominem inuenerit,in-
ſanum omnino facit: ſi laſciuum in maiorem im-
pellit luxuriam:pauperibus prædicare audet nul-
lum eſſe ſapientiæ ac prudentiæ lucrum. Maxima
enim ignorantia non iniuria tenetur. Nemo quip-
pe captus luminibus, lucis iucunditatem cogno-
ſcere poteſt,Salomonem dicentem audias:tanto ſa
pientem inſipienti præſtare,quantum inter lucem,
& tenebras intereſt. qua igitur ratione docere po
terimus eum qui degit in tenebris? pecuniæ nem-
pe cupiditas tenebra eſt,qua efficitur,vt aliter quã
ſe habeant res videantur)& in caput Math.4. Ho
me. 12.qui (enim pecuniæ ſeruit & præſentibus cõ
pedibus ſtringitur,& futuris paratur) & in caput
Mathei. 15.Homel. 52.in litera A.(nihil eſt quippe
amentius,nihil deterius eo, qui,pecuniæ ſeruit. do-
minari videtur,cum ſeruiat.Imperare cæteris cre-
dit,cum à uiliſsima metallorum ſibi materia im-
pleretur: vinculis ſe ipſum uehementius coarctan
do gaudet, cum ferocior propter maiorem rerum
copiam aduerſus ipſum beſtia inſurrexerit) & in
caput Math.nonum Hom. 9. (Qui etiam facetum
ſe loqui aliquid arbitrantur, cum quaſi ludendo
dicunt,iuuari quoque oculos quoties aureus num-
mus aſpicitur.Sed periculoſe, ô homo in talibus
ludis,nihil enim perinde, & animæ oculis, & cor-
poris,ut huiuſmodi cupiditatis morbus incommo

dat. Hic quippe' eſt Amor ille teterrimus, qui lampades ſtultarum virginum extinxit, eaſqueà ſponſo excludit Thalamo. Hæc enim vt dicis, ſpecies oculis accommoda, nō ſinit Iudam ad Domini reſpicere voluntatem, quin etiam, ut cæcum duxit in laqueum,mediumque dirupit, poſtquam illa omnia ad gehennæ ſupplicia tranſmiſit.quid eſt hac igitur peſte iniquius, quidue pernitioſus) & in cap. Ioannis decimum Homel. 58, in litera C.(omni enim Tiranno grauior eſt pecuniarum cupiditas) & in caput Ioannis duodecimum Homel.65.)hæc Giezi pro diſcipulo,& propheta, lepra perfodit,hæc Ananiam & Saphiram perdidit, hæc Iuda proditorem effecit, hæc Iudæorum Principes corrupit, cum dona acciperent, & furibus communicarent, hæc innumera bella indixit vias ſanguine fletibus, & lamentis ciuitates implet; hæc menſas ſceleſtas reddidit, & cibos iniquitate aſperſit,Ideò idolatriam eam appellauit Paulus; non tamen formidabilis eſt idolatria. Sed cur ita appellauit? habent nonnulli pecunias, & his vti
95 non audent. Sed nepotibus reſeruant, & intactas ad alios tranſmittunt tunc,& tanquam dona Deo dedicata tangere minime audent; quód ſi quando coguntur tunc,& tanquàm ad nephas aliquod timidè ueniunt, præterea tanquàm quis Idolum lapideum Aurum & clauſtris & vectibus cohibent, pro templo arcam præparantes, & argenteis vaſis recondentes,nonne' ita aurum adoras,ut ille idolum? & pauló inferius (demone enim grauior eſt pecuniarum cupiditas, qua multi magis perſuaſi ſunt, quàm illi ab idolis,quibus non omnia parent, huic veró omnia,& quodcunque faciendum ſuggerit obſequuntur)& in caput Ioannis

 nis

nis.20.Homel.86. in litera. F. (nam qui pecunias amat, innumeris malis proximum, & ſe ipſum cum illo afficit, etenim iraſcetur facile; maledicet, ſtultum appellabit, peierabit, neque veteris legis modum ſeruabit,) & in ſermone de auaritia Homel. 14. in litera E. (qui heri adulabantur, qui blandiebantur, qui manus exoſculabantur, hodie repentè comperti ſunt eſſe lupi abiectiſque perſonis facti ſunt omnibus accuſatoribus acerbiores, pro quibus externo die gratias agebant, pro his nunc incuſant, & calumniantur quæ eſt igitur horum omnium cauſa pecuniarum amor veſana diuitiarum cupiditas, morbus inſanabilis, fornax quæ nunquàm extinguitur, Tirannis quaqua verſum per totum orbem terrarum diffuſa) & in ſermo, quòd ob amorem Chriſti omnia ſufferenda. (Qui nanque pecunias diligit, & innumerà proximo mala patrabit, & ſibi pariter cũ illo. Sed ex aduerſo Ariſt. in lib. 7.
96 Polit. 36. c. 8. loquens de rebus neceſſarijs ad conſeruationem ciuitatis ſic inquit (Primum igitur debent exiſtere alimenta deinde artes, multis enim inſtrumentis indiget uita. Tertium arma. nam qui ſimul in communione viuunt, neceſſarium eſt ipſis habere arma, quibus & magiſtratibus parere, inobedientes compellantur, & quibus vis propulſetur externa, præterea pecuniarum habendarum facultas quædam quò illas habere poſsint ad proprias indigentias, & ad bellum, quintum autem ac præcipuum, circa rem diuinam cultus, quòd vocant ſacrificium, ſextum quòd eſt omnium ſumme neceſſarium iudicium rerum conducentium, & iuſtarum adinuicem;) ſicque pecuniam ſumme neceſſariam fore ad conſeruationem Ciuitatis adnotatum

notatum uides ſummè neceſſarium fuit hoc genus pecuniæ reperiri, ut inquit idem Ariſto.in eod. lib. polit.lib. 1.cap.6. (nam cum a remotioribus quæreretur auxilium,importando illa quibus indigebant,& exportando illa quibus abundabant, neceſſariò numi introductus eſt úſus non enim facile ferri poſſunt ſingula eorum quæ ſunt ſecundum naturã neceſſaria, quare ad permutationes faciẽdas tale aliquid compoſuerunt inter ſe dare & accipere ꝙ utilium quippiam exiſtens haberet uſum commutandi facilem ad uitam(ceu ferrum, & argentum,& ſi quid aliud tale primo ſimpliciter definitum quantitate,& pondere,poſt modum uero etiam ſigno impręſſum, quód à menſura liberi eſſent,nam ſignum poſitum eſt ad quãtitatem demonſtrandam)hinc Bald.in l.ſi tuis.C.de oper.li-
97 be.non immerito dixit pecuniam eſſe uitam hominis,quód & repetit in l.2.C.de conſti.pecu.ubi ſubdit quod habens pecuniam habet omnem rem quam deſiderat habere, & notatur in l.aduocati. C.de aduo.diuerſo.iudi.& ibi notat Fran. de Are. item pecunia dicitur fideiuſſor.in neceſsitatibus ſecundũ eundem Bal.in d.l.2.& eccleſia.cap. 11.legitur(pecunia eſt omnium Regina) quód etiam
98 uoluit Cardi.in cle. 1.de Bap.in 6.q. & idem Bal. in l.ſingularia.ff.ſi cer.peta.in antepen.colũ. mihi uerſ.undecimo eſt ſpeciale,dicit ꝙ pecuniæ omnia obediunt.hinc uidemus pecunię caſtitatem ſubijci & omnia metiri,& Regi ab ea hinc. Io. Ludo.uiues de fæmi.Chriſtia.lib. 1. inquit, (nunc pecuniæ nubitur,pęcunia ducitur, ꝟ (ſicut non feſtiui terminus quam uere Seneca dixit) uxores d gito duci-
99 mus propterea tam crebra connubia triſtia uidemus,& infælicia, quum uterque coniugum pecu-
nię

niæ ſe copulatum putat, non homini illamq; velut legitimum comparẽ arctiſsime uterq; complectitur, uxorem uero ceu pellicem maritus, & maritũ ceu adulterum uxor; in uſum tãtum libidinis, cætera alteri inuiſus atq; odioſus, qui propter diuitias cõiunguntur ſimul habitant, non ſimul uiuũt)

100 propter pecuniam enim iuſtitia ius ſuum unicuiq; tribuit, & coſtans eſſe deſinit, officia non literis non vtiq; probis uiris ſed pecuniæ dantur hodiernis temporibus, ſi pecuniam quis non habuerit Magiſtratus nunquam erit, ſi pecunia defecerit Aulas Regum uice Regum, & aliorum ſuperiorum non intrabit, ſi pecuniam dabit illico intrabit Aulæ enim per aſpectum Aureorum illico aperiẽtur, dicet enim pecunia, Attollite portas principes

101 ueſtras, & introibit Rex gloriæ, & ſtatim aperiẽtur ad hoc adduci poſſet id quod uoluit Ambro. lib. ſecundo officiorum. cap. 21. ſcilicet hoc malum iamdudum humanis influxit mentib. ut pecunia honori ſit, & animi hominum diuitiarum admiratione digni, ut nemo niſi diues honore dignus putetur, uidi enim tẽporibus meis quoſdam magnates per maximum temporis ſpatium non potuiſſe intrare aulas iſtorum ſuperiorum de Regno, & demum uidi uenientes ruſticos & mercatores, & ſtatim aperiebantur ianuæ, & cum uoluiſſem inueſtigare cauſam cognoui pecunia id factum, & ſic nimirum ſi Cor. adeò parum conſtans ſibi fuerit.

102 Reuertor igitur ad rem unde digreſsi ſumus, reperio inſuper Alexan. in conſi. 15. in ſeptimo volumi. latè diſputantem ſuper hoc dubio, & Felyn. in cap. conſtitutus de reſcrip. numero. 18. fol. 129. Item Ange. in cõſi. 160. incip. Domina Catherina, dicit ꝙ quotiens ſtatutum ſeu lex facit ſimilem

prouiſio-

prouiſionem, ꝙ aliquis actus non ualeat niſi ſerua ta certa ſolennitate, ſi fit actus ſine ſolennitate iu- ramentum non roborat actum, immo actus eſt nullus, eô quia contrahentes ſine ſolemnitate ſta- tuti peccant naturaliter, & ſic iuramentum tan- quam reprobatū non eſt ſeruandum. Quid igitur dicendum in tanta Doctorum uarietate? Ego autē pro tenui facultate mea ſic dicerē. quòd aut nos lo quimur utrum Rex ſeu Imperator poſsint diſpen ſare ſuper periurio, ſcilicet ut poſtquam quis inci- derit in periurium abſoluatur, & tunc indubitan- ter tenendum eſt quod non, et ita procedit id quod dicebat Saly. (ut ſupra dixi) hoc autem ſolūmodo poteſt facere Papa, aut loquimur an Imperator poſsit diſponere ſuper iuramento antequam ſit pe ieratū, & tunc aut loquimur de iuramento aſſer- torio, aut promiſſorio, primo caſu nullus poteſt di ſpenſare ꝙ de præſentibus uel præteritis aliquis iuret contra ueritatem, et eſt ratio quia iuramentū eſt de iure Diuino, & diſpenſatio ad hoc ſe exten- dit, ut id quod ſub iuramento cadebat non cadat quaſi non exiſtens debita materia iuramenti, ma- teria autem iuramenti aſſertorii ꝙ eſt de prȩterito vel de preſenti, in quandam neceſsitatem iam trā- ſit, & immutabilis facta eſt, & ideo diſpenſatio non refertur ad materiā, quia immutabilis eſt, eſſet ergo opus referri ad ipſum actū iurandi, & ſic ta- lis diſpenſatio eſſet de directo contra præceptum diuinū (exempli gratia, heri fuit nauis Salerni) non poteſt diſpenſari quòd quis iuret nō fuiſſe, quia ue rum eſt ꝙ fuit, & ſic id immutabile eſt, nec etiam poteſt fieri quod quis iuret falſum, non enim po- teſt fieri per legem ciuilem quod iuramentum lici te poſsit ſperni, ſeu quod licite poſsit quis aſſerere

contra veritatem de pręſenti, uel de pręterito, quia eſſet de directo contrauenire iuri Diuino (ut dictũ eſt) ſecundo modo quãdo loquimur de iuramento promiſſorio cuius iuramẽti materia eſt aliquid futurum promittere fieri uel dari, & tractu temporis ſeu in aliquo futuro euẽtu id quod promittitur poteſt eſſe illicitũ & nociuum ſeu contra bonos mores, aut aliter non approbatum, & per conſequens non eſſet debita materia iuramenti eo tempore, & iſto caſu directè poteſt diſpenſari, quia talis diſpenſatio reſpicit materiã iuramenti, & nõ cõtrariatur præcepto Diuino de iuramenti obſeruatione, nam ſi uxor mea promittit cũ iuramẽto ſoluere Titio hinc ad menſem, reperitur ſtatuto prouiſum ꝙ uxor non poteſt ſe obligare abſque interuentu mariti & caſu quo ſe obligauerit non teneatur, certe materia iuramenti eo tẽpore non eſt debita, quia idquod ꝓmittitur reperiẽ prohibitũ, intẽtio enim legis nõ fuit nec eſt cõtrauenire præcepto diuino, & iuri diuino, ſed occurrere et ꝓuidere utilitati publicę, et ſuccurere fraudibus, dolis, et deceptionibus quę fieri adſolẽt in perniciẽ ſubiectorũ, q̃d quidẽ nulli dubium eſt poſſe fieri, legitur enim num. cap. 30. ꝙ eſt in poteſtate patris familias irritare iuramentum filiorum, & in poteſtate uirorum irritare iuramentum uxorum, & in poteſtate dominorum irritare iuramentum ſeruorum, pari igitur ratione debet eſſe in poteſtate Regis irritare iuramentum ſubditorum, Rex enim non irritat iuramentum cum præſtitum ſit, ſed mandat non contrahi nec iurari, & ſic eſt conformis cum iure Diuino (ut non iuretur) ſubditi.n. iurantes dupliciter peccant, & contra prohibitionem Regis et Dei, & ſi iuramentum non ſeruant ex diſpoſitio-

ne legis,

ne legis,non eſt ut lex permittat periuriũ,ſed quia cum eſſent ſubditi domino Regi, debebant obedi re(omnis enim anima poteſtatibus ſubdita ſit inquit Apo.) & aliter facientes poteſt repellere,& ir ritare promiſsiones,et ita tenet San. Tho. 2. 2. q. 89.arti. 9. præterea dixi ſupra poſſe fieri legem cir ca ius diuinum quando eodem iure diuino reperitur aliquando diſpenſatum in eo quod diſpenſatur per ipſum Regem.ſecundum Bal. in l. fi. C. ſi con.ius uel uti.pub.et ſic cum reperiatur eodẽ iure Diuino diſpenſatum.ſuper iuramento(ea ratione quia præſtitum eſt per eos qui alterius iuri ſub iecti ſunt)ſequitur quod non eſt mirum. dicere ꝙ poteſt per leges ciuiles diſpenſari ſuper iuramento. reperitur etiam per ius Diuinum diſpenſatum ſuper iuramento quod ſcilicet in conſiderate proceſſum erit ad iuramentum, ut habetur Leuit. ca. v.in litera. A. fateor tamen quòd lex non ualet ſi prohibeat generaliter iuramentum non ſeruari, et ita procedat id quod dicebat Ioan. And. in cap. tua nobis de deci. et ita teneo quicquid dixerint
103 ſcribentes. In hoc eodemmet pręcepto mendatium quoq; inhibetur, nunquid autem leges poſſint ill ud permittere conſequens eſt uiderę? et noſtris quoq; legibus mendatium prohibetur, et tanquam peccatum mortale reputatur,ut eſt tex.in c. quiſquis.undecima quæſtione. 3. habetur in capit. primo de crimi. fal.et habetur per glo. in ca. quia plerique,de offi.ordina.in ſexto.dicitur enim in c. nemo prǽteritorũ ea. undecima quæſtione tertia quòd melius eſt pro ueritate pati ſupplicium quã pro adulatione beneficium,et in capit. noli timere ea.cap.et q.dicitur ꝙ non ſolum proditor eſt ueritatis qui tranſgrediens ueritatem palam pro ueritate

tate mendatium loquitur, ſed etiam ille qui non liberè ueritatē pronuntiat, quam libere pronunciare
104 oportet. Et Bald. Auriga noſter ſex modis dicit puniri mendatium; in l.1.C.de furt. in 6.colum. & Ariſto. & 4. Ethi.c. 14. inquit mendatium verò
105 ipſum per ſe improbum eſt ac vituperatione dignum. Verum autem probum ac laudabile, ita uerax qui medius eſt laudabilis. Mendaces verò utique vituperandi, ſed magis oſtentator, hæc ille, cū vero ſimulator ſit etiam mendax, merito ab Ariſtot. dicitur 9. Ethi. cap. 3. iuſtum eſſe eum accuſare qui ſimulabat, & magis quàm eos qui nūmos falſificant, quanto circa nobiliorem rem adhibita eſt fraus, ex quo ſatis infertur quàm deteſtabile ſit mendatium, hinc Io. Chriſo in Homil. 57. in caput Ioan. nonum, inquit quòd ueritas tam ualida eſt, tam imbecille mendacium. illa enim etiam imbecilles corroborat, & claros reddit, hoc etiam fortes deprimit atque debilitat, & alibi in Homil. 53. in caput Ioan. octauum, inquit mendatio primū diabolum uſum eſſe, homines non tanquam proprio ſed vt alieno vtuntur ille vt proprio, & ſecundum Bea. Thom. in 2.2.q. 110. artic. primo, mēdacium eſt contra naturam et eſt opponere ueritati de quo multa per Afflict. in conſtit. ſponte volentibus circa fi. & per Sil. nupti. in uerbo non obſtat ergo pri-
106 mum nume. 25. Nec nouum eſt mendatium vtpote vtile eiſdem noſtris legibus permitti, licet in foro conſcientiæ non habet locum lex quæ fundatur in præſumptionibus & fictionibus ſecundum Bald. in l. cum quis. C. de iuris & fac. ignoran. & reaſſumit Iaſ. in rub. ff. de acquir. hæredi. & per Gome. in regu. de non iudi. iux. for. ſup. quæſt. 14. fol. 115. lege enim Cornelia fingitur ab hoſtibus

captum ibi; mortuum deceſſiſſe ea hora qua captus fuit, licet poſtea diutius vixerit, & iure poſtliminij firmatur ab hoſtibus reuerſum ſemper in ciuitate fuiſſe, licet apud hoſtes longo tempore mãſerit. vt C. de poſtli. reu. l. i. & ff. eo. titu. l. in bello & ineſt. quib. mod. ius pat. pote. ſol. §. ſi ab hoſtibus: vt eiuſdem penè uerbis loquitur Placenti. in tra. de re. ven. li. in titu. 6. nu. 4. licet iure canonum caueatur nõ eſſe mendacium proferẽdum, etiam ſi nulli obeſt & alteri prodeſt ad ſalutem vitæ vel aliter. vt 22. q. 2. c. 1. & idem cauetur in c. ne quis
107 arbitretur. ea. cau. & q. & in c. ſi quis ad te confugerit. Item mendacium in principali non punitur, ſecundum And. de Iſer. in §. ſacramentum. de con. ſu. rec. feu. & extat de hoc ritus Magnæ curiæ editus tempore Regis Ladislai incip. quandocunque, & refert Paris de Pu. in lib. ſindica. in uerbo tortura, verſi. viſo de inditijs indubitabis. fina. col. nec alia deeſſent exempla quibus mendacia noſtris legibus permittantur, ſeu ſaltim non puniantur ſed tollerantur, ſi quidem ea recenſere voluerimus ſed prætermittenda ſunt cum intentionis noſtræ illud
108 eſt ut inſpiciamus. An id fieri poteſt? & fieri poſſe rectè dicimus, nam & multis quoque exemplis uidere eſt mendacium fuiſſe permiſſum in ueteri teſtamento, nec peccatum reputatum fuit, legitur enim in lib. Gene. c. 12. Abraam dixiſſe uxori ſuæ ꝙ diceret ſe eſſe eius ſororem ne Aegyptij interficerent eum propter eam ſicque factum eſt,
109 propter quod raptus Sarai vxoris à Pharaone inſequutus fuit, idem quoque legitur in eo. lib. Gene. c. 20. dixiſſe Regi Abimelech, propter quod etiam raptus factus fuit, licet ad hæc dici poſſet Abrahã non dixiſſe mendacium ſed ueritatem reticuiſſe cũ

re

re uera ſoror erat quia nata de eodem ſanguine, vt & ipſe dixit Regi Abimalech dum ab eo ex hoc argueretur, & ponitur in c. vtilem. 22. q. 2. legitur etiam in eodem lib. cap. 22. Abrahamũ dum immolaturus filium Iſaac ad montem accederet dixiſſe ſeruis quòd expectarēt ibi, quia cum filio ad montem ibat ibi adoraturi & quòd demum cum filio reuerteretur, & tamen ibat imolaturus filium: legitur rurſus in eod. lib. cap. 27. Iacob decepiſſe cũ mendacio eius patrē, & Eſau eius fratrem defraudaſſe benedictione prima, & in cap. 31. eo. lib. Geneſ. legitur Iacob furaſſe cor Laban Syri, & percuntatus num illud furaſſet negauit, & ibi cap. 34. legitur ꝙ dum Sichem filius Nemor Principis Sichem quæ eſt in terra Chanaam ſtupraſſet Dianã filiam Iacob. Nemor poſtulauit à filijs Iacob in vxorem Dianam pro filio Sichem, filij verò Iacob doloſè & fallendi animo dederũt eam in uxorem, circũciſis prius omnibus de regione, at poſtea filij Iacob trucidauerũt & Sichem Nemor, & omnes de terra illa & cœperunt Dianam: & abierunt etenim c. 38. legitur Thamar doloſè & cum mendacio aſſerentem ſe meretricem concepiſſe ex ſocero ſuo, eo quòd ei ſocer ipſe non ſeruaſſet fidem eam copulando cum Sela filio ſuo; & in cap. 44. legitur Ioſeph Sciphum quem ipſe poſuerat in ſacco Beniamin dixiſſe furtim ſubtractum fore. & ne immorer circa prædicta innumerabilia reperies de ijs exempla vetus teſtamentum legendo, quod quidem præuidens Gregor. vt habetur in cap. ſi quis per vetus. vigeſimaſecunda q. ij. inquit non ex ijs exemplis veteris teſtamenti mendacia licitè fieri poſſe aſſerēdum eſt. cum ea ſub vmbra poſita in vera declaratione nobis declarata ſunt, &

licet mendacia ſint penitus interdicta, aliquando tamen permittitur vtilis ſimulatio licet mēdacium
110 proferatur, vt cauetur in c.vtilem. 22. q. 2. Iehu etenim Rex Iſrael dum uoluiſſet occidere ſacerdotes Baal, &c. non potuiſſet niſi ſe finxiſſet Idolum uelle adorare, dicens cōgregate mihi omnes ſacerdotes Baal, & ipſis per Regem Achab congregatis trucidauit omnes: nec Iacob aſſerendo ſe primo genitum peccauit, quia non dixit ſe primo genitum naſcendo, ſed verum dixit quia primo genita emendo ab Eſau, primogenitus erat; ut legitur in c.quæritur.ea.cau.& quæſt.& glo. in c.primum. ead. cau. & quæſt. dicit ꝙ poteſt alteri perſuaderi monacacio etiam cum mendacio. ad propoſitum
111 igitur noſtrum redeundo. Ius poſtliminij introduxere iuriſconſulti ex quadam naturali æquitate, vt qui per iniuriam ab extraneis detinerentur hi vbi in ſuos fines redierint priſtinum ius eorum reciperent.l.poſtliminium.ff.de capt.& poſtli.reu. idem quoq; dicemus de fictione legis Corneliæ quæ ſimiliter naturali æquitate introducta eſt ut late per Docto.in l.ſi is qui pro emptord.ff.de uſuca. aliquando etiam lex fingit aliquem natum cū non ſit.l.qui in utero.& l.pen.ff.de ſta.homi.Sed dicendum eſt ꝙ is qui natus eſt ſuccedit ac ſi natus foret dum erat in utero, & ita peccata procedunt ſecundum Alber.in d.l.qui in vtero, item lex aliquando fingit eos qui mortui ſunt viuere, vt in his qui in bello deceſſerunt finguntur viuere & computantur in numero filiorum viuorum ad excuſationem patris ab onere tutelæ.l.bello.ff.de excuſ.tuto. fingit enim lex alijs quoque modis vt habetur per Docto.in d.l.ſi is qui pro emptore. & tales fictiones tollerari uidemus, et meritò cum nihil improbi

& pec-

& peccati cõtineant ſed prorſus utiles et æquè ſint, ſic etiam dicamus mendacium permitti ad euitandum de duobus malis maius malum, vt 22. q. 4.
112 non peierabis etc. ſequen. Et nonne etiam habemus in nouo teſtamento Luc. c. 24. ꝙ Ieſus ſimulauit & finxit ſe peregrinũ, & finxit neſcire quę geſta erant in Hieruſalē demum finxit ſe longius iturum; & ſic nimirum ſi Iuriſconſulti & Imperatores introduxerunt has fictiones etiam cum men-
113 dacio. Inquit enim Seneca in lib. 4. de virtutib. in c. de iuſt. in hæc verba ſi aliquando coarteris uti mendacio vtere non ad falſi ſed ad veri cuſtodiã: & ſi contigerit fidelitatem mendacio redimi non mentieris ſed potius excuſaberis, quia vbi honeſta cauſa eſt iuſtus ſecreta non prodit; Ec e qualiter ex ſententia illius ſatis liquet pro honeſta cauſa nõ ad falſi ſed veri cuſtodiam, Mendacium non eſſe omnino improbatum; ſunt rurſus mendacia quædam pro ſalute uel commodo alicuius non malitia ſed benignitate: vt obſtetrices quæ dixerunt pro filijs Iſrael falſum Pharaoni; hæc autem mendacia non re ſed in dolo laudantur, & qui ſic mentiuntur merebuntur aliquando ab omni mendacio liberari, eſt etiam mendacium ioco ꝙ non fallit, ſcit enim cui dicitur cauſa ioci dici, & hæc duo genera non ſunt ſine culpa. Sed non cum magna; perfectis nõ conuenit mentiri nec pro tẽporali vita, cuius morte ſua uel alterius occiditur anima, licet autem ſi non falſum dicere verum tacere, ut ſi quis non vult hominem ad mortem prodere uerum taceat ſed non falſum dicat, nec pro corpore alterius animam ſuã
114 occidat, ſecundum Aug. in Pſal. qunitum, inquit etiam idem Aug. in Enchiridion in hęc uerba, mihi autem abſurdum eſſe videtur omne mendacium
L 3 eſſe

eſſe peccatũ,ſed multum intereſt quo animo,& de
115 quibus rebus quiſque mentiatur,nõ enim ita pec
cat qui conſolandi,ſeu qui nocendi uoluntate men
titur,hæc ille,Sertorius in temporibus difficillimis
mẽtiebatur ad milites,ſi mendaciũ prodeſſet, & li
teras cõpoſitas pro ueris legebat, & ſomnia ſimu
labat,& falſas religiones cõferebat, ut ijs rebus
116 militũ animos quoquò vellet induceret, ſecundũ
Aul.Gel.legitur enim aliquando mendaciũ dictũ
ne arcana panderentur, ut fecit Papirius prætexta
tus qui ductus à patre in Senatum, cum illic Arca-
na quædam audiſſet domum reuerſus, & à matre
interrogatus,quid nã actum eſſet in Senatu,ad de-
clinandas importunas Matris præces,reſpondit cõ
ſtitutum eſſe,vt uni uiro duæ nuberent uxores, ſe-
117 cundũ Aul.Gell.& Plutar.de nugacitate. Nec
ex his laudo mendacium ꝙ Zopirus perſa dixit,
qui Darij Babilonem obſidentis Gręciam aucupa
ri uolens, faciem & nares uulnere inhoneſto ſibi
deformauit,ut Babilonijs(Ad quos receperat)fidẽ
faceret,& ſe perpetuum inimicum Dario mentire-
tur, à quo tam fide mutilatus eſſet quibus uerbis
Babilonij moti cum vrbem admiſerint,quàm pau
lò poſt ſuo Regi prodidit, unde Darium dixiſſe fe
runt,ſe vnum Zopirum integrum male, quàm cẽ
tum Babilonas capere,& oblato malo granato in
tantum ſibi optauit Zopirorum quantum illi gra
norum ineſſet,nec etiam illud Sinonis qui ſuis mẽ-
dacijs Troianos eluſit,adeò vt fatalem machinam
intra muros admiſerint, ſi *Virgilius* uerus eſt au-
thor,uerba cuius hic apponere libuit.

Talibus inſidijs periurique arte Sinonis.
Credita res,captiq; dolis lacrimiſq; coactis,
Quos neque Titides, nec Lariſſeus Achilles

Non anni domuere decem, non mille carinæ.
Vt ſecundo Aeneidos. nec illud Piſiſtrati qui timẽs primiores Athenienſium voluntariјs affectus plagis in publicum proceſsit, vbi de Principum crudelitate quæſtus populum concitauit ad fictam iniuriam vlciſcendam. nec mendacium Roſimondæ vxoris Alboini Regis 11. Longobardorum laudo, quæ volens ſuæ laſciuiæ ſatisfacere & contra virum eius ſe vendicare (qui eius patrem Gunimondum interfecerat, & de oſſe capitis ipſius vaſe facto in eo bibebat) dum quædã eius ancilla in eius cameram ſæpius admitteret quendam Helmechildum Longobardum, cum quo coibat Roſimonda illa quadam nocte veniente ad ancillam Helmechildo fingens ſe eſſe ancillam illam coiuit cum eo, altera verò nocte ſe ipſam manifeſtauit Helmechildo, qui perterritus roboratus & confortatus extitit à Roſimonda, & cum rogaſſet vt interficeret Regem Alboinum eius maritum, quod quidem pollicitus illico executus fuit, & dum voluiſſet Roſimonda copulari cum dicto Helmechildo, tenuerunt Longobardi fraude detecta, ſed deliberantibus ambos interficere receſſerunt & Rauennam verſus acceſſerunt, vbi ambo veneno interiere ſecundum Croniſtas, nec etiam mendacium & aſtutiam Smerdi maghi laudo, qui propter ſimilitudinem mentitus eſt ſe eſſe Smerdem Cambiſis Aſsiriorum Regis fratrem, quem is interfici iuſſerat, atque aduerſus Cambiſem Regnum occupauit, & niſi fraus detecta eſſet, quia defectas habebat aures acquiſitum fraude Regnum poſſediſſet ſed eum cum Regno vita Darius priuauit fraude detecta, ſecundum
118 Iuſtin. libro primo, nec ex ĳs approbandas di-

ço infinitas,fraudes,& mendacia, quæ priſcis tem
poribus fieri conſueuere (ut multa exempla alias
mihi enarrauit doctiſsimus Notarius Simeon de
mariſcalchis de Salerno quem ob eius ſcictiam uti
patrem ueneror)eſt enim prorſus mendacium in-
hibitum ut Leuit.cap. 10.habetur(non facietis fur
tum, non mẽtiemini. Item ex Hodi. cap. 23.(non
ſuſcipies uocem mendacij, nec iunges manum
119 tuam,ut pro impio dicas falſum teſtimonium.)
Item Prouer.c. 6. habetur quod ſex ſunt quę odit
Deus,& ſeptimum deteſtatur anima eius, oculos
ſublimes, lingua mendacem, manus effundentes
innoxium ſanguinem. Cor machinans cogitatio-
nes pexiiñas,pedes veloces ad currendum in ma-
lum,proferentem mendacia, & eum qui ſeminat
inter fratres diſcordias,& Prouer.cap.8. (os bilin-
guæ deteſtor) & Proue.cap. 19. (falſus teſtis non
erit impunitus,& qui loquitur mendacia peribit)
& Dauit Pſal.5. (odiſti omnes qui operantur ini-
quitatem, perdes omnes qui loquuntur menda-
cium)& inquit Auguſt.de conflictu uitiorũ quod
non artificioſo mẽdacio, nec ſimplici uerbo opor-
tet quenquam decipere, quia quomodolibet men
titur quis occidit animam & 22.q.2.cap.nec arti-
ficioſo,& per Augu.ad cauſulanũ,&. 11.q.3. quiſ
quis habetur quod quis mætu cuiuſlibet poteſta-
tis ueritatem occultat,iram Dei ſuper ſe prouocat,
quia magis timet hominem quam Deum, & idẽ
Augu.ſuper Ioannem quomodo Deus pater ge-
nuit filiũ ueritatẽ ſic diabolus lapſus genuit quaſi
filium mendacium,& Hier.ſuper Micheam ueri-
tas paupertatem, mendacium diuicias parit, &
Ambroſ.in ſermone de Abraham relato.in 22.q.
5.c,cauete(dicitur)cauete fratres mendaciũ quia
omnes

omnes qui amant mendacium, filij ſunt diaboli. mendacij quoq; genus perfecti uiri ſummopere fugiunt:ut nec uita alicuius per eorum fallaciam defendatur,ut ne ſuæ animæ noceant dum præſtare nituntur carni alienæ, quanquam hoc peccati genus facillime credamus relaxari,uerba ſunt Grego.x.lib.mora.& Augu. in lib. de mendacio dicit quod ad ſempiternam ſalutem nemo ducendus eſt,opitulante mendacio, & ratio eſt ſecundum Alber.in 2.ſen.diſtin. 35. quia mendacium nunquam poteſt bene fieri,nam ſemper priuat ordinē ſermonis ad ueritatem uerū ſecundū S. Thomam & Augu.32. q.2. neque licet prudenter occultare ueritatem,ſub aliqua diſsimulatione,non tam mēdacium dicendo,ut exempli gratia, quæritur homicida a' lictoribus, qui fugiendo ante me tranſiuit quæritur a me ſi fugientem uiderim, ego ponens manum,in manica dico nō tranſiuit hac, uel ſubmouens me de loco in quo eram quando uidi illum fugientem,reſpondeo poſtquam ſum hic minime illum uidi; Adde ꝙ Aul.Gell.lib.2.ca.3. no. atti.pulchre diſſeruit nunquid pro utilitatibus amicorū licet falſum deponere, & ſubire paruā infamiā & dicit ꝙ ſic (eſt enim adeo graue peccatū mendacij quod licet Deus in furto poſsit diſpenſare, ſicut fecit filijs Iſrael quando ſpoliauerunt Aegiptios,& in aliquibus alijs præceptis, tamen ut dicatur mendacium quodcunque uel iocoſum uel officioſum aut perniciofum licentiam dare nō poteſt, quia cum ſit ſumma & prima ueritas,contra ſe diſpenſaret, & ſe ipſum negaret ſecundum Anſel.unde Paul. 1.Thi. 1.fidelis(inquit) eſt Deus & ſe ipſum negare non poteſt,& Homerus. 1. Iliados inquit exhoſus enim mihi ille ueluti inferni parte

ni parte qui aliud quidem occultum habet in men
120 tibus,aliud verò ore profert. Puniuntur enim mendaces à Deo primo punitione ſpirituali; nunquàm enim poteſt dicere mendacium quis quin efficiatur filius diaboli Ioan. 8. Mandax.ſ. diabolus,& Pater eius.ſ.mendacij fuit enim primus inuentor mendacij,ut patet Geneſ.4. punitur ſecundo punitione temporali,nam ſicut mendaces mentiuntur Deo vel proximo eius mentiuntur elementa cāpi,uineæ arbores poſſeſsiones, animalia, &c. & quòd verum ſit,audi Deum loquentem per os Prophetarum,area & torcular non paſcet eos, vt uinū mentietur eis,Oſeæ 9.mentientur opus oliuę, & arua non offerent cibum,abſcidetur de ouili pecus,& non erit armentū in præſepibus. Abacuch. 3.ſubuertet grando ſpem mendacij cùm protectione aquæ inundabunt,Iſaias 28.& Oſeæ 4.habetur non eſt ueritas in terra,& infra mendacium,& maledictum inundauerunt,propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea,puniuntur etiam mendaces corporaliter,cuius enim ſenibus, exemplum eſt qui lapiditati ſunt Daniel 13. Ananias,& Saphira mendacio probato ſubitanea morte ceciderunt in Acti. Apoſt. 5. & qui congregat Theſauros lingua mendacij vanus eſt, & incoſtans,mortemq; ſibi accerſit. Prouer. 21. puniūtur, & pœna æterna,unde Eccl. 20. opprobrium neque in homine mendacium pocior fur quàm aſsiduitas uiri mendacis,perditionem omnes hæreditabunt, & Dauit pſal. 5.perdes omnes qui loquuntur mendacium. & pſal. 58. de execratione, & mendacio Annunciabuntur in conſumatione in ira conſummationis & non erunt, & Sapien. primo os quod mentitur occidit animam,& Ioan.in Apo. 12. omnibus

nibus mendacibus pars illorum in ſtagnum ignis & ſulphuris. Vnde meritò Arthoxerſes mirificè mendacium auerſatus eſt, adeò vt mendacis hominis lingua triplici clauo affici iuſſerit, vt refert Alexand. ab Alexan. lib. ſexto cap. decimo. vnde Plato in dialo. lib. decimoprimo de legi. inquit nemo Dijs inuocatis mendacium dicat, aut decipiat aut adulterare uerbo, uel re quiſquàm audeat, niſi Deo uelit odio eſſe, cui quidem primum odio eſt falſum iurans, Deos paruipendere, deinde qui coram maioribus ſe mentitur, noſtris etiam legibus mendacium multipliciter punitur, vt habes per Bald. in l.
121 prima. D. de fur. Tertio in decalogo continetur (nec dicas falſum teſtimonium contra proximum tuum) licet in ordine ſit octauum præceptũ, in quo quidem primo mendacium prohibetur, ſecundo prohibetur falſum teſtimonium, teſtis enim falſus non erit impunitus, vt legitur Prouer. cap. 18. Item ibi. cap. 21. (teſtis mendax peribit) falſum enim teſtimonium ab omnibus legibus prohibetur, quia Iſidor. de ſummo bono lib. 3. cap. 59. inquit (teſtis falſidicus tribus eſt obnoxius, Deo quẽ contẽnit, iudici quem decipit, innocenti quem lædit. & idem legitur in cap. 11 de crimi. fal. & apud Iuuena. Saty. 8.

Ambiguæ ſi quando citabere teſtis,
Incertæq; rei, Phalaris licet imperet ut ſis
Falſus, & admoto dictet periuria Tauro,
Summum credo nephas animã preferre pudori
Et propter uitam uiuendi perdere cauſas,
Dignus morte perit.

122 Et apud Pyſidas qui falſum teſtimonium dixiſſe conuincebatur e ſaxo præceps dabatur, quod ab Aegiptijs ductum putat Alexand. de Alex. lib. 6.

cap. 10.quibus Aegiptijs omne periurium & veri ludificatio Dijs abiuratis morte luebatur, ꝙ Deos vnà atque homines offendiſſet, ut inquit Diodo. Siculus lib.2.rerum antiqua.cap.3.mox ſubſequutis legibus mitior pœna periurio data eſt, quarum verba ſunt,(periurij pœna diuina exitium, huma-
123 na dedecus violati iuriſiurandi eſt.) Apud Indos verò de periurio conuictus, manuum pedūq; digitis, & extremis decurtabatur Strab.lib.15.
124 Et Maumethis lege teſtes de falſo conuicti, nudi facieque atramento uel fuligine tincta, aſino auerſi imponuntur, & pro loro caudam manibus habentes,putridis pellibus ſiue equorū ſiue boum amicti,quorum interiora nunc faciem nunc terga percutiunt, totam vrbem cornibus prætentibus oberrare coguntur pueri intereà ſordes in eos facientes conuicijs laceſſunt, aſellus inſcriptionē frōti gerit,qua ſignificatur illos falſa depoſuiſſe,demū fronti,& vtrique malæ igne notæ inuruntur,& de cætero teſtificari prohibentur, vt refert Io. Anto-
125 nius Menauinus in lib.2.cap. 6. Lege Theodorici apud Baioarios ita cauetur in titulo ſacramenta ne cito fiant.(ſiquis cōtra caput alterius falſa ſuggeſſerit,vel qualicunque inuidia falſam accuſationem commouerit,in ſe pœnam uel damnū
126 quod alteri uoluit,excipiat.) Apud Alemanos, eiuſdem Theodorici lege ſub titulo qui ſæpe interpellatus fuerit ante Ducem ſancitum eſt, ꝙ teſtis qui iam conuictus fuit, & qui mendacium ſemel dixit amplius ad teſtimonium non recipiatur.
127 Riboarij autē lex eſt,in tit. de teſtibus, (ſiquis teſtes ad malum ante Centenarium,uel Comitem ſeu ante Ducem Patritium, uel Regē neceſſe habuerit,ut donent teſtimonium,& fortaſſe teſtes no

lue-

luerint ad placitũ uenire, ille qui eos neceſſarios habet mandare illis debet, ut teſtimonium quod ſciāt iurati dicant, ꝙ ſi noluerint, & falſum teſtimoniũ perhibuerint, & hoc probatum fuerit, unuſquiſq; de illis tribus teſtibus. xv. ſolidis multetur.) Eſt
128 & alia periurij animaduerſio apud Baioarios, ꝙ mendaciter iuraſſe conuictus, cauſam reſtituat 12. ſolidis componat, aut innocentiam ſuam campione defendat, ut habetur per Ioan. Bohemum lib. 3.
129 cap. 18. Apud hębreos autem lapidibus falſi teſtes plectebantur. ut Danielis cap. 13. de ſenibus falſum teſtimonium contra Suſanam dicẽtibus habetur, qui lapidati fuerunt, eſt enim falſum teſtimonium (vt uides) apud omnes, ſummum nephas, & ideo' Seneca dixit, (teſtimonium non amicitiæ reddes.) iaculũ & gladius & ſagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum ſuum falſum teſtimonium) Prouer. cap. 25. & in l. Moſis Deutero, cap. 19. legitur (ſi teſtis mendax fuerit mendacium reſpondens contra fratrem ſuum, facietis ei quemadmodum ipſe ſcelerate' cogitauerat facere fratri ſuo, & exures malum e medio tui, vt reliqui id audiant, & timeant, neque audeant amplius deſignare rem hanc malam in te.) & idem inquit Ioſeph in lib. antiquita. 4. c. 6. iure autem noſtro quid ſtatutũ ſit, & an id potuerit fieri ſatis ex p̄dictis patet.
130 Videamus igitur nũquid aliquo modo per principes poſsit teſtimonium falſum tollerari, aut impunitum dimitti, uel aliter diſpenſari? & quidem horum veritatem percipere poteris ex dictis ſu-
131 pra de iuramẽto. Poteſt tamẽ lex ciuilis abſq; dubio declarare ſeu diſpenſare, ꝙ quis non puniatur de teſtimonio falſo niſi quando doloſe' fecerit dixeritue teſtimonium falſum, prout fecit in Regia

Pragmat.

Pragmati. teſtem falſum,per ea quæ habētur Le uit.capit.v.in litera.A.(ut dictum eſt ſupra de iu-
132 ramento & de mendatio.) Potuit etiam & poteſt diſpenſari circa impoſitionem pœnæ, prout iam diſpenſatum fuit,nā de iure canonico per quadraginta dies in pane & aqua et per ſeptē ſequētes annos debet pro teſtimonio falſo quis pœnitentia ducere.vi.q.2.cap.quicunq; & ſi clericus teſtimonium falſum dixerit feceritue, ab officij honore depoſitus, in monaſterium detruditur, prout ita cenſuit Concilium Agathenſe,ut haberur per Gratianum in cap.ſi Epiſcopus. l. diſtin. debet tamen haberi cōſideratio in qua cauſa ſit factum falſum teſtimonium, an in ciuili uel criminali prout habetur per Ioan.Bernar.Diaz.in pract.crim.cano.ca-
133 pit.87.Aſteſa.in ſumma in t t. de falſo teſtimo.arti.2.dicit ꝙ falſus teſtis tribus eſt obnoxius, Deo cuius præceptum contēnit, propter quod imponitur illa pœna ſeptennis ut ſupra dictum eſt & iudici quem mentiendo fallit,propter quod efficitur infamis ut.22.q.5.ſiquis conuictus,uel uerberibus caſtigabitur.quinta.q.quinta.illi qui, & proximo quem lædit,& tunc pro eo condemnabitur ſecundum modum læſionis,argum.l.2.C.de pæ.iud.qui ma.iudi.& quod teneatur parti ad intereſſe teſtis falſus,tenet Anton.de But.in capit. 1. de crim. fal. per tex.in l.qui nomine.ff.ad l.Corne. de ſica. cuius contrarium tenuit Hoſtien.in cap.primo de cuſtod.euchariſt. & Ioan. Fab.in l. nullum. C. de teſtib.ſed illud dictum Hoſtienſ. non potui reperire in libro meo, prout allegat Ioannes Fabr. Immò Hoſtien.ipſe in titulo de crimine falſi.§.ſecundo in ſumma totum coutrarium dicit, ubi habentur eadē uerba quæ refert Aſteſa. ut ſupra dixi, & ita ēt

tenet

tenet Ant. de But. in d. c. 1. ubi ꝙ ſicut teſtis falſidicus tres perſonas offendit ita tribus pęnis debet puniri, de iure aũt cõmuni ciuili qualiter puniatur falſus teſtis dictũ fuit ſupra, & habetur, & per Domi
134 nũ Ant. de But. in d. c. 1. de cri. fal. Quarto ſabbatorum ſanctificatio pręcipitur (licet in ordine ſit tertium) cuius præcepti uerba legũtur Exod. c. 20. cap. Mæmento ut diem ſabbati ſanctifices ſex diebus operis & facies omnia opera tua: ſeptimo autem die ſabbatum Domini Dei tui eſt: non facias omne opus tuum) in hoc quidem præcepto duo ſunt conſideranda, quorum vnum eſt ſicut finis: & hoc eſt ut homo uacet rebus diuinis, quod ſignificatur ibi Memento ut diem ſabbati ſanctifices, illa enim in l. ſanctificari dicuntur quæ Diuina cultui applicantur, aliud eſt ceſſatio operum quæ ſignificatur ibi: ſeptima die Domini Dei tui non facies omne opus tuum. & intelligitur de opere ſeruili, ut Leuit. 23. omne inquit opus ſeruile non facies in eo. opus autem ſeruile a ſeruitute dicitur. & triplex eſt ſeruitus. Vna eſt ſeruitus Dei & ſecundum hoc, opus ſeruile dici poſſet opus latriæ, quod pertinet ad Dei ſeruitium. Alia eſt, qua homo ſeruit peccato ſecundum illud Io. 8. (qui facit peccatum ſeruus eſt peccati) & ſecundum hoc, omne opus peccati, dicitur ſeruile. Tertia eſt, qua homo ſeruit homini: eſt autem vnus homo ſeruus alterius, non ſecundum mentem, ſed ſecundum corpus, & ſecundum hoc opera ſeruilia dicuntur opera corporalia in quibus unus homo alteri ſeruit. primũ enim opus ſeruile ſecundum primum modum dictum, non prohibetur in die ſabbati: quia hoc eſſet contrariũ fini obſeruationis ſabbati; Nec lex ciuilis uel canonica

poteſt:

poteſt: aliquo modo illud prohibere. & hoc indu-
bitatum eſt, & ſic nullus actus ſpiritualis exercitij
poteſt prohiberi in die ſabbati: quia non eſt con-
tra obſeruantiā ſabbati: opus autem ſeruile ſecūdo
modo & tertio modo dictum, contrariatur obſer-
uantiæ ſabbati in quantum impedit applicationē
135 hominis ad diuina. Poteſt tamen per legem
ciuilem vel canonicam diſpenſari ut in die ſabba-
torum aliquid operis fiat quo prouideatur uitæ ho
minis in neceſſarijs pro ſe & proximo, item in dā
no rerum uitando etiam diſpenſatur, ſecundum il
lud Deutero. 22. (non uidebis bouem fratris tui
aut ouem errantem & prçteribis ſed reduces fra-
tri tuo) Item opus corporale pertinens ad conſer-
uandam ſalutem proprij corporis non uiolat ſaba
tum: & propter hoc Machabei rō polluerunt ſab
batum pugnantes ad ſui defenſionem die ſab-
bati (ut legitur. 1. Macha. ſecundo. (ſimiliter opus
corporale quod ordinatur ad ſalutem corpora-
lem alterius non eſt contra obſeruantiam ſabba-
ti: unde dicitur Ioann. 7. (mihi indignamini:
quia totum hominē ſaluum feci in ſabbato) ſimi-
liter etiam opus corporale, ꝙ ordinatur ad immi-
136 nens damnum rei exterioris uitandum: non uio
lat ſabbatū. unde dicit Dominus. Math. 12. (quis
erit ex uobis homo qui habet unam ouem & ceci
derit ſabbato in foueam nonne tenebit & leuabit
eam.) deinde in locum obſeruantiæ ſabbati in no-
ua lege ſucceſsit obſeruantia diei Dominicæ, non
ex vi præcepti legis, ſed ex conſtitutione Eccleſiæ
& conſuetudine populi chriſtiani: & hęc obſeruan
tia non eſt figuralis ſicut illa ſabbati, & ideo non
eſt ita arcta obſeruatio, ſicut illa ſabbati, facilius
enim diſpēſatur in operibus prohibitis in hac ob-
ſeruatio-

ſeruatione quã in illa, quia figura pertinet ad proteſtationem ueritatis, quam nec in modico oportet præterire. ſecundum beatum Thom. 2. 2. q. 122. articu. quarto. de præce. Iuſti. ſic ergo habes quod poteſt lex ciuilis uel canonica diſpenſare ſuper obſeruatione ſabbati & dierum feſtiuorum. Et
137 ideo dicendum eſt ꝙ Imperator hono. & Theodo. in l. prouinciarum. C. de fer. licitè ſtatuerunt, ut in quæſtionibus latronum nullum quatrageſimæ nec venerabilem Paſcharum diem exiſtimẽt prouinciarum Præſides. Nam Exo. legitur 22. (maleficos non patiaris viuere) & per os Dauid in Pſal. dictum eſt (in matutino interficiebam omnes peccatores terræ (& Exod. 32. præcepit Moyſes, occidat unuſquiſque fratrem ſuum & amicum & proximum ſuum pro peccato vituli conflatilis, præterea homo propter peccatum beſtijs comparatur, iuxta illud Pſal. homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis. hinc Philo. 7. Ethico. & lib. 1. Politi. (peior enim eſt malus homo quàm beſtia et plus nocet) Item Prouerb. c. 21. legitur (iuſtitiam facere et iudicium gratius eſt domino quàm victima) inquit enim Seneca in Tragœdijs ſecundum Pau. de Caſt. in l. nemo deinceps. C. de epiſ. aud. ꝙ non poteſt iudex maius bonum offerre Deo, quã occidendo uel aliter puniendo criminoſos, nec pinguior uictima mactari poteſt, quàm homo iniquus
138 vnde olim in Gallia (Cęſare de bello Gallico referente lib. 6. commenta.) alia gratiora dijs immortalibus non arbitrabantur, quàm ſupplicia eorum qui in latrocinio aut aliqua alia noxa erãt depræhenſi. Iudex enim qui malos percutit in eo ꝙ mali ſunt miniſter eſt Dei. Vt dicit barbatus ille

M

le Hieronymus ſuper Ezechielem lib. 4. & ſuper Ieremiam. Homicidas inquit ſacrilegos venarios punire non eſt effuſio ſanguinis, ſed legum miniſterium, & ſuper Iſaiam dicit, non eſt crudelis qui crudeles iugulat, ſed crudelis ideo uocatur quia crudelis patientibus eſſe videtur. & plura alia ad propoſitum enarrat Guli. à Bene. in repe. c. Raynutius. in quæſtione an occidere li. pecca. & ſic patet id potuiſſe fieri per legem ciuilem & optima ratione id
139 factum arbitratur (vt ex prædictis patet.) Nec minus ualere dicendum eſt id quod ſtatutum in l. actus. C. de fer. reperitur quod diebus dominicis, & etiam paſchalibus mancipandi, & manumittendi licentiam habent omnes, & etiam ſuper prædictis acta fieri non prohibentur, cum & manumiſsio & emancipatio non ſint opera ſeruilia, nec actus ſer-
140 uiles, imo potius actus pij. Pietas etiam ſuadet dari tutores & curatores pupillis & alijs miſerabilibus perſonis, nimirum ergo ſi Vlpianus Iurecon. in l. 2. ff. de fer. ſtatuit vt talibus feriatis diebus dari poſsint. & fieri ratione pietatis, omnes Docto. admittūt in l. actus. C. de fer. et Aſteſa. in ſua Theo
141 logica ſumma in tit. de fer. arti. 3. Item talibus diebus etiam dominicis fieri poſſunt pertinctia ad pacem, & ideo tranſactiones & inſtr. fieri poſſunt. l. fina. C. de fer. hæc etenim pro exemplis ſufficiāt.
142 Quarto in decalogo continetur honoris exhibitio circa parentes, vt Exod. 20. (honora patrem tuum & matrem tuam vt ſis longæuus ſuper terram) & Leuit. c. 20. (qui maledixerit patri ſuo aut matri morte moriatur, patri matriq; qui maledixerit ſanguis eius ſit ſuper eum) & Eccleſ. 23. (Memento patris & matris tuæ cum reſides inter proceres, ne tu quoq; ab ipſis tradaris obliuioni, & aſ-
 ſuetu-

ſuetudine tua ſtultitiam contrahas, quamobrem te velis non eſſe natum & natalem tuum diem execreris) & Exo.c.21. (qui percuſſerit patrem ſuum aut matrem morte moriatur) & Leui. c.19.(unuſquiſq; patrem ſuum & matrem ſuam timeat.) & Deute. 4. (honora patrem tuum & matrem ſicut præcepit tibi dominus Deus tuus, ut longo uiuas tempore, & bene ſit tibi in terra, quam dominus Deus tuus daturus eſt tibi) item Deutero.c.21. (ſi genuerit homo filium cõtumacem & proteruum, qui non audierit patris ac matris imperiũ, & coercitus obedire contempſerit, apprehendent eum & ducent ad ſeniores ciuitatis illius & ad portam iudicij, dicentq; ad eos filius noſter proteruus & cõtumax eſt, monita noſtra audire contemnit commeſſationibus vacat, & luxuriæ atq; conuiuijs: lapidibus eum obruet populus ciuitatis & morietur ut auferatis malum de medio ueſtri & vniuerſus Iſrael audiens pertimeſcat.) Item Deuteron. c.27. (maledictus qui non honorat patrem ſuum & matrem ſuam & dixit omnis populus amen) & Prouerb. c.19. (qui affligit patrem & fugit matrem ignominioſus erit & infelix) & c.20. ibidem (qui maledicit patri ſuo & matri, extinguetis lumẽ eius in medijs tenebris) & c.23. (audi patrem tuum qui genuit te, & ne contempſeris quando ſenuerit mater tua) & 28.c.ibi.(qui ſubtrahit à patre ſuo vel à matre et dicit hoc non eſſe peccatum, particeps homicidæ eſt) & Eccle.c.3. (qui honorat patrẽ ſuum iucundabitur in filijs, & in die orationis ſuæ exaudietur) & ibidem (qui honorat patrem ſuum uita uiuet longiore) & ibidem (qui timet dominum honorat parentes) & ibidem (honora patrem tuum vt ſuperueniat tibi benedictio à Domino)

& ibidem (benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamēta) & ibidem (quàm malę famæ eſt qui dereliquit patrē, & eſt maledictus à Deo qui exaſperat matrem) & Apoſto. ad Ephe. c. 6. inquit (filij obedite parentibus ueſtris in domino, hoc enim eſt honora patrem tuum & matrem tuam, quod eſt mandatum primum in promiſsione, vt bene ſit tibi, & ſis longęuus ſuper terram) et propterea dicit Ambro. ſuper illud Matthæ. 19. honora patrem (primus gradus pietatis eſt iſte, vt quos authores tibi uoluit eſſe Deus, honores obſequijs, abſtineas contumelijs, nec vultu lędenda eſt pietas parentum.) hinc Ariſto. 9. Ethico. in prin. (Dijs, parentibus, & magiſtris non poteſt reddi æquiualens, inquit) & idē 8. Topicor. (qui dubitat utrum oporteat Deos uenerari, aut parentes honorare non indiget ratione ſed pœna) hinc Cice. poſt reditum ad Senatum (parētes chariſsimos habere debemus, quòd ab ijs vita patrimonium libertas ciuitas tradita eſt.) idē pro Cluentio (non modo reticere homines parētum iurias ſed etiam æquo animo ferre oportet) et idem 3. de Finib. (peccatum eſt parentes uiolare) & idem pro Roſcio (nullum ſupplicium ſatis acre reperiri poteſt in cauſa, qui mortem obtulerit parenti pro quo mori ipſum, res ſi poſtularēt iura diuina, atq; humana poſtulant) & Ariſt. in Politicis (parentes non ut dominus ſeruis, ſed legitimi Regis more filijs imperare debent, liberis uerò eos tāquam Deos colere & vereri oportet) & Pitha. in aureis carminibus (ipſe parentes atq; tuos venerare propinquos.) Adeò enim honor in parētes debetur à filijs, vt etiam animalia parētibus ex quodam inſtinctu naturali honorem tribuunt, ut refert

Elianus lib. 15. c. 4. de animalibus, ubi uoluit quòd Ciconiæ parentes in ſenectute alimentis ſuſtentāt.
143 Hinc apud Aegyptios parricidæ articulatim præ acutis calamis cæſi, uiui ſupra ſpinarum aceruum comburebantur, maximum inter mortales iudicātes ſcelus, eis mortem per uim inferre, à quo uitam accepiſſes ſecundum Diodo. lib. 2. rer. anti-
144 quarum c. 3. Apud turchas etiam filiorum in parentes obſeruatio magnopere laudatur, immò præcipitur iubeturq́; eis pro poſſe in neceſsitatibus ſubuenire, curantes ne maledictionem ſubeant paternam, Deus enim vt aſſerunt taliter maledictis non ignoſcit, niſi pater ſua ſponte filio indulſerit; referente Ioanne Antonio Menauino lib. 1. c. 4. Iacob. Machabæus ſupplicia ſibi per Antiochum cominatū ſubire non detractauit, dummodo matri mortē ſuadenti obſecundaret. vt habetur Macha. 2. cap. 7. & per Ioſe. in libello de imperio rationis aliàs de Machabeis, parentes enim negligere nec Deus, nec homo mentis compos alicui vnquam conſulat, ſecundum Plato. in dialo. 11. de legibus.
145 Apud Athenienſes enim parentum mali tractatores, & aliàs uitæ reprehenſibiles infames erāt & cōcionibus arcebant ſecundū Iul. Pollu. li. 8. c. 3.
146 Quare ad rem de qua agimus redeundo, uideamus nunquid lex ciuilis uel canonica in hoc poſsit aliquid diſpenſare ſeu ſtatuere? & ante oīa uidendum eſt an in omnibus parendum ſit parentibus? in quo Gelli. lib. 2. cap. 7. refert ſuper hoc grecos noſtrosq́; qui de officijs ſcripſerunt, tres ſententias tradidiſſe, quarum vna eſt in omnibus quæ pater imperat, altera in quibuſdam parendum, quibuſdam non obſequendum, tertia nihil neceſſum eſſe patri obſequi & parere, quas ſententias ſic diſcu-

tiebatur, aut rectè imperat pater, aut perperam, ſi rectè non quia imperat parendum, quoniam id fieri iuris eſt, faciendum eſt, ſi perperam nequaquam ſcilicet faciendum, quod fieri non oportet, quid enim ſi proditionem patriæ, ſi matris necem ſi alia quædam imperat, turpia, aut impia? Media ſententia laudatur quibuſdam eſſe parendum, quibuſdam non obſequendum, ſed ea tamen quæ obſequi non oporte leniter ac verecunde, & ſine deteſtatione nimia, ſenſim declinanda & relinquenda quàm reſpuenda, alia uerò qua dicitur, nihil patri parendum, imperfecta eſt, ſicque dilui poteſt, omnia quæ in rebus humanis fiunt, aut honeſta ſunt, aut turpia, recta ſiue imperet, ſiue non, ea fieri oportet, his vero contraria quoque turpia ſeu omnino iniqua, ea ne ſi imperet quidem, quæ uero in medio ſunt ut in militiam ire rus colere, honores capeſſere, cauſas defendere, uxorem, uti iuſſum proficiſci, & accerſitum uenire, quoniam & hæc & his ſimilia per ſeſe ipſa, neque inhoneſta ſunt, neq; turpia, ſed perinde & à nobis aguntur ita ipſis actionibus aut probanda, aut reprehendenda ſunt. Propterea in eiuſdem omnium rerum generibus, patri parendum eſſe cenſent, ueluti ſi vxorem ducere imperet, aut cauſas pro reis dicere, cum hæc turpia non ſint, nec indecora. Sed ſi imperet uxorem ducere infamem aut pro reo Catilina, aut C. Bibulo, aut P. Clodio cauſam dicere, non eſt parendum, unde meritò Muſonius Philoſophus Titius interrogatus, quandiu patri obſequendum, reſpondit, donec Iuſta præciperet, & ſan. Thom. 2.2. q. 10. arti. 4. c. 1. dicit obediendum eſſe parenti quatenus Dei ſeruitio, ac diuinis præceptis, & inſtitutionibus non aduerſetur, & in rebus licitis tantum.

V nde

Vnde Ambro.ſuper Luc.neceſsitudini generis diuinæ religionis pietas antefertur, ſi ergo cultus parentum à cultu Dei nos abſtraheret.Iam cultui pietatis parentum inſiſtere, eſſet contra Deum. Ideò in tali caſu prætermittenda ſunt pietatis officia in parentes propter religionis diuinum cultum, & Hiero.in Epiſtola ad Heliodorum(ſi pater in limine faciat,ſi mater ubera quibus te lactauit oſtēdat, per calcatum perge patrem, per calcatam perge matrem,& ſiccis oculis ad uexillum Crucis euola. ſummum enim genus pietatis eſt,in hac re eſſe crudelem)& Ioan. Chriſo. in caput Mathei. 10. Homil.36.inquit(ſi autem Paulus multa diſputat de parentibus,ſummam eis obedientiam uolens præberi,nō admireris, in omnibus enim obtemperandum parentibus eſt,præterquàm his quæ pietatis ueritatem ſpectāt. ità cum ſanctum ſit omnem hōnorem parētibus afferre,cum pluſquàm oporteat quærunt ueritati reluctantes, reſiliendum eſt) parentes enim tanquam Dei uicarios eſſe colendos, inquit Marſil.Fic. in argu.Plato.lib.34.de leg. uel
117 gumlator.Ad propoſitum igitur noſtrum, dubitandum non eſt,poſſe per l. ciuilem & Canonicā declarari,& diſtingui,quæ nam ſeruitia teneantur filij parentibus exhibere,& in quibus parendum, & in quibus non, ita tamen ut in totum non contrarietur præcepto diuino,ſed ſecundum prædictas
48 declarationes fiat. Sed inſurgit dubium, an lici
1 te potuit ſtatui per ius ciuile, ꝙ licite filij poſsint occidere parentes rebelles patriæ? prout ſtatutum fuit in l.minime.ff.de religio. & ſum. funer. & uidetur dicendum ꝙ ſic, per ea quæ dixit S. Thom. ſecunda ſecundæ quæſtio.64.articu.ſecundo, de uitijs oppo.commuta,iuſtitiæ, Nam ſicut licet occi-

dere animalia bruta, inquantum ordinantur naturaliter ad hominum uſum, ſicut imperfectum ordinatur ad perfectum: omnis autem pars ordinatur ad totum, ut imperfectum ad perfectum, & ideò omnis pars naturaliter & propter totum, & propter hoc uidemus, quòd ſi ſaluti totius corporis humani expediat præciſio alicuius membri, putà cum eſt putridum, uel corruptiuum aliorum mẽbrorũ, laudabiliter & ſalubriter abſcinditur. Quælibet autem perſona ſingularis comparatur ad totam ciuitatem, ſicut pars ad totum, & ideò ſi aliquis homo ſit periculoſus communitati, & corruptiuus ipſius, propter aliquod peccatum laudabiliter & ſalubriter abſciditur, ut bonum commune conſeruetur, (modicum enim fermentum totam maſſam corrũpit) ut dicitur primo ad Corinth. quinto. hæc ille, prætereà Exod. 32. præcepit Moſes (occidat unuſquiſque fratrem ſuum, & amicum, & proximum ſuum, pro peccato uituli conflatilis) ergo patet ex lege diuina etiam probari, hoc poſſe fieri, pro quo etiam facit id quod habetur per Beat. Thom. in ead. quæſtio. 64. arti. tertio (occidere malefactorem licitum eſt, in quãtum ordinatur ad ſalutem totius cõmunitatis, & ideò ad illum ſolum pertinet, cui committitur cura communitatis conſeruandæ, ſicut ad medicum pertinet præcidere membrum putridum, quando ei cõmiſſa fuerit cura ſalutis totius corporis, cura autẽ communis boni commiſſa eſt principibus habentibus publicam authoritatem, & ideò eis ſolum licet occidere malefactores, non autem priuatis perſonis) & pauló inferius inquit quòd licet rei ueritate non ſit licitum priuatæ perſonæ occidere malefactores, etiam pro utilitate communitatis, &

patriæ, tamen iubentibus ſuperioribus bene occidi poſſunt, quia tunc non priuata perſona occideret, ſed ille cuius authoritate occiduntur, ſecundum Diodo. 12. cap. & Hiere. & Auguſtin primo de ciuitate Dei, unde infert quòd illi qui occiderũt proximos & amicos ex mandato domini, nõ hoc ipſi feciſſe uidentur, ſed potius ille cuius authoritate fecerunt, ſicut & miles interfecit Hoſtem authoritate Principis, & miniſter latronem authoritate iudicis. ſic ergo ex prędictis ſatis liquere poteſt, quòd licitè Principes poſſunt mandare, ut malefactores, (& maximè proditores patriæ) occidantur, & illi qui occidunt iubentibus ipſis Principibus non ipſi uidentur occidiſſe, ſed illi quorum mandato id fit, ergo potuit lex ciuilis pro ſalute Reipublicę mandare, vt proditores patriæ etiam per proprios filios impunè occiderentur, hinc Valer. Max. lib.
149 ſexto. capit. ſexto inquit. (reſtat ut patriæ charitas exhibeatur. Cuius maieſtati etiam illa, quæ Deorum numinibus æquatur, authoritas parentum vires ſibi ſubijcit, fraterna quoque charitas æquo animo atque libenter cedit). & Cice. in primo offic. c. 18. dicit, (omnium ſocietatum nulla eſt gratior, nullaque charior quam ea quæ in Republica eſt, unicuique noſtrum chari ſunt parentes, chari ſunt liberi, propinqui familiares, ſed omniũ charitates patria una complexa eſt, pro qua quis non dubitat mortem oppetere, dummodo ſit patriæ profuturus) inquit enim Plato in lib. 28. in crito, (an ſic ſapiens, vt te latuerit & Patri & Matri & progenitoribus omnibus patriam eſſe antè ponendam: atque eſſe venerabilius quidam ſanctiuſque, & in ſuperiori ſorte, tum apud Deos, tum apud homines mentis compotes, eſſe pa-

triam

triam collocãdam, colereque oportere eam magis, eique obedire) & paulò inferius (ac ſiue mandauerit verberari te, ſiue in vincula conijci, ſiue in prælium miſerit ad vulnera excipienda, mortemque ſubeundam, obediendum eſt omnino: ius enim ita dictat, & neque tergiuerſandum, neque fugiendũ, neque ordinem deſerendum: ſed & in bello, & in iudiciò, & prorſus vbique ea ſunt quæ Reſpublica patriaque iuſſerit faciẽda) & ibidem (ui autem vti nefas eſt, uel contra Matrẽ, vel cõtra Patrem, maximè uerò omnium cõtra patriam) ſed beat. Tho. 2.2.q.122.arg.5. ſic inquit, (quod per prius aliquid debetur parentibus quam patriæ & cõſanguineis, quia per hoc quòd ſumus nati à parentibus, pertinent ad nos & conſanguinei, & patria) & not. glo. in cap. 1. de conuerſ. in fin. quòd filius debet pugnare contra Patrem, & conuenit unicuique factum facere ciuitatis. in authen. de defenſo. ciuita. §. pen. eo quia naſcimur patriæ. l. prima. §. & generaliter de ven. in poſſ. mitten. Immo magis naſcimur patriæ, quam patri; vt probatur in l. poſtliminium. §. filius. ff. de cap. Et ideò concludit intrepidè Socyn. in conſi. 35. circa prædictam in 1. lib. quòd pro patria etiam contra Patrem, & proprium ſanguinem ſuum pugnandum eſt, & ſunt verba originalia Bald. in l. veluti. ff. de iuſt. & iur. & ibi. per Bart. Dicitur enim patria quaſi parans tria, primo enim parat neceſſaria ad ſubſtentationem uitæ ſcilicet alimenta, ſecundo neceſſaria ad dilatationem & conſeruationem humani generis, nam in patria homines naſcuntur, creſcunt, & multiplicantur, quæ ſucceſsiua multiplicatio conſeruat genus humanum: vnde patria implet illud diuinum, creſcite & multiplicate, tertio parat nobis neceſſa-

ria ad inſtructionem & æducationem uitæ moralis, Rectores. ſ. Doctores & iudices per quos moribus informamur: & à uitijs refrenamur, & in ſcientijs promouemur: hæc omnia ſunt in patria bene diſpoſita, ad amorem autem et obedientiam patriæ nos inducunt authoritates Doctorum, nam Vale. Max. in lib. 5. cap. 6. narrat de quodam in cuius capite quoddam animal quod uocatur picus ſedebat, et affirmaſſent auruſpices, eo occiſo, fore Reipublicæ ſtatum fœliciſsimum, ſuæ domus miſerrimum, et conſeruato Pico in contrarium vtrinque ceſſurum, et ille Picum in conſpectu Senatus morſu ſuo necauit. Item Tull. 3. de offic. inquirens ſi pater conabitur tradere patriam ſilebit ne filius? Reſpondet quod primo obſecrabit Patrem ne faciat, et deinde ſi non proficiat accuſare debet: & ſi ad pernitiem patriæ res ſpectabit, patriæ ſalutē anteponet ſaluti Patris: Et hæc opinio confirmatur per ea quę dicit ſan. Thō. 2.2.q.26. Art. 8. ubi dicit amicitia conſanguineorū fundatur in coniunctione naturalis originis, amicitia conciuium in communicatione ciuili, amicitia commilitonum in communicatione bellica, & Ideo in his quæ pertinent ad naturam plus debemus diligere conſanguineos. In his quæ pertinent ad ciuilem conuerſationem conciues, in bellicis cōmilitones. & ead. q. & art. 2. (amicitia politica principalius reſpicit Principem ciuitatis, a quo totum bonum commune ciuitatis dependet. unde & ei maxime debetur obedientia a ciuibus. Præterea dicit Alb. de Roſa. in d. l. ueluti. ꝙ filius pugnādo contra patrem impugnantem patriam, non pugnat ſimpliciter contra patrem, ſed contra hoſtem & ita obligatio qua filius tenetur patri, uidetur

ceſſarę

ceſſare hoc caſu. Nam Pater impugnas patriam, uocatur deſtruere eſſe filij, & uitam quam ſibi dederat, & propter quę filius ſibi obligabatur, nã deſtructa patria filius eſſe ſuum bene conſeruare nõ poſſet: & ibi per Alber. pulchre habes cui magis ſit obediendum patri. ſ. an patriæ? & an teneatur pugnare contra patrem pro patria? & ponit etiam quæſtionem de eo qui habet plures patrias, cui parendum eſſet(prout ego habeo, nam ortus ſum in nobiliſsima terra Sancti Seuerini, at Pater meus nomine Antonius Follerius V.I.D. eruditiſsimus, ortus fuit in præclariſsima ciuitate partenopea, eiuſq; prædeceſſores ex alma ciuitatę Ferrarię proceſſerunt, de quorum & domus folleriorum nobilitate atq; eminentia, publica documenta ab annis træcentis retro confecta teſtantur, & conſeruãtur in actis & ſceda doctiſsimi uiri *Ioan. Simonis Mareſcalchi* ciuis Salernitani, vbi ẽt conſeruantur publica teſtimonialia & ſententia: quibus conſtat, a die quo anteceſſores mei in terram Sancti Seuerini ſe contulerunt, fuiſſe ſemper tentos tractatos & reputatos ut nobiles & patritios tã in officijs dictę terræ quã alijs actibus quibus nobiles ab ignobilibus ſecernũtur, nunc uero Salerni incola ſum.) & dicit Bal.in l.2.C. de infa. expo. per illum tex. quod ciues derelinquentes ciuitatem periclitantẽ, & eam non defendentes, perdunt omne ius ciuitatis, & quod poſsit Pater ueniens contra patriam occidi impune à filio tenuit Nell.de ſancto Geminia.in tra.bannito.in 2.parte.2.tempo. q.10.n.10. Id ẽt expreſſe firmauit Spec.in tit.de feu. §. 2. nu. 32. uer. nam pro defenſione. inquit enim Valer. Maxim.lib. v. c.6. in princip.(ſumma quidem cũratione, quia euerſa domo, interdum Reipublicæ

ſtatus

ſtatus manere poteſt,urbis ruina pœnates omnes ſecum trahat neceſſe eſt) hinc legitur apud eundem de Curtio Romano, qui ut patriam liberaret, equum conſcendit, eumq; vehementer ad motis calcaribus præcipitem in profundum terrę Romæ factum egit, legitur etiam de Genitio Cippo,qui cum per portam,quæ raduſcula dicitur eggreſſurus eſſet, in tranſeundo exorta ſunt cornua tantæ magnitudinis ut eggredi non poſſet, Conſulto Oraculo, cognouit ſe futurum Regem ſi reuerteretur in vrbem, maluit in exilium uolũtarium proſiciſci quam patriam ſuam libertate priuari. ſimile de Publio Detio etiam legitur,qui cum latino bello Romanam aciem inclinatam pœne iam & proſtratam uideret, caput ſuum pro ſalute Reipublicæ deuouit, ac protinus ſalutem, ſibi mortem petens irrupit, factaque ingenti ſtrage; plurimis telis obrutus, ſupercorruit, & alia
15 o plura exēpla ibi reperies adnotata. Quibus,omnibus videtur concludendũ, licite fuiſſe illam legem minime emanatam,ſeruandamque eſſe. pro quo uide Io. Neuiza. in conſi. 12. fol. 19. in uolũ. conſi. Alber. Bru. At in contrarium uidetur facere quod ſcribitur Samuel. libr. 2. ca. 18. vbi legitur de Abſalon qui erat rebellis patris,eumque ut occideret perſequebatur, & tamen præcepit Dauid Rex pater eius, ſatellitibus & armigeris ſuis, ne occiderēt Abſalon, ſed quod læniter agerent cum illo, & poſtquã nũciatũ eſſet ei interfectũ fuiſſe fleuit amare. Debemus igitur ēt filiũ rebellē nō occidere,ergo & pari ratione patrē. Immo & multo fortius:in contrariũ etiam faciunt ea quę ſuperius dicta ſunt de honoris, & obedientiæ exhibitione, circa parentes, Ego autem pro tenui faculta-

te

te mea dicerem non eſſe ſimpliciter permiſſum fi lijs poſſe occidere parentes de proditione patriæ bannitos. ſed ſi occiderit quod pater uenerit ad ci uitatem ut ipſam deleret, & perderet, & non poſſet alia uia occurri defenſioni patriæ, niſi occidat pater per proprium filium, & tunc poteſt occidi per illum textum in l. minime, qui ita intelligitur, defendẽdo patriam eo caſu licet filio occidere patrem, & intelligo ita opinionem gloſſ. quæ uera eſt, & eſt ibi ſuperflua illa dictio ſe, dum ibi dicitur occidiſſet, ſcilicet ſe defendendo, uult enim dicere occidiſſet, ſcilicet defendendo intelligendo quando illa defenſio erat neceſſaria (ut dixi ſupra) quia niſi eo tunc occurreretur ad occiſionem patris, patria eſſet deuaſtata, prodita, & perdita. Semper enim quod filius poſſet alio modo defendere patriam ſine eo quod occidat patrem, caueat ne occidat, alias punitur de paricidio & hoc teneo ex prædictis, & alijs quæ ſcribit Alexand. de Aleſ. artic. 37. primo cap. de qua. præce. articu. ſecundo. in quæſtiuncula in fine, ubi ponit ſi filius accuſat patrem hæreticum, ſi contradicit præcepto diuino? & dicit quod ſi hæreſis eſt publica, & non poteſt aliter occultari quin alios corrumpat, debet & poteſt accuſare, ſi uero eſt ſecreta? & ſibi tantum officit, nec alijs officit; non poteſt eum accuſare. hoc enim uoluit dicere Rex Dauit, quando præcepit Ioab, Abiſai, & Ithai, ut lœniter agerent cum filio Abſalõ, ideſt ut ſi fieri poſſet, ne occideretur, id fieret. Et ita contremiſcens, & deteritus, ac corde lachrimãs teneo, quicquid dixerint in cõtrarium ſcribentes. Quis enim non contremiſcet diſcutere patrem poſſe a filio occidi, a quo eſſe fuit tot erumnis, & laboribus habuit? quorum amor

eis natura ineſt,teſte Ariſto.8. Ethicorum primo.
(ineſſe etiam natura ei uidetur quod genuit, erga
id quod genitum eſt,ei autem quod erga id quod
genuit,atque id non tam in hominibus, quam in
auibus,& pleriſque alijs contigit).Hinc Solon nō
tulit legem de paricidio, quia nunquam credidit
naturaliter euenturum,vt refert Sil.nup. in princi
pio.num.61.pro quo uideatur Angel. in l. propter
151 inſidias.C.qui accuſari non poſſunt, & Plato in
Dialogo nono de legi. ſic inquit(quicunque igitur
parentibus,aut auis, inferre manus auſus fuerit,
152 nec ſuperiorum indignationem Deorum,nec in-
ferorum ſupplicia ueritus, ſed quaſi ſciat quæ ne-
ſcit,dicta a priſcis omnibus deſpiciens, præuarica-
tur,is ultimo ut auertatur expieturque remedio in-
diget. Mors autem ultimum non eſt,ſed extrema
magis ſunt inferorum ſupplitia, quæ licet uериſsi-
me narrentur,auertere tamen huiuſmodi animos
nequeunt,quoniam ſi auerterent,nulli qui paren-
tes ſcelerate pulſarent, vnquam reperirētur. Qua
re oportet horum flagitiorum ſupplitia in hac uita
nō inferiora illis quæ apud inferos ſciant,ſed æqua
lia pro uiribus ponere, ita igitur ſancimus. ſiquis
non furioſus,patrem,aut matrem,eorumue ſupe-
riores,pulſare audebit,& incola quidem uel pere-
grinus, ſi opitulabitur, in publicis certaminibus
tanquam Præſes alijs præponatur. ſin minus a re-
gione uniuerſa perpetuo exterminetur. Sin autē
incola non ſit,auxiliatus quidem,laudem,non au-
xiliatus,uituperium cōſequatur, ſeruus opitulatus
liberetur, non opitulatus centies publico cædatur
flagello,& ſi in foro id contigerit.ibidem a uena-
lium rerum curatoribus puniatur. In alijs parti-
bus urbis ſimiliter ab ædilibus qui præſentes fue-

rint. eodem modo extra vrbem in agro ab his qui curandis agris tunc præſident. Quòd ſi ciuium aliquis (parentibus à filio uerberatis) præſens fuerit, ſiue uir, ſeu mulier, ſiue adoleſcens, ſeu ſenior, defendat protinus ſcelus conclamans, qui auxiliari noluerit Iouis patrij ac generis ſeruatoris in præcatione per legem præmatur. demum quicunque pulſaſſe parentes condemnabitur, primum perpetuò exul. deinde, & à ſacris omnibus arceatur, quibus ſi minus abſtineat à principibus agri uerberibus & omnino vt cunque uoluerint plectatur. Et ſi ab exilio reuertatur morte peccata luat. Quiſquis uero liber cum huiuſmodi homine comedet, aut bibet uel aliquo pacto unà quicquam geret, aut tanget, aut ſponte loquetur, is nec in templum ingrediatur, nec in forum, nec omnino in ciuitatem proficiſcatur antequam mundetur, putare namq; debet ſcelerato ſe commertio cōtaminatū. Quòd ſi non obtemperauerit, ſed ciuitatem & templa coinquinet, quicunque magiſtratus fieri hoc ſenſerit, niſi confeſtim punierit, maximarū inuriarum reus eſt habendus. Sic enim uides quam ſeuerè de ſola uerberatione patris plecti uoluit filium Plato. & quantum debeant puniri qui fuerint præſentes,
153 & non auxiliati fuerint patri, & idem Plato in eod. dialo. 9. ſic inquit (ſi qui uero in tam miſeram calamitatem inciderint, ut Patrem, uel Matrem fratrem, uel filiam, ſponte atque conſulto uita priuare audent, mortalis legum lator ſic de huiuſmodi ſcelere ſanciat, ut & arceantur à publicis ſacriſque locis, ut ſupra dictum eſt, & uades ſimiliter requirātur, & qui Cædis huiuſmodi condemnatus fuerit, tam à iudicum miniſtris, quàm à magiſtratibus occidatur, trahaturque extra urbem in ſtatutum

triuium nudus, vbi ſinguli magiſtratus pro vniuerſa ciuitate in mortui caput lapidem mittãt, atq; ita ciuitatem omnem purificent, demum vltra regionis fines portatum, ſecundum leges inſepultum eijciant.) Habuiſti ex Platonica ſententia in quo puniantur verberantes parentes, habuiſti inquam & in quo puniantur occidentes, & ſi apud gentiles & paganos ſeuerè puniebatur huiuſmodi ſcelus, quid fieri debet apud nos? diſce diſertiſsime lector, dicit enim Hiero. ſuper Ezechie. (poſt Deum diligendus eſt pater) & Ambro. in Examerон de ciconijs (inquit) quòd proprijs pęnis parentes nudatos tegmine plumarum ſuarum fouent, collato cibo paſcunt, & fulcro alarum ſuarum ſubleuantes ad uolandum exercent. & idem Ambr. ait (animalibus non eſt graue ꝙ eſt pietatis plenum, non eſt onerosum ꝙ ſoluitur debito naturæ, non recuſant aues patrem paſcere, quas non ſcripta lex ſed natura conſtringit. Ad hoc conueniunt non præcepto ſed gratiæ naturalis officio, eſt enim natura pietas apud eas, et ideo Romanorum uſu ciconia pia auis

154 uocatur) Noſtris autem legibus parricida virgis ſanguineis uerberatus ſuitur culeo, id eſt ſacco corij cum cane & vipera ac ſimia et gallo gallinaceo, & proijcitur in mare uel in amnem uel in ſiluis à beſtijs comedendus, ut l. pen. ff. ad l. Pompe.

155 de parricid. Nec ſine ratione filijs occidentibus parentes, & econtrà hoc pœnæ genus impoſitum credo, in primis enim flagellantur ſanguineis virgis, eo quia filij occidẽtes parentes, eorum carnem percuſſerunt, & ideo conueniens eſt vt eorum caro uirgis flagelletur, deinde ſuuntur culeo id eſt ſacco corij, eò quia pater fuit proxima cauſa, ut filij ad lucem perducerentur, cõueniens ſimiliter fuit,

vt qui ad lucem deuenirent propter parentes, ad priuationem lucis propter mortem parentum redigerentur, & ſicut caro parentum operata fuit tanquã cauſa efficiẽs ad eorum fornicationem, ita in eorũ deteſtationem & vituperium carne animalis occidant, ſuuntur culeo cũ cane, quia canis et equus duo animalia à diuino numine homini data fuiſſe
156 legitur, pro ſolatio, fidiſsimum, canem & cuſtodẽ aduerſus latronem latrando & reſiſtendo, equum pro defenſore, vt habito ſeſſore gaudeat exilire in hoſtem, canis enim cõiter pro domino aduerſus latrones, ſiccarios, graſſatores, homicidas, inſidiatores, fures, & contra alias quaſcũq; feras ſæuientes pugnare dignoſcitur, atq; plures Reges eius benefitio fuiſſe ſaluatos, vbi cuſtos homo repertus eſt pe
157 ximus occiſor fuiſſe patroni. Maſsiniſſa Rex eo caſu à multis citatur in euidens exemplum, ꝙ cum hominibus cuſtodiendum ſe non crederet, canum cuſtodiæ ſe permiſit, quorum latratu ſępe latẽtium inimicorum euaſit inſidias, & venientes in ſe aduerſarios longè ante perdidicit ac cauit, atq; eorũ beneficio pluries euaſit victor. Quinimò homines inter herbas dormientes, non rarò canes ne ſerpentes os ingrediantur obſeruant; notat autem Pli. lib. 8. c. 40. vbi de colophonijs non iniucunda recenſet, ꝙ uidelicet in magno ſtudio canes rei bellicæ gratia inſtituebãt, adeo ut ex illis quaſi cohortes quaſdam inſtruerent, quæ in prima acie certarent mira quadam ferocitate, nec unquam pręlium detrectarent. hi in nocturnis congreſsionibus ſępe victoriam eis prębebant. ſcribunt etiam ueteres, Regem Garamantũ per ſeditionẽ regno expulſum à ducẽtis canibus, quos uenationis gratia aluerat, fuiſſe reſtitutum, cũ mira ferocitate contra repugnantes ſęuirent,

uirent,

uirent,iterq; per hoſtiũ cuneos patefacerent, donec eum tutũ in Regiã aulã ſiſteret, & ſic pulſis cęſisq; hoſtibus diutius regnauit. Hinc in cimbrico bello cõtra C. Mariũ pro dñis ſuis atrociter pugnare canes,cimbrorũq; cadauera cuſtodientes nunq; abigi potuerunt,ſed eadẽ mira ſedulitate cuſtodiebãt, & ut tutius illa à feris alitibusq; defenderẽt,paluſtis illic paſsim relictis inferebãt, cuſtodias inter ſe partitas uicíſsim magna diligentia obſeruabãt.canis latratu interfectorẽ Dñi ſui in ſilua occiſi, in urbem proſecuturus,dẽtibus laniauit, isq; crimen cõfeſſus ſub torturis ſe ſociosq; ſceleris prodidit,lege interimendos. canis adhuc alius ſcribit: dñum ſuũ longè diſtantibus famulis inſidioſè petitum,uſq; quo accurrerent,defendiſſe. Fides canũ in hoc etiã notatur Liſimacho exhibita,ꝙ unus eorũ mortuo cadaueri cõburendo,facto eiulatu & gemitu, cunctis ſpectantibus igni ſe ſe immiſit. Et idẽ feciſſe Hieronis Siracuſanorum Regis canẽ,Pli.atteſtatur. Itẽ canis mortuo dño ſe fame tãdiu macerat,ut pariter cũ eo moriatur. canis ẽt in Romanis hiſtorijs repertus eſt cibum portare ad os defuncti heri,eiusq; corpus in Tiberim proiectum adnatando ſuſtinere uoluiſſe, & hæc Plinius. Ita quoque cùm à diuino numine datum ſit,ut parentes pro ipſorum ſolatio,auxilio, tuitione atq; defenſione filios pariant, gerantque cùm contrarium euenerit; ut ab ipſis occidantur, æquum eſt; ut & ipſi occidantur ab eis in quibus magis fidẽdum eſſet. Et ſic a canibus,ſicut & ipſi parentes occiſi fuerint à filijs,in quibus magis cõfidendum erat.hinc canis apud Aegyptios hac ratione adorabat,ut refert Blondus in li. 1. de Roma triũphãte, ſuuntur etiam ipſi parricidę non ſolũ cũ cane ſed etiam cũ vipera,quia partus viperinus in

diſſolutione materni ventris propriam matrem oc-
158 cidit, & ideo ad denotandum ꝙ filius parentes proprios occidit aſsimulando ſe viperæ, ſuitur in vipera, & etiam quia vipera & canis quàm maximè inſidiantur ad inuicem, ut eorum morſibus et inſidijs miſerabiliter parricida interimatur, ſuitur etiam cum eo ſimia, eò quia nulla beſtia quātumcūq; domeſtica, adeo graſſatur in infantulos, vt ſi-
159 miæ & magni accipitres, qui aduolāt cunabula, vngulasq; tam fortiter imprimunt oculis & naribus prolium, vt uix euolaturi eximant, et quia par ricida occidendo parentes uel econtra, imitatur ueſtigia ſimiæ quæ proprios filios occidit, ideò ad id denotandum factum eſt, ut ſimia parricida ipſe occidatur, quia ſimia, canis, & uipera fortiter ad inuicem pugnāt, ſuitur etiam eodem culeo gallus gallinaceus (idem enim eſt dicere gallus gallinaceus, quod gallus ſimpliciter, aut gallinaceus ſine adiun
160 ūcto, nam gallinaceus adiectiuum ſignificat ꝙ ex gallinis eſt, ut pullus gallinaceus. Varro de re ru. lib. 3. c. 9. gallinaceis enim pullis bis deni dies opus ſunt pauoninis, ter noueni, et paulo poſt ſi oua gallinis pauonina ſubijcies, quum iam decem dies pauonina fouere cępit. tū deniq; gallinacea ſubijcere vt vnà excudant. Cic. 2. de diuina. 44. gallinaceum fel, & gallinaceus ſine adiuncto, idē ꝙ gallus Pli.
161 lib. 37. c. 10. alectorias uocāt in uentriculis gallinaceorum inuentas criſtallina ſpecie. ſic lib. 8. c. 16. 11. gallinaceorum criſtæ, & Paul. Aulu. 14. 6. condignè etiam meus me intus gallus gallinaceus qui erat anni peculiaris, perdidit peniſſume. & Cic. 1. de diuinat. 128. gallos gallinaceos in eo loco ſic aſſiduè canere cępiſſe ſicq; non bene glo. in d. l. penul. ſalua pace exponit) gallus itaq; hac ratione etiam

culeo ſuitur, quia ſicut gallus ſemetipſum ſuo cantu & uoce prodit, ut ſcribit Ola. Gotho. Archie. in lib. de gentibus ſeptentrio. lib. de Auib. c. 34. ita & parricida occidens patrem ſemetipſum prodit; & ea etiam ratione, vt magis illa animalia omnia ad inuicem ſibi ipſis contraria, inſidientur uitæ parricidæ. demum in profundum maris aut fluminis proijcitur parricida ipſe, ea quidem ratione, vt ſicut indignum patre ſemetipſum fecerit, ita & corpus priuetur terra, noſtra uniuerſali matre, et ut ele
162 mentis careat. Sextò homicidium fieri prorſus inhibetur Exo. c. 20. & Deute. c. 5. deniq; facientibus pœna imponitur, vt Gene. c. 9. (quicũq; effunderit ſanguinem humanum, effundetur ſanguis illius) & Exo. c. 21. (qui percuſſerit hominem uolẽs occidere morte moriatur) & ibi (ſi quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo euelles eũ ut morte moriatur) et Leuit. cap. 24. (qui percuſſerit, & occiderit hominem, morte moriatur) & numeri 35. (ſi quis ferro percuſſerit, & mortuus fuerit qui percuſſus eſt, reus erit homicidij, & idem morietur.) & Matth. 5. (Audiſtis quia dictum eſt antiquis, non occides, qui autem occiderit reus erit iudicio) & per Ioſeph. lib. 4. Anti. 6. habetur (percuſſus in lite, ubi non eſt ferrũ, repente mactetur, Idem patietur, & qui percuſsit, quid fecit, ſi uerò portatus ad domũ publicam qui percuſſus eſt, ægrotet diebus multis, deinde moriatur, ſit innocens qui percuſsit, ſanato autem illo, & multas expenſas in ægritudine faciente, reſtituat vniuerſa percuſſor, quęcũq; in vulneris ſanandi tẽpus expendit: & quæcũq; medicis erogauit. Qui mulierẽ pręgnantẽ calce percuſſerit, ſi quidẽ abortiuum fecerit mulier, pecunijs à iudicibus condem-

netur,moriente autem ea,ex ea plaga,& ipſe moriatur,animam pro anima cenſente lege ponen
163 dam,uenenum parantes ad alterius internitionē, vel læſionem moriantur,hoc patientes ꝙ erant tolleraturi illi contra quos venenum probatur eſſe cō fectum)hæc ille. Et nedū apud Chriſtianos homicidium prohibetur,ſed etiam apud maumethanos,lege maumethis,inquiunt enim eſſe officiū diuinæ prouidentiæ nos è medio tollere,tenentes ſatis abominabile apud Deum, fuiſſeq; ſecundum peccatum in mundo à maledicto Caimo ob inuidiam in perſonam fratris perpetratum, & ob id pro vero Caimum primum in infernum condemnari debere in die tremendi iudicij,& cum eo omnes homicidas,qui pari maledictione,qua eſt Cain illaqueati ſunt,nec vnquàm alicuius uoti cōpotes, vel fœlices aut læti eſſe poſſunt, ſed continuè hoc ſcelus eos intus corrodit, omnemque eorum quietem perturbat,& ut plurimum eidem mortis generi ſubijciuntur.ſanguis enim interfecti ſemper clamat in conſpectu domini,putantque etiam quòd Deus homicidis non ignoſcit, licet alijs omnibus ſit clementiſsimus,ſed ſi fortuitò, vel inaduertenter,aut pro tuitione ſuæ perſonæ, uel contra infideles,aut ob licitum bellum quis aliquem interemit credunt Deum illi parcere, vt tradit Ioan. Anto.
164 Menaui.lib. 1,c. 16.qui etiam c.8.eiuſdem libri dicit ꝙ homicidæ arcentur ab officijs & templis eorum. Apud Aegiptios,ſi quis ſponte aut liberū, aut ſeruum occidiſſet morte damnabatur,non fortunæ conditio, ſed conſilium facti pendetur, homines à ſceleribus deterrebant, & ſimul uindicata ſerui morte reddebantur liberi ſecuriores,patribus qui filios occiderent nō erat pœna mortis indicta,

ſed

ſed tribus diebus noctibuſque continuis ędictum, vt circa defuncti corpus aſsiſterent, publica etiam cuſtodia aſtante, non enim iuſtum putabant eum priuari uita, qui vitæ filijs author fuiſſet, ſed potius cōtinuo dolore factiq; pœnitentia affligi quo cæteri à ſimili facto auerterentur, parricidis exquiſitam impoſuerunt pœnam, nam articulatim præacutis calamis cæſos, iubebant viuos ſupra ſpinarum aceruū comburi, maximum inter mortales iudicantes ſcelus, ei mortem per uim inferre, à quo vitam accepiſſes, autho. Diodo. ſicu. in lib. 2. rerū
165 Ant. c. 3. Apud Gręcos autem (referente Platone in Dialo. nono de leg.) homicida interfecti hominis gratia anno integro exul à patria, omnique regione procul uitam ducat, ſin uero qui interijt peregrinus fuerit a patria quoque peregrini annuo tēpore homicidia pellatur, hinc legi ſi obtemperauerit, genere proximus interempto, qui utrum paruerit oſtendet, illi veniam pręſtet, qui etiam prece ipſi reconciliatus, & æquus omnino erit ſin vero non obediuerit, ſed cū immundus ſit, templa Deorum petere ſacrificareque audeat, vel ſtatuto tempore vniuerſo non peregrinabitur, genere proximus interēpto, id iudicibus deferat, eumq; de cęde accuſet, et dupla omnia ſumat ab eo ſupplicia: qđ ſi proximus ille neglexerit, quaſi ſcelere in ipſum reuoluto, ipſo videlicet interēpto, paſsionē in illū cōuertente, a quolibet volente accuſetur, et quinq; annos Patria carere cogatur. Si peregrinus non ſponte peregrinum in ciuitate occiderit, eadem lege a volentequoq; id iudicibus deferatur, & ſimiliter iudicetur, ſin vero incola id fecerit, anno exulet vno quód ſi pereginus omnnino peregrinū, ſiue incolam ſiue ciuem necauerit, vltra pur-

gationem tota, & a regione in qua leges huiuſmo di dominantur, per omnem exulet vitā: ac ſi cōtra leges redierit, morte à legum cuſtodibus puniatur, & bona ſi qua poſsideat, proximo interfecti tradantur) hæc ille ex eodem, & Platone in phædro, vel de anima habes pulchre quam pœnam patiūtur homicidæ in inferno in hæc uerba [qui autem ſanabilia quidem peccata, ſed ingentia commiſerunt, veluti ſi qui contra Patrem, vel Matrem irati per uim aliquid fecerint, ſed pœnitentia ducti eos in cætera uita coluerint, uel qui ſimili quodam pacto fuerint homicidæ, eos in Tartarum quidem ne ceſſe eſt cadere, ſed ibi per annum commorati à fluctu eijciuntur, homicidæ quidem per cocitum parentum uerò uiolatores per Pyriphlegethontem. poſtquam uerò ab his delati fluminibus ad paludem Acheruſiam peruenerunt, clamant illic uocitātque eos, quos uel necauerunt, uel iniurijs affecerunt, ſuppliciterque rogant, atque deprecantur, ut eos permittāt progredi per paludem ibique abſolui, ac ſi impetrauerint, penetrant illuc, finemq;
166 malorum accipiunt, ſin minus queant perſuadere, referuntur in Tartarum, atque inde rurſus in flumina, neque per hæc mala deferri prius ceſſant, quā ab his quos affecerāt iniurijs, impetrauerint.]

Nunquid uerò potuerit, & poſsit Aliquibus in caſibus permitti homicidium? & concludunt omnes, quòd cum eodem iure diuino non ſimpliciter dicatur, non occides, ſed in aliquibus caſibus repe-
167 ritur diſpenſatum, vt Exod. 22. legitur [ſi effringens fur domum, ſiue ſuffodiens fuerit inuentus, & accepto uulnere mortuus fuerit, percuſſor non erit reus ſanguinis, ꝙ ſi orto ſole hoc fecerit, homicidiū perpetrauit, & ipſe moriatur. Et hoc prorſus

ſus ſeruatur apud Baioarios, apud quos ſi fur no-
168 cturno tẽpore captus ĩ furto,dũ res furtiuas ſecũ
portat,ſi fuerit occiſus,nulla ex hoc homicidĳ quæ
rela naſcitur.ita cauetur ſub articulo de furtis,& id
ẽt voluit Plato.Dialo.9.de leg.[qui noctu furẽ do
mum ſuam ingreſſum interemit,mundus ſit.] Et
noſtris quoque legibus permittitur furem noctur
num occidi, ſi parcere ei non potuit ſine periculo
perſonę occidentis & rerum ſuarum,ſecundũ opi-
nio.glo.in l.furem.ff.de ſicar. & multis alĳs caſi-
bus reperitur per ius diuinum diſpenſarum ſuper
homicidio,prout latè habetur per Doct.allegatos
in principio noſtræ principalis quæſtionis, ergo cũ
iſtud præceptum non ſit præciſum ſequitur quòd
lex ciuilis potuit & poteſt diſpenſare ſuper hoc.
Ego autem in hac re puto conſiderandum eſſe, ꝙ
aut quærimus an indiſtinctè poſsit permitti ho-
micidium,ut rem licitam,& tunc negandũ eſt poſ-
ſe permitti, dicitur enim Mathei. 5. [qui occiderit
reus erit iudicio,dictum eſt antiquis non occides.
Ego autem dico uobis non reſiſtite malo,] ergo
pro vita propria defendenda nec licet occidere,
Itẽ Paralip.28.prohibitus eſt Dauid ædificare do-
mum Domini, quia uir erat fundens ſanguinem.
Item Nu.25.ſurrexit phinees, &c. ibi dicit Orige.
(ędificauerunt Priorem populũ Domino, tibi aũt
qui à Chriſto redemptus es, gladius de manibus
ereptus eſt)ergo non licet Chriſtiano occidere, &
hoc non habet dubium, aut quærimus an poſsit
permitti homicidium contra maleficos,& certis in
caſibus ex cauſa,& tunc dicendum eſt quòd ſic,ha
betur enim Exod.22. (maleficos non patieris uiuẽ
re) præceptum eſt igitur ut interficiantur malefi-
ci, ſed præceptum non eſt præcepto contrarium er-

go

go hic non prohibentur occidi.Item 13. ad Roma. de iudice terreno(non ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt iudex in iram ei qui male agit(ſi ergo occidēdo maleficum,miniſter Dei eſt, non agit contra hoc præceptumItem Bea.Cypri. ſuper illud Deutero. 13.(ſi audieris in una de ciuitatibus tuis dicentes,eamus ſeruiamus Dijs alienis. interficiēs necabis omnes qui ſunt in ciuitate cæde gladij)cuius præcepti Mathathias primo Mach.2. interfecit illum qui ſuper altare ſacrificabat. quòd ſi ante aduentū Chriſti hæc præcepta ſeruata ſunt, quantòmagis poſt aduentū Chriſti ſeruanda ſunt? quando ille veniens nō ſolum verbis hortatus eſt nos,ſed & factis.Item Hier.ad Riparium. non eſt crudelitas crimina pro Deo punire, ſed pietas.unde Deutero. 13.(ſi frater tuus et amica,& uxor quę in ſinu tuo dormit damnare uoluerint ueritatem ? ſit manus tua ſuper ipſos, & effundes ſanguinem ipſorum.)Item ad Rom. 3. (nūquid iniquus Deus qui infert iram ideſt vindictam?) quaſi dicat,non, ergo nec ſimiliter iudex ſi inferatur per eius miniſterium.Item ad Roma. primo dicitur, (qui talia agunt digni ſunt morte)& 2.dicitur. (iudiciū Dei eſt in eos qui talia agunt)ergo ſecundum iudicium Dei digni ſunt morte.& 13.dicitur de iudice quòd Dei miniſter eſt,ergo quos Deus iudicauit ad mortem,debet iudex interficere, & illos maximè qui per legem diuinam adiudicati ſunt morti, ſicut di-
169 citur in Luc. 19.[inimicos meos qui noluerunt me regnare ſuper eos adducite huc, & interficite.] ſicque lex poteſt priuatis licentiam dare vt malefactores occidantur. Septimo adulterium inhibetur, vt originaliter habetur Exod. cap. 20. & Deutero.5.[non mechaberis.] Rurſus adulteran-
tibus

tibus imponitur pœna Exod. d. cap. 20. & Deutero.cap.22. [ſi mæchatus quis fuerit cum vxore alterius,& adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi ſui, morte moriatur, & mœchus & adultera] & Deute.27.[maledictus qui dormit cũ vxore proximi ſui,& dicet omnis populus Amen] & Sapien. cap.3.[filij adulterorum in confirmatione erunt, & ab iniquo thoro ſemen exterminabitur, & ſiquidem longæ uitæ erunt, in nihilum computabuntur,& ſine honore erit nouiſsima ſenectus] & ibidem cap.4.[ex iniquis qui naſcuntur, teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes in interrogatione ſua] & Eccleſia.cap.23.[mulier relinquens uirum ſuum & ſtatuens hæreditatem ex alieno matrimonio,primo in lege Altiſsimi incredibilis fuit, & ſecundo uirum ſuum dereliquit,tertio fornicata eſt,ex alio uiro ſtatuit ſibi,hæc in Eccleſiam adducetur, & in filios eius reſpicietur, non tradent filij eius radices.& rami eius non dabunt fructum,derelinquent in maledictum memoriam eius, & dedecus illius non delebitur.] Item Ioſeph. lib. antiquita.cap. 14. Nume.capit.5.[Adulteri fæmore dextro diſiuncto utroque putrefacto moriebãtur in legibus Moſaycis.] Nunquid autem leges poſsint aliquo caſu adulterium permittere? & omnes Doct. in principio noſtræ quæſtionis relati uidentur concludere quòd non, eò quia adulteriũ eſt adeò de ſe malum,ut nulla ratione colorari poſſit, ſicque permitti nequit, inquit enim Ariſto. 2. Ethico.6.[adulterium ſemper peccatum eſt,& delictum,nec conſideratur quo modo,& quo tempore factum ſit, nec aliquo modo poteſt colorari] in adulterio autem dupliciter contra caſtitatem, & humanæ generationis bonum aliquis delinquit,

primo modo in quantum accedit ad mulierem nō ſibi matrimonio copulatam, quod requiritur ad bonum prolis æducandæ, alio modo, quia accedit ad mulierem alteri per matrimonium copulatam,
171 & ſic impedit bonum prolis alienę ſecundum Sanct. Thom. 2.2.q.9.cap.54.artic.8. de parti. luxu. inquit enim Iſidorus in Epiſtola clemētorum. [ſ quid in omnibus peccatis eſt adulterio grauius? ſecundum namque in pœnis obtinet locum, quem quidem primum illi habent qui aberrant à Deo, & ſi ſobriè uixerint] Ioſeph. lib. antiquita. 3. ca. 14. dicit quod Moſes inter alias leges, adulterium omnino prohibuit, fælicisſimum eſſe credens viros circa thorum eſſe ſecuros, & ciuitatibus ſimul & domibus expedire filios eſſe ueraces. Nam inquit Plato in ſuis legi. audacter manifeſteq; dicamus non oportere, ut ciues noſtri auibus multisque belluis ſint peiores, permultos enim greges ipſarum uidemus integre ac caſte antequam procreandi tempus aduenerit viuere, ſed cum hanc ætatem attigerint, fœminę mari coniunctę, iuſte ſanctequein prima perſeuerantes amicitia, reliquam peragunt uitam. hinc Ariſto. Econo. primo. cap. 2. (nihil uerò magis ſuum eſſe uxoris, nec magis illi à viro præſtandum quam ſancta & intemerata ſocietas. Quapropter non decet hominem, ſanæ mentis, ubicunque contigerit ſemen exponere, ne de vilibus & iniquis, ſimiles liberis legitimis procreentur, ex quo vxor honore ſuo priuatur, & filijs iniuria fit, ac ſibi pro his omnibus dedecus incumbit.) & idem Ariſt. 7. Polit. 16. inquit. (coitus verò omnis alterius quam coniugis, pœnitus ſit interdictus, quandoquidē ſit et appellatur coniux. Et ex hoc dicto infertur, q ſi ab Ariſto. prohibetur

tur coitus alterius mulieris quæ nō ſit coniux, ergo quantomagis prohibetur coitus puerorū qui meritò ab eodē Ariſt. 7. Ethic. 8. et 2. P. 7. et 8. uocatur libido irrationalis coitus) & v. Ethi. 2. (Iubet lex ea quæ iuſta ſunt, & tēperantis, vt nō cōmitte re adulteriū, non flagitium facere, non eſſe falſidicum) & per Apoſto. 1. ad Corinth. 6. (erit pars eorū in ſtagno, ſulphure, & igne urenti.) & Oſeæ. 7. (omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccēſus.) Et plura incommoda quæ ex adulterio oriuntur, uide per Sil. nup. in principio operis, hinc Ioan. Chriſo. in ſer. de verbis Eſaię vidit Dominum homil. 3. in litera L. & M. (nouit & Solomon (inquit) peccatorum diſcrimem qui furtum cum adulterio conferens, ſic alicubi loquitur, non eſt mirum ſiquis depręhendatur in furto, furatur enim vt animam expleat eſurientem. ſed adulter ob inopiam ſenſus, exitium animę ſuæ conciliat, & illud inquit, peccatum eſt, ſed alterum minus, alterum maius, quôd alteri prębuerit occaſionem peccandi fames, alteri omnis adempta ſit excuſatio. Verum hic quoq; dixerit aliquis, compellitur naturali concupiſcentia. at non permittit elabi vxor, quę illi forte obtegit, ſed inſtat eripiens illi veniam ob id enim matrimoniū & huius legitimus uſus permittitur, ne quid horum excuſare poſsit maritus, hanc ob cauſam data eſt illi adiutrix, vt efferueſcentem naturā coerceat, & concupiſcentiæ fluctus ſedet. Itaque quemadmodum gubernator in portu faciens naufragium, haud quamquam vllam impetraret veniam, ſic nec is cui conceſſum ſit quo lapſus effugiat, tamen aliena perfodit matrimonīa, aut qui quamcunque fœminam curioſis aſpicit oculis, habere quicquam poſſet quo ſemet excu-

ſet,

ſet,nec apud homines,nec apud Deũ,etiam ſi decies millies allegarit naturæ voluptatem) & paulo inferius inquit(malum eſt furtum, ſed adulterio minus,quamquam & ipſum eſt malum) & in ſermone carnis cõcupiſcentias ne ſectemur.in litera. D. (quid ſemen iacis unde nihil es demeſſurus? Quin etiam ſi meſſem feceris,ad ignominiam tibi nec mediocrem,futurus eſt fructus. Siquidem ex adulterio naſcitur,& tibi dedecus,& ſibi iniuriam parit,nothus effectus & degener , adeo ut ſi uel amplo per te relicto patrimonio abundet, tum domi,& urbicis actionibus,tum in foro iuditiario ex adultera vel ſerua.natus honore carebit . quo itẽ ipſe uel uiuens mortuus priuabere.ſin mortem obieris,extabunt tibi ad ignominiam monũmenta) & paulo inferius (hic poſtmodum idolorum ſeruitus emanat,cum plæreque vt magis adamentur , & carmina machinatur,& vina ſacrificijs fundũt,
172 & amatoria medicamenta, & alia nonnulla cõponunt. Cum hac tamen ac tanta rerum colluuione & fœditate his cœdibus, hac demoniaca ſeruitute,quam multi ſibi ad utilitatem cœdere id negotij arbitrantur,& hi maxime quibus vxores ſunt, quod minus eſt ex abundanti malorum & concurſu tollerabile, mox etiam ueneficia non in adulteratam,ſed in affectam iniurijs coniugem intẽtant. accedunt præterea inſidiæ plurimæ, demonum inuocationes,deſumptaq; ex mortuis vaticinia, quotidie diſſenſiones,& ſine inducijs bella, & propinquorum diſcordiæ)hinc Ouid. de arte amandi.

Nupta virum timeat,rata ſit cuſtodia nuptæ.
Hoc decet,hoc leges,iuſque pudorque iubent.

Et Orat.lib.3.carm.Odæ.6.

Fœcunda culpæ ſecula,nuptias,

Primum

Primum inquinauere, & genus & domos.
Hoc fonte deriuata clades.
In patriam populumque fluxit.
Et Iuuenal. Saty. 6.
Turpe & adulteriũ mediocribus hęc eadẽ illi.
Omnia, quũ faciant hilares, nitidique vocantur.
Et Tibull. lib. 2. Epiſt. 3.
Ah pereat, didicit fallere ſi qua uirum.
Et Hiero. matri & filiæ (qui luxuriatur viuens mortuus eſt, & ferreas mẽtes libido domat) & idẽ in Epiſtol. co' quam acerbus fructus luxuriæ amarior felle, crudelior gladio.) & idem [ó ignis infernalis luxuria, cuius materia gula, cuius flamma ſuperbia, cuius ſintillæ praua colloquia, cuius fumus infamia, cuius cirus immunditia, cuius finis gehẽna] & Grego. in moralibus [ex quo luxria ſemel mentẽ alicuius occupauerit vix eum bona cogitare permittit. ſunt enim deſideria viſcoſa, quia ex ſuggeſtione oritur cogitatio, ex cogitatione affectio, ex affectione delectatio, ex delectatione conſenſus, ex cõſenſu operatio, ex operatione conſuetudo, ex conſuetudine, deſperatio, ex deſperatione, peccati defenſio, ex defenſione gloriatio, ex gloriatione damnatio] & 21. Moral. idem [quęlibet alia fiant bona opera, ſi luxuriæ ſcelus non abluitur immenſitate huius criminis obruuntur] & multa quoque de grauitate huius ſceleris deſcribit Tiraquel. in tracta. de legi. conu. in 1. 2. libr. nu. 8. & 9.

173 Circa pœnas imponendas adulteris quam variæ in diuerſis mundi partibus ſit ſtatutũ, pulchre habes relatum, per And. Tiraquel. in eod. lo. 12. l. in prin. & quę poſ int fieri circa mutationem pœnæ, ſatis ex prædictis perpendi poterit.

174 Nec credas adulterium ſolũ hoc pręcepto prohiberi,

hiberi,ſed omnem coitum prorſus uetari, atque
inhibitum eſſe ſcias.ſecundum Auguſtin. omnem
autem coitum per ſeptem differentias nota. ſ.for-
nicationem, meretricium, adulterium, ſtuprum,
ſacriſegium,inceſtum,& peccatum ſodomiticum
& ſecundum Aſteſa.in ſua ſumma,lib. 1. titu. 31.
poteſt addi octaua differentia. ſ. libidinoſus coy-
175 tus cõiugalis. Qui quidem coitus coniugalis
ſecundum eundem alius eſt licitus,alius fragilis,
alius impetuoſus. Licitus eſt triplex.ſ.uel cauſa ſu
ſcitandæ prolis ad cultum Dei; uel cauſa redendi
debitum, uel cauſa fornicationis vitandæ. primus
eſt theuſebiæ uirtutis.ſ.pietatis quæ ordinat ad cul
tum Dei, ſecundo iuſtitiæ, tertio cautelę, & in his
dicunt omnes magiſtri, nullum eſſe peccatum,fra
gilis verò determinatur qui ex fragilitate perue-
nit, & in vxorem fragilem delectationem quęrit,
quia non cauſa prolis, nec cauſa reddendi debitũ,
nec cauſa fornicationis uitandæ, ſed cauſa delecta
tionis talis in coniuge, & in hoc diſtinguunt magi
ſtri, nam aut amor illius delectationis præponitur
Deo,aut poſtponitur,ſi præponitur cõſtat eẽ mor
tale peccatum, ſi poſtponatur Deo, ita ꝙ Deus
ſemper plus diligatur,& tunc uenialiter peccatur.
impetuoſus dicitur qui ex ſola libidine proueniẽs
metam honeſtatis,& rationis tranſcẽdit & ſic ſem
per eſt mortale.Hoc autem quinq; modis contin-
gere poteſt. primo ſi fit cauſa faciendæ libidinis
propter blanditias meretricias,ſecundo cum fit cõ
tra naturalem modũ,tertio cum fit tempore pro-
hibito,quatro cum fit in loco prohibito,quinto cũ
acceditur ad prægnantem partui uicinam, vel
176 quæ eſt in fluxu menſtruo. Simplicem autẽ
fornicationem eſſe peccatũ mortale, hac ſequenti
ratione

ratione probat ſanc. Thom. 2. 2. q. 154. arti. 2. (omne peccatum (inquit) quod cōmittitur directè contra uitam hominis eſt mortale, fornicatio autē ſimplex importat inordinationem quæ uergit in nocumentum uitæ eius, qui ex tali concubitu eſt naſciturus. videmus enim in omnibus animalibus, in quibus ad educationem prolis requiritur cura maris & fœminæ, ꝙ in eis non eſt uagus concubitus ſed maris ad certam fœminam unam, uel plures, ſicut patet in omnibus auibus, ſecus autem in animalibus in quibus ſola fœmina ſufficit ad educationem fœtus, in quibus eſt uagus concubitus, ut patet in canibus & huiuſmodi alijs animalibus. Manifeſtum eſt autem quòd ad educationem hominis non ſolum requiritur cura matris, à qua nutritur, ſed multò magis cura patris à quo eſt inſtruēdus & defendendus, & in bonis tam interioribus quàm exterioribus promouendus, & ideo contra naturā hominis eſt, quòd utatur uago concubitu, ſed oportet quòd ſit maris ad determinatam fœminam, cum qua permaneat non per modicū tēpus, ſed diu, uel etiam per totam uitam, & inde eſt quòd naturaliter eſt maribus in ſpecie humana ſolicitudo de certitudine prolis, quia eis imminet educatio prolis, hæc autem certitudo tolleretur ſi eſſet vagus concubitus, hæc autem determinatio certæ fœminæ matrimonium uocatur, & ideo dicitur eſſe de iure naturali, ſcilicet quia concubitus ordinatus ad bonum comune totius humani generis. vnde cùm fornicatio ſit concubitus uagus, utpote prę ter matrimonium exiſtens, eſt contra bonum prolis educandæ, & ideo eſt pecatum mortale, nec obſtat ſi quis fornicando aliquam cognoſcens, ſufficiēter, prouideat proli de educatione, quia id quod

cadit ſub legis determinatione, iudicatur ſecūdum id quod communiter accidit, & non ſecundum id quod in aliquo caſu poteſt accidere.Hæc ille.cogitā ſi dici poſſet, ꝙ attentā hac ratione concubinatus non eſſet mortale peccatum, quando retineretur concubina in ſcemate concubinæ,quod eſt falſum, nam licet actus ſit naturalis,qui eſt in coeunte fornicario modo, ad differentiam eius qui eſt contra naturam, nihilominus prout eſt peccatum contra naturam, peccatū enim eſt auerſio ab eo quod eſt ſecundum naturam in id quod eſt pręter naturam, ut dicit Dama. vnde contra naturam dicitur dupliciter, contra naturalem concubitum, qui eſt maris cum fœmina, & hoc modo poteſt dici ſecūdum naturam, alio modo dicitur contra naturam id eſt contra naturalem habitudinem ad bonum gratiæ uel virtutis, & hoc modo dicitur peccatum mortale eſſe contra naturam, corrumpit enim bonum naturæ, quod eſt ſpeciei, modi & ordinis, ſecundum Alexand.de Ales. par. 2. q. 164. memb. ſecundo, ut infra uidebimus, & inquit Auguſti. in Deutero.32.c.4. (meretrices(inquit)eſſe & ad meretrices accedere prohibet, dominus quarum publicè uenalis turpitudo eſt, in Decalogo autē Męchiæ nomine non uidetur hoc aperte prohibuiſſe, quoniam męcha non niſi adulterium intelligi ſolet (idem ſuper Exod. Cainis Męchia etiam fornicatio dicitur in ſcripturis,ſed vtrum omnis fornicatio męchia dici poſsit in eiſdem ſcripturis non mihi interim occurrit locutionis exemplum, ſed ſi omnis fornicatio etiam męchia dici non poteſt, ubi ſit in Decalogo prohibita illa fornicatio quam faciunt qui uxores non habent cum fœminis, quæ viros non habent? an inueniri poſsit ignoro, ſed ſi furti nomi-

nomine bene intelligitur omnis illicita uſurpatio rei alienæ, non enim rapinam permiſit qui furtum prohibuit. Sic vtique à parte totum intelligere uoluit, quicquid illicite rerum proximi aufertur, profectò nomine mœchiæ omnis illicitus concubitus atque illorum membrorũ non legitimus uſus pro-
177 hibitus debet intelligi.) Cur ergo canones & leges permittant meretricium, ſeu tolerant, (poſtꝙ vt uidere licet iure diuino prohibetur, ut peccatũ mortale) an id quoque licite fecerint facereue potuerint uideamus. & primo videamus, quæ primo meretricia reperiſt, & ſunt qui dicunt, ſicuti ſunt Poetæ, Venerem hæc meretricia reperiſſe, ut refert Gulie. à Benedict. in cap. Rainutius. in verbo duas habens filias. nu. 29. hinc Auguſti. in lib. de ciuita. Dei. cap. 10. refert ꝙ mulieres phenices offerebant deæ Veneri de lucro & fructu ex coitu ipſarum filiarum, quas in loco publico proſtituebant, prius quàm maritarentur, & etiam Cipriæ virgines ad
178 littora mittebantur, ut nauigantium uterentur conſortio & concubitu, ut ſic futuræ caſtitatis ſuæ limamenta Veneri exoluiſſe uiderentur, et pro ſuis nuptijs quæſiuiſſe dotes, in hoc illam Deam venerandam, & quæ ex deabus gentilium ueherandiſſima habebatur, non ſolum apud Cipros, ubi orta & enutrita fuerat, ſed etiam apud Romanos eo quod formoſiſsima haberetur, quæ in tam grandem luxuriæ pruritum uenerat, ut omnem decoris ſui claritatẽ crebris fornicationibus maculauerit: viuendoque in proſtibulo uoluptatibus etebatur.
179 Hinc Venerem ex mari conceptam ſcriptores referunt, vt dicit Ouidius in Epiſt. ad Helenam de Venere loquens.

In mare nil mirum, ius habet orta mari.

Et in Dido ad Aeneam,

Quia mater Amorum
Nuda cytheriacis edita fertur aquis.

Et in Epiſto. Herus ad Leandrum,

Quid timeas non eſt, auſo Venus ipſa fauebit
Sternet, & equoreas equore nata vias.

Et hoc ideo ſcriptores dicunt,quia Venus fuit libi-
dinis appetentior propter modum humidi, ꝙ in
ipſa erat quo facilè ad omnem formabuntur petu-
180 lantiæ cauſam,at Plato in cōuiuium uel de amo-
re, in Pauſaniæ collauda. fingit duas eſſe Veneres,
vnam quandam antiquiorem eſſe, & ſine matre
Venerem Cœlo natam,quæ cœleſtis Venus, alte-
ram uerò iuniorem e Ioue & Diana progenitam,
ex qua vulgaris cōmuniſq; amor procedit, ex pri-
ma amor honeſtus & licitus, ex ſecunda autem is
amor procedit quo praui abiectiq; homines amāt.
amant porrò fœminas nō minus quàm maſculos,
et corpora magis quàm animos, et ſine mente ho-
mines,potius quàm prudentes. ad explendum ſa-
181 ne deſiderium inhiant, honeſte uerò nec ne ex-
pleant, omnino non curant (ut uerbis eius utar)
idemq; Plato in loco de quo ſupra in Ariſtophani
lauda.fingit,principio tria hominum genera fuiſſe
non ſolum quæ nunc ſunt mas & fœmina, uerum
etiam tertium quoque fuiſſe ex utriſq; compoſitū,
Androginum tunc dictum, & ſpecie & nomine
maris & fœminæ ſexu commixtum, ꝙ quidē ter-
tiū genus in duas partes Iupiter ſecauit, adeo quiſ-
que noſtrum dimidium hominis eſt,utpote ſectus,
quemadmodum piſciculi qui pſectæ uocātur, ſciſsi
ex vno duo efficiuntur, quærit autem ſui quiſq; di-
midium.Quamobrem quicūq; ex viris promiſcui
generis portio ſunt,ꝙ olim Androginum uocaba-

tur, mulieroſi ſunt, adulteriaq; utplurimum ex his patiantur, ex hoc ſane genere mæchos originem ducere inquit, rurſus quæcūq; mulieres virorum cu pidæ mæchæq; ſunt, hac ſtirpe naſcuntur) hæc ille, adde ꝙ And. Alc. in l. maſſurius. ff. de verb. ſig. dicit, ꝙ Solon primo meretricum uſum iuſtituit, vt refert Hiero. Gig. in tract. de crimi. læſæ maie. lib. 2.
182 q. 13. Leges autem & canones quibus meretricia permittantur, ſeu ſaltem tollerentur: ſecundo loco uideamus, & licet iure diuino prohibeantur meretricia, vt Deutero. 23. [nō erit meretrix de filiabus Iſrael, nec ſcortator de filijs Iſrael] & Aug. ſuper illud Deutero. dicit, ꝙ ad eas prohibet accedere, quarum publice uenalis eſt turpitudo, & hæ ſunt meretrices. tamē tex. in l. ſi ea quæ. C. de adul-
183 te. voluit non puniri quem de adulterio, ſi cognouerit mulierem, quæ paſsim uenalem formā exhibuit, ac proſtituta meretricio more vulgo ſe præbuit, licet text. in l. ſi uxor. §. nec enim ſoli. ff. eod. tit. voluerit teneri illum ac poſſe de adulterio accuſari, licet uenalis fuerit coitus cuius timore glo. in d. l. ea quæ. dicit text. illum non debere intelligi de meretrice coniugata, ſed de alia, & licet ibi dicatur ꝙ adulterij crimen ceſſat, & ſic prima facie uideatur text. intelligi de vxorata, quia adulterium non cōmittitur niſi in nuptam, nihilominus intelligitur de ſtupro, quia quandoque vnum pro alio ponitur. et idem facit glo. 1. in l. quæ adulterium. C. eod. titu. ſed miror glo. nō aduertiſſe ꝙ adulterium eſt quid generale, nedum trahendum ad fornicationem, ſeu
184 coitum qui committitur cum uxorata & virgine, ſed cum quauis muliere de ſui proprio ſignificatu. Nam adulterare verbum, a nomine [adulter] deriuatum eſt, arte aliqua quidpiam pro vero

aſsimulare, atque ita rem ſinceram corrumpere, ſolent autem merces adulterari admixtione rei alicuius quæ ueræ rei ſimilitudinem habeat. Plin. lib. 12, cap. 7. 3. [piper longum facillimè adulteratur Alexandrino ſinapi.] & Plau. Bachid. 5. 34. [adulterare rebus exteris adulterinum, & non eum eſſe ſimbolum, quotque innocenti ei dixit contumelias? Adulterare eum aiebat rebus exteris] vbi interpres, adulterare rebus exteris, id eſt fraudem inijcere rebus alienis; adulterare etiam per translationem dictum, ut adulterare iudicium pro corrũpere. Cice. de amici. 77. quum autem omnium rerum ſimulatio eſt uitioſa [tollit enim iudicium ueri, idque adulterat] tum amicitiæ repugnat maximè. Adulterium quoque committere, quandoque ſignificat latrocinari & fraudare, ſecundum Ciceronem 1. offic. 178. Adulterium etiam per Metaphoram dictum ſecundum Plinium lib. 9. cap. 40. iuuatq; ludere impendio, & luſus geminare miſcẽdo iterum, & ipſa adulterare adulterio naturæ, ſicut teſtitudines tingere, argentum auro confundere, vt electa fiat addere his æra, ut Corinthia. Eadem ratione dicuntur arborum adulteria, hoc eſt inſitiones. idem lib. 17. cap. 1. 8. ob hoc inſita, & arborum quoque adulteria ſunt, ut nec poma pauperibus naſcerentur quòd inſita propriè dixerat, figuratè dixit arborum adulteria, lex Iulia inſuper ſtuprum & adulterium promiſcue, & Græci appellant. Sed proprie adulterium in nuptam committitur, propter partum ex altero conceptum, cõpoſito nomine, ſtuprum uerò in virginem uiduãq; committitur, nec immeritò lex Iulia hæc duo promiſcue' appellat, non ꝙ omne ſtuprum ſit adulterium, ſed ꝙ omne adulterium ſit ſtuprum, ſicque

dum

dum tex. dicit ceſſare crimen adulterij, poteſt intelligi, ceſſare corruptionis crimen, de cuius ueritate infra diſcutiemus. Ad rem autem unde diggreſsi ſumus reuertendo glo. in d. l. ſi vxor. §. nec enim ſoli, alio modo intelligit, nam dicit tex. in l. ſi ea quæ, & in l. quæ adulteriū debere intelligi de ea meretrice quæ fuit ante matrimoniū meretrix, & facto matrimonio nec deſiit meretricari: tex. autem in d. §. nec enim ſoli loquitur de ea meretrice quæ licet ante contractum matrimonium fuerit meretrix, tempore tamen contracti matrimonij deſiit meretricari, unde adulterium cum ea commiſſum puniri debet, & hanc opinionem uidetur tenere Saly. in d. l. ſi ea quæ, ſed in d. l. quæ adulterium dicit poſſe concordari opiniones Doctorum tenentium quód adulterium non cōmittitur cum meretrice, & gloſſarum tenentium quód puniatur, ut opinio gloſſarum intelligatur in muliere quæ meretricio more incipit uiuere, & in ſciente eam coniugatam, non ignorante, ſed poſt initiatum meretricium quilibet debet excuſari, quia in meretricem tunc dicitur commiſſum, & eo caſu procedat opinio. Docto. ſed Angel. in d. l. quæ adulterium, dicit ꝙ mulier quantuncunque uulgaris, & meretricio more uiuens in ſeipſa committit Adulterium punibile, ſi eſt nupta, quia non licet ſibi per aſſumptionem tam impudicæ uitæ, uirum ſuum affligere dolore, ut l. ii uxor. §. 1. ff. eod. titu. non tamen eſt punibile in habente acceſſum ad eam, quia Acceſſus ad meretricem non eſt reprobatus à iure. l. verum. ff. de fer. & ita tenet Boer. in lib. les conſtumes de tous, fol. 45. ſi uero nupta non eſſet, tunc excuſatur à pœna ſtupri. & iſte eſt intellectus. l. quæ adulterium, & l. ſi ea ſecundū Angel. ſupra. & ſunt

formalia verba ſua,& ita dicit ꝙ obſeruat conſue tudo.in d.l.ſi ea,& idem per omnia tenuit in l.vnica.C.de rap.vir. quem ſequitur ad literam. Affli-cta in conſti.legum aſperitate in 2.no.ver. & ſcias vnum no. uerbum, qui allegat per concordantia Bar.in l.mater.§.mulier.ff.de adulter. ſed ibi potius dicit contrarium,quia dicit,quòd non euitatur pœna adulterij,ſed ſtupri ſic, & idem Bart. in l. ſi uxor.§.nec enim Saly. tenet quòd text.in d.l.ſi ea quæ,& tex.in l.quæ adulterium procedit in ea quæ conſtante matrimonio non deſiit meretricari, & tex.in l.ſi vxor.§.nec enim ſoli,loquitur de ea quæ fuerat meretrix, tamen conſtante matrimonio,effecta eſt honeſta. capit.autem in deciſio.44. in cauſa conſtante,tenet opinio.Ang. ſimpliciter, & quòd mulier meretrix poteſt a patre uiro, & alijs propinquis,accuſari,non autem ab alijs, & hoc refert tenuiſſe Io.de Ana.in c.1.de adul. Pau. uerò Gril. in tract.de pœn.om.co.in uerbo ſexto declaranda ſuccedit quæſtio adulterij,tenet opinio. Saly. uidelicet ꝙ ſi meretrix deſiit meretricari, & erat effecta honeſtæ vitæ, & tunc coitus habitus cum illa erat punibilis de adulterio, ac ſi nunquam fuiſſet meretrix, aut iam incæperat iterum meretricari,& reuerti ad veterem impudicam uitam, & iſto caſu non punitur de adulterio, ſed de ſimplici fornicatione,quæ etiam de iure canonico eſt punibilis, bene punitur.22.q.4.meretrices, cuius pœna erit ſolum ſuſpenſio in clerico.c.fraternitatis.24.diſtin. laicus autem excommunicatus quocunque modo illam cognouerit,aut in actu fornicationis, aut in forma adulterij,vt in c.2.de adulte. & 28.q.1.ſiquis Epiſcopus,& ita etiam tenet Ioã.Ber. Diaz. Hiſpa.in pra.cri.cano.in uerbo adulteri,licet dicat.

quòd

quod credit eo caſu clericum nō eſſe ita acriter puniendum, ſed idem Paul. Gril. ibi in no.q. dicit ꝙ in foro conſciētiæ meretrix illa punitur ſeptennali pœnitentia, uel forſan minori arbitrio ſacerdotis. 33.q.2.hoc ipſum & 22.q. 1. prædicandum in foro contentioſo, de iure canonico clericus puniebatur prius pœna depoſitionis & priuationis, ut 82.diſt. præsbiter. hodie tamen eſt minor. ſ. ſuſpenſionis, aut pecuniaria, ſecundum Abba. in c. ut clericorum de uit.& hone.cle. 12.col. laicus aliter punitur arbitrio iudicis, quandoque pecuniaria, quādoque alia, & hoc de iure canonico, ſecundum Abba. in d.c. ut clericorum ſed de iure ciuili eſt impunibilis ille coitus, ut ſupra dictum eſt, intelligendo ut ſupra. quid igitur dicendum? uidetur dicendum, quod ſi meretrix ſit maritata, quod committatur adulterium punibile, nam idem iudicandum eſt, de meretrice, ſicut de quauis honeſta muliere, ut notabiliter dicit Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de iniur. & dam. da. in rub. per teſt. not. in l. ſi uxor. §. 1. ff. de adult. quem ad hoc dicit ſingu. Lud. Ro. in l. ſi uero. §. de uiro in 2. fal. in prin. ff. ſol. mat. Alexan. & Iaſ. in l. plerique in fi. ff. de in ius uoc. Barb. in c. lator de pig. cum quibus concordat Angel. in tract. male. in uerbo che hai adulterato fo. antepe. & Io. Bap. Caccia. in tra. de fu. debito. q. v. pro quo facit uiua ratio, nam clarum eſt, ꝙ propter conſeruandum pudorem mariti, & legem matrimonij, lex permiſit ꝙ filij nati ex uxore adultera, cenſerentur geniti ab ipſo marito, & non ab amaſio propter uelamen, & fauorem ſacramēti matrimonij, quod omnia uetera crimina dicitur delere, ut in c. quemadmodum de iur. iur. & cap. inter de ſponſa. & eſt caſus ſingularis in l. miles. §. defuncto. ff. de adult.

nam

nam licet illa mulier eſſet meretrix, & quis committat coitum cum ea,non eſt quin non fiat iniuria marito,quæ in tali caſu grauior quam mors reputatur.l.iſti quidem.ff.quod met. cau. l. codicillis.§. matre,& ibi Bar.ff.de leg.2.pro quo facit dictum Bal.in compendioſa ſua in rub.de quæſt. uerſi. 14. ubi uoluit ꝙ ſtatutum dicens ꝙ meretrix poſsit impune offendi,nõ habet locum in meretrice maritata & latè habetur per Gomeſ.in c. mulieres de iudi.nu. 14.cum ſequen.nec eſſet ſatisfactũ marito ꝙ puniretur de adulterio ipſa mulier, non autem accedẽs ad eam,ut dicit Ang.ubi ſupra,& fortaſſe de iure uerior uidetur opinio Salyc. & niſi opinio Angel. fuiſſet approbata in ſacro Regio conſilio Neap. tenerem eam pro nunc autem tranſeo cum
185 opinio Ang. An autem(ut ad principalem noſtrum intentum reuertamur) fieri potuit ut permitteretur meretricium? & certe dicit Hoſtien.prout refert domi.Abba.in cap.inter opera de ſponſa.ꝙ licet meretricium ſit à iure diuino prohibitum,& ſit peccatum mortale,tamen ad euitandum maius malum ab eccleſia diſsimulatur. exemplo enim Loth.mouetur qui (ut legitur Gene. c.19.) uolentibus illis de Sodoma coire cum Angelis qui in forma iuuenum uenerant ad eum, dixit) ne quæſo fratres mei malum hoc committatis, en ſunt mihi duæ filiæ,quæ uiros nõdum ſunt expertæ, quas ad uos educam, agite cum illis quod libitum fuerit, modo uiris illis nihil faciatis) malorum enim minima ſunt petenda,ut inquit Ariſto.2. Ethico.9. & 3. c. 1. dicit non eſſe uoluntaria ea quæ fiunt ad euitandum maiora mala, & licet lex non puniat,
186 non tamen dicitur permittere. Illud idem quidem mirandum eſt,de quo in text, in l, uerum.ff. de

de fur. inquantum uoluit eſſe adeo impunitũ concubitum cum meretrice, ꝙ etiam ſi meretrix indu ceretur per uim, & violentiam ad concubitum, nõ tamen punitur vis illa, nec etiam datur iniuriarum actio, vt dicit text. in l. item apud labeonem. §. ſi quis virgines. ff. de iniur. adde tamen ꝙ Guliel. de Bene. in re. c. Raynutius in verbo qui cum alia matrimonium contrahens. nu. 268. tenet quod etiã de iure ciuili vis in meretricem capitaliter punitur. in quo quidem ſatis errare iure conſultos conſtat: licet enim iureconſulti minime inſtructi eſſent lege diuina & euangelica, in qua etiam ſimplex fornicatio eiſet peccatum mortale, nihilominus creditur
187 eos fuiſſe philoſophia plenos, & edoctos qua quidem concubitus omnis præter uxorium, pœnitus improbatur, teſte Ariſto. Polit. 7. c. 16. & diuinus ille Plato de leg. ſeu legum lator: hanc legẽ tulit (ſiquis autẽ alijs mulieribus cõmiſceatur quã cũ his quæ cum alijs ſacratiſq; nuptijs domum venerunt, emptis videlicet, vel alio quocunq; modo acquiſitis, niſi viros ſimul mulieresq; omnes lateat, infamis lege, omnibuſque ciuitatibus honoribus, ceu peregrinus aliquis priuatus ſit) & Rex Abima
188 lech nulla diuina lege inſtructus (cum nec dum lata eſſet) nec humana alia quauis edoctus, ſed natura cognouit peccatum graue cõmitti ex coitu præter vxorium, vt legitur Gene. cap. 20. in hæc verba (quid feciſti nobis, quid uero in te peccaui, ꝙ adduxiſti ſuper me et Regnũ meũ peccatum tam grande?) loquens de peccato quod conabatur committere in vxorem Abraham, nec poſſunt iureconſulti ſoluere ꝙ id fecerũt ad euitandum maiora mala, ſeu quia videbãt non in totũ poſſe coitum cohibe ri, quia reſpondetur qđ debebant ſaltim quo ad ſe

ipſos erat, fere legẽ qua prohiberetur omnis coitus præter vxorium, quia ſic, vnum alterum ſequebatur, quod aut homines abſtinerent ſe ab eo. aut ſi non abſtinerent, ſaltim tam ſecrete coirent, vt nec alij homines ſcirent, & eſſe minus malum, vt dicit idem Diuinus Plato in loco ſupra citato.
189 Et ſi forte ſemetipſos defenderent, quod licite permiſerunt ſeu tollerauerunt coitum meretriciũ, quomodo ſe defendẽt quod uis illata meretricibus ſit impunibilis, cum id nec lege naturæ nec Diuina, aut humana colorari poteſt lege enim naturæ id non perſuaderi poteſt, quia violentum eſt præter naturam, ſecundum Ariſto. in lib. v. de gene. anim. cap. vltimo. uiolentiæ enim intentio non eſt, niſi vt res moueatur contrario modo ſuæ naturæ. 3. Cœl. commenta. 18. & elicitur ex tex. Natura. n. non patitur coitum fieri, niſi uolente muliere: hinc animalia id a natura habent, ut prius quam ad coitum accedant inuicem oſculentur, & blanditis ad id inducantur, ut eſt uidere in columbis, quæ (ut experientia docet) antequam ad coitum procedant inuicem oſculantur; teſte Ariſtot. in libr. 6. de natu. anima. 2. canes uero ſexto menſe poſtquam pepererũt coeunt nec antea canes mares ad coitũ fœminas cogunt, teſte eodem Ariſtot. eod. lib. 5. c. 20. licet ex aduerſo dici poteſt quod lupi fœminæ natura libidinoſæ, & ſalaces, mares ad coitum fræquenter alliciant, inuitent, cogant, atque puniant etiam niſi pareant, ut per eundem Ariſto. lib. 5. ca. 2. de natu. anima. & tauri iuniores uaccam ſæpius legant, & pluries petant, ac ſuperueniant vigore ſuæ ætatis, teſte eodem Ariſtot. eod. lib. 6. cap. 21. communiter tamen etiam generaliter animalia non coeunt niſi ſponte & non per vim. Et quod
id na-

id natura neceſſario dictet, alia ratione id clarum eſſe conſtat, nam ius naturale, ſecundum Cicero. proprie & recte, eſt ratio ſumma inſita in natura, quæ iubet ea quæ facienda ſunt, prohibet quæ cõ traria, & Apoſto. ad Roma. 2. hoc modo collegit: eſt in gentibus conſcientia factum accuſans, vel defendens, eſt igitur lex. quaſi dicat. Conſcientia cuilibet indicat, num bene an male fecerit, etiã ho mini plane agreſti, & indocto. amicitia enim vel amor qui ex contrarijs proficiſcitur, dura eſt & aſpera, & ſæpe uicisſitudinẽ in nobis non habet, quę vero a ſimilibus placida, cõmuniſq; per vitã, ſecundum Plato. in Dialog. 8. de legi. nulla igitur ratione perſuaderi poteſt, quod licite fieri poſsit vis meretrici pro coitu, & quod id puniri non de-beat. inquit enim idem Plato. libr. 24. in Gorgias vel de Retho, quod inferre iniuriam malorũ om-
190 nium maximum eſt, uim autem inferre iniuria eſt, vt. l. lex Cornelia. ff. de iniur. & ipſimet iurecõ ſulti in l. 1. ff. quod ui aut clam, ſtatuerunt habere locum illud interdictum, ſi aliquid factum eſt per vim ab aliquo habente etiam ius faciendi id ꝙ facit, tamen propter vim illatam competit illud interdictum, conſiderantes vim inferre non eſſe de ſe rationi conſentaneum, Hinc Diuinus ille Pla to. Dialo. x. de leg. in principio inquit. (cõmunis lex illa de omni ui ſanciatur, vt nemo ferat aſpor tetque rem alienam, aut vicini re ulla vtatur niſi poſsidenti antea perſuaſerit, hinc. n. mala omnia dependerunt, dependentque iam, & in poſterum dependebunt) Coitus enim ex mutuo amore, mu tuaue affectione prouenit, nec eſt rationi conſonũ
191 quod quis amare cogatur ſi nolit, dicitur, enim coitus a coeo cois, coiui coitum, ideſt ſimul ire, cõ-

uenire

uenire ſecundum Teren. in Eunuch. 3. 4. 1. (heri ali quod adoloſcentuli coimus in piræo) hinc Plato lib. 25. in conuiuium, uel de amore, in eryximachi collau. (nunquam enim ex graui, & acuto dũ diſcrepant, harmonia conflatur. harmonia namq; concentus eſt, concentus uerò concordia quędam, concordia autem ex diſcrepantibus donec diſcrepant, fieri nunquam poteſt, quod uero diſcrepat, neque eſt concors. concinere nequit. Quemadmodum Rhithmus ex veloci, & tardo antea diſcrepãtibus, poſtea uero concinentibus conſtituitur, & quemadmodum humoribus medicina concordiã, ita vocibus muſica conſonatiam tribuens, amorem, conſenſumque mutuum gignit) & Marſi. Fici. in ſuis commenta. in conuiuium Plato. de amore, cap. 8. & lib. primo Epiſto. de amore loquens ſic inquit (ſi vſque adeo liberum præcioſum eſſe vt neque velint, neq; ualeat alio ullo emi uendiue pretio, quam ſeipſo, quod intelligens Plin. in Panegirico, habes (ait) amicos, quia amicus ipſe es, neq; te ut alia ſubiectis, ita amor imperatu, neq; eſt vllus affectus tam erectus, & liber. nulloque ſubiici iugo patiens & dominationis impatiens, nec qui magis vices exigat (lege etiam diuina id perſuaderi non poſſe, ſat habes ex prædictis, lege etiam humana nec id rationabiliter fieri poteſt:

192 Concordia enim omnia recte fiunt, & in vnaquaque re concordia requiritur, hinc Marſi. Fici. in commen. Plato. in cap. 3. ſic inquit, (Accedit ꝙ artifices in artibus ſingulis nihil aliud quàm amorem inquirunt & curant. Quid enim aliud medicina conſiderat, quàm quomodo humores quatuor corporis amici inuicé fiant, atq; permaneat? Quos cibos ac potus, cęteroſq; uiuẽdi, aut medendi uſus

amet

amet natura atq; requirat(in gimnaſtica et exercitatione inueſtigandū, qui corporis habitus, quos exercendi modos,quos geſtus amet, & poſtulet? in agricultura quod ſolum,quæ ſemina, qualemue culturam exigat?quiſue colendi modus a ſingulis arboribus diligatur ? idem in muſica obſeruatur cuius artifices,qui numeri,quos numeros,aut magis,aut minus diligant, inueſtigāt, ij inter vnū ac duo, atque vnum & ſeptem minimum amorem inueniunt.inter vnum uero,tria,quatuor,quinque, ſex,amorem vehemētiorem reperiunt, inter unū et octo vehementiſsimū,ij voces acutas & graues natura diuerſas, cærtis interuallis & modulis ſibi inuicem magis amicas faciunt:ex quo armoniæ cōpoſitio, & ſuauitas naſcitur. tardiores etiā motus & velociores ita inuicem tēperant,ut amici potiſſimū fiant, & rhithmū concinnitatemquæ exhibeant:ineſt ſideribus, & elementis quatuor, amicitia quędam,quam Aſtronomia conſiderat.idem in cæteris artibus coniectari licet,atq; ſummatim concludere, amorem in omnibus ad omnia eſſe omnium Authorem,ſeruatoremq; exiſtere,& artium vniuerſarum dominum & magiſtrum)ſicq; (vt vides) concordia & amore reciproco omnia regūtur,non vi,& uiolentia.Quarū ſatis defecerūt iure conſulti non punientes eos qui non amore,cōcordia,& circa naturam omniū rerū quærunt per vim meretrices ad coitum attrahere,cū & ſi omni iure eſſet pmiſſum meretriciū,nō tū eſt pmiſſa uis Afflict.noſter.in cōſtit.oẽs noſtri,conat̃ defendere iuriſcōſultos,et plures rationes allegat, pōt tamen dici,ꝙ nō eſt verū ꝙ iurecōſulti permittāt uiolentiam inferi meretricibus, non etiam uerum eſt ꝙ non puniant. Nam text, in l, verum ſolum decidit non

dit non committi furtum per eum qui rapuit ſeu cælauerit meretricem libidinis cauſa, & eſt ratio, quia principalis intentio rapientis non fuit, vt cõmitteret furtum. ſed potius vt libidinem expleret. immo dicit text. diuertendo ad alium caſum, quòd ſi effregerit fores domus meretricis, & fures, non inducti ab effringente fores, furati fuerint res meretricis, non tenetur ipſe effringens fores de furto, & eſt ratio, quia non ipſe commiſit & ſi effregit fores, non ideo effregit vt furtũ committeretur, ſed vt libidinem expleret cum meretrice illa, Demũ tex. redeundo ad primum caſum, dicit an teneatur ille qui abſcondidit meretricem cauſa libidinis lege flauia qua tenetur ille qui celauit hominem liberum, vel teneatur de ui (& reſpondet text. quòd nõ tenetur nec lege flauia, nec de ui, primo de lege flauia, quia non occultauit, & celauit illam meretricem dolo malo, (fortè ut ſui lucrum faceret) prout tunc locum habet lex illa, ſecundo non tenetur de vi, alia pœna quam infamiæ, in quam incurrit ex hoc facto, ſatis enim iure conſulti putauerunt hac pœna infamiæ eſſe punitum, & merito, quia pœna infamiæ eſt maxima pœna, nam melius eſſet alicui mori, quam dulciſsimum famæ honorẽ perdere, vt ita dicere ſolebat Ludouicus Groſſus Francorum Rex Pariſiorum, teſtante Guliel. de
193 Benedi. in repe. ca. Raynutius in verbo mortuo itaque teſtatore el primo num. 312. & refert Gaguynus lib. 6. & Saluſt. in Catilinario. (emori per uirtutem præſtat, quam uitam miſeram atque inhoneſtam per dedecus amittere) & idem in Iugurtin (nihil mætuere quis debet, niſi turpem famam) infamia enim eſt ſimilis morti, ſecundum Hugo. vt refert Bart. in l. tranſigere, C. de tranſac. cum

infamiæ

infames mortuorum loco habeantur l. 1.§.quidem filium.ff.de bonorum poſſ.con.tab.vnde glo.in l. nec timore.ff.quod met. cau.dicit timorē infamię iuſtum cauſare mætum,& eſt tex.in l. iſti quidem §. pen. eod. titu.fama autem euacuata, ſolius Dei eſt,eam reſtituere,ſecundum gloſ. in c. ex tuarum de purga.cano. Et licet Princeps poſsit defectum infamiæ tollere,qui eſt de iure poſitiuo, & non naturali,non tamen infamiam tollit,ſecundum Bald. in l.Caſsius.4.colum.ff.de ſena.quia infamia facti quæ remanet,eſt irremediabilis, iuxta illud Gelaſii Papæ dicentis,quamquam animas per pœnitētiam ſaluare poſsimus, infamiam tamen abolere nō poſſumus.ſ.illam infamiam de facto apud bonos & graues reſtantem, ut clare decidit Thom. in 2.2.q.68.art.4.quia non bene detegi ſordida fama ualet,etiam per Baptiſmum propter quod in c.2.de pur.cano.dicitur,ꝙ qui ſuam famam negligit,videtur negligere uitam. Immo aliàs ſibi ipſi crudelis eſſe uidetur.c.nolo. 12.q. 1.nec mirum eſt, ꝙ Eccle.cap.7.dicitur ꝙ melius eſt nomen bonū, quam vnguenta pretioſa, & Bald.in l. 1.C.de cōfe. dicit, ꝙ famam bonam quam multi populi amant,eſt theſaurus hominis inextimabilis, & iocundus, & ſicut lilium dat ſuauitatem odoris, & ſic non minor eſt amaſſio famæ, quam oculorum, iuxta illud Prouer. 15.(lux oculorum lætificat animam, fama bona impinguat oſſa) immo maior eſt famæ perditio, quam perditio oculorum,ut inquit Tul.in Orat. de reſponſis auruſpicum, (miſerior(inquit)es cum in omni fraude oculis caperis.quàm ſi omnino oculos non habueris. Nempè illi fraudant, & fraudantur,) & refert Tertul. quòd Democritus Philoſophus ob hoc, ne inci-

deret in infamiam, oculos ſibi eruit, eo ꝙ mulieres ſine concupiſcentia non ualebat aſpicere, pro quo facit illud Ouidij 2. Triſtium. (Heù mihi cur uidi, cur noxia lumina flexi? peccatumque oculos eſt habuiſſe meum.) & multa ad propoſitum habes cumulatè dicta per Gulielmum de Benedict. in loco ſupra citato, & ſic non eſt uerum dicere ꝙ ex illo textu probetur, non puniri de uiolentia inferens vim meretrici, ipſi enim Iureconſulti ad imponendam illam infamiæ pœnam, fortè moti fuere ex lege quam tulit ille diuinus Plato (ut ſupra retuli) quatenus uolebat accedentes ad aliam mulierem quàm vxorem propriam, ſi hoc probaretur inter infames haberentur. Nec refert dicere ꝙ per illam pœnam infamiæ non eſſet ſatisfactum meretrici oppreſſæ, ut dicebat Afflict. quia reſpondetur quòd ſic eſſet dicendum in qualibet pœna corporali, ſat enim eſt, per impoſitionem pœnæ ſatiſfieri Reipublicæ. Præterea nulla ſatisfactio competit meretrici, non ex cauſa uiolationis, cum iam uiolata eſt, non ex cauſa violentiæ; quia nulla offenſio in perſonam ipſius meretricis facta fuit, ſed tantummodo præſupponitur fuiſſe ſuppreſſam, & ſic abſconditam & celatam cauſa libidinis, dicebat Matthesilan. ſingul. 104. incipi. nota vnum, quòd ſolent vulgares, quòd tales detinentes meretrices incluſas tenentur ſaltim actione iniuriarũ, ſed Paul. Gril. in tractatu de pœn. om. coi. in nona quæſt. numero 25. reprobat dictum Matthesila.
194 & meritò. Vtcũque tamen ſit, hodie in regno hoc Neapo. inferentes vim meretricibus capitali pœna plectuntur, ut habetur in conſtitu. Regni
195 omnes noſtri, de violen. mere. illata. Nec tantũ ſcortum meretriciumque publicum Iureconſulti permi-

permiſerunt, ac tolerauerunt; ſed etiam Principes Chriſtiani Pontificesue hodie permittunt, atque tolerant, & meretricibus priuilegia conceſſerunt,
196 & indies concedunt. Vt eſt videre in Regia Pragma. ſequen. edita per Regem Ferdinandum primum, qua prouiſum fuit, quod ad hoc vt meretrices publicæ indebitè non grauentur, nec uendantur, aut pignorentur per eorum lęnones, eis à quacunque perſona non poteſt mutuari ultra ducatos ſex pro quauis cauſa, & hoc etiam cum licentia Regentis, & non aliter & ſi contrafactum fuerit, qui id patrauerit amittit id quod mutuo dedit, aliaue pœna arbitraria Regi plectitur, & ſic uides in quanta protectione tolerantiaue fuerunt & ſunt meretrices penes Chriſtianos Principes.
197 Item in eodem Regno Neapolitano exprẹſſè ſtatutum eſt, quòd ſi aliqua publicè meretricatur, non poteſt de huiuſmodi crimine fieri accuſatio, ſed ceſſat accuſatio in tali crimine, vt habetur in conſtitu. eiuſdem Regni incip. quæ paſsim, & intelligitur conſtitutio illa tam de ipſa meretrice, q̃ de accidentibus ad eam, quia loquitur generaliter, quòd illius criminis accuſatio ceſſat.
198 Non tantū apud Principes Chriſtianos poſt Chriſti aduentum meretrices fuerunt toleratæ, ſed etiam apud Patres Sanctos veteris teſtamenti, ut legitur de Raab Hiericontina, quæ ſeruata fuit per Ioſue, vt non moreretur, vt 6. & ſecundo Ioſ. & demum coniugio copulata cum Salomone, ex eaque Chriſtus naſci dignatus eſt, de quo meminit Gratian. 32. quæſt. 1. c. integritas, & de Gomer filia Diblaim quam poſtea in vxorem duxit Oſea Propheta, vt Oſe. c. 1. & habetur in d. c. integritas, & de illis duabus meretricibus diſceptantibus

de filio mortuo coram Salomone, ut legitur Reg. 1. c. 3. tollerant etiam meretrices ſummi Pontifices
199 vt habetur in d. c. integritas. Permiſerunt etiã Iuriſconſulti concubinatum, vt habetur in toto titulo de concubi. Id etiam permiſerunt Imperatores, vt habetur in l. prima. C. eodem titu. à contrario ſenſu, vt tamen licitus & approbatus eſſet concubinatus plura requirebantur. primo quòd ſit talis mulier cum qua non committatur ſtuprum. l. 1.
200 §. 1. ff. eodem. & ex conſequenti. Nec virgo nec vidua honeſtæ uitæ, poterit eſſe concubina, quia cum eis ſtuprum committeretur, ex hoc enim multi decipiuntur, credentes ſufficere ad approbationem concubinatus, quòd ſit ſolutus cum ſoluta. Dicebat tamen Iacobus de Belui. in diſputa. incip. Regia conſtitutione, ꝙ ſi à principio interueniſſet proteſtatio ꝙ uelit eam habere in concubinam, vel ꝙ diu cohabitauerint, ꝙ tunc purgatur uetus ſtuprum, & præſumitnr concubinatus; ſed in contrarium arguit Do. Ludo. à Sardis in ſuo tracta. de natur. lib. in §. de concubi. dicens ꝙ poſtquam ab initio fuit delictum, ex ſola cohabitatione non purgatur, ſed augetur. cap. noſtrates. extra de conſan. & affin. Item quia talis conſenſus concubinarius à principio debet interuenire, item debet eſſe conſenſus manifeſtus, nec dicit obſtare glo. in auth. quib. mod. nat. effi. le. §. eos. collatio. 2. quia loquitur alio caſu, quando conſtabat quòd uoluerunt cõtrahere matrimonium, demum ipſe dicit pro veritate eſſe aduertendum, ꝙ is qui dicit concubinatum interueniſſe, fundat ſe ex tacito conſenſu præſumpto à lege, & ſic aut allegans hunc tacitum conſenſum probat ſolum diuturnam cohabitationem; & hoc non eſt ſufficiens ad præſumendũ nouum conſen-

ſum,

ſum, ſed bene præſumitur antiquum durare. l. in verbis.§.vltimo.ff.de præcar. Si uero probetur ꝙ diu ſe geſsit pro concubina eo ſciente & patiente, & hoc (ſecundum eum) ſufficit, nec eo caſu putat admitti probationem in contrarium; & hoc caſu poteſt ſaluari opinio Iacobi de Belui. nec obſtat ꝙ ab initio debet interuenire conſenſus, quia illud eſt uerum ut ab initio dicatur concubina; ſed ad hoc ut poſtea tranſeat in concubinatum, ſufficit ꝙ poſtea interueniat. Nec etiam obſtat quòd debet interuenire manifeſtus conſenſus, quia manifeſtus dicitur etiam ille conſenſus qui procedit ex prępſumptione iuris.l.manifeſtè.ff.de iureiuran.& cum hac opinione pertranſit.Alber. vero de Roſa. in rubr. ff.eodem titu. dicit ꝙ ſi præceſsit proteſtatio, ſiue ſit virgo,ſiue uidua eſt concubina licita, & approbata per text.in l.in concubinatu. & l. illibere. ff. de ritu nupt. ubi per gloſſ. & ideo liberi ſunt naturales, & ita uidentur omnes tranſire quo ad iſtud caput, quando præceſsit proteſtatio. ſed quando ſola diuturna cohabitatio interuenit nihil. dicit Alber.de Roſa. & hæc hęſitatio eſt maximæ importantiæ, quia ſi præſumitur concubinatus, filij qui naſcuntur erunt naturales, & per cõſequens eſſent capaces ſucceſsionis paternæ, reperio Alciat. in tracta. de præſumption. in ſecunda regula in præſumptione quinta. dicentem ꝙ ex cohabitatione non præſumitur matrimonium, ſed potius fornicatio, per cap. aliter. 30. quæſt. 5. ſecus de iure ciuili,& præſumitur talis fornicatio, quę concubinatum non faciat, ſed ſtuprum; & eſt ratio ſecundũ eum, quia ad hoc vt dicatur concubinatus multa requiruntur. Et propterea concludit filios natos
201 dici debere ſpurios,& non naturales. Nam ul-

tra cohabitationem requiritur conſenſus concubinarius expreſſus, ſi mulier eſt ingenua & honeſtæ uitæ.l.in concubinā.ff.eo.tit. & tacitus ſeu preſumptus, qñ non eſt libera, ſeu non honeſtæ uitæ, item requiritur quod nō ſit talis cum qua committatur adulterium, nec inceſtus ex affinitate, itē ꝙ ſit unica, & ꝙ in domo fuerit retenta, item requiritur ꝙ mulier ſit talis, ꝙ poſsit eſſe vxor, vt latè congerit Do.Ludo. à Sar.ubi ſupra. & Altia in loco proximè allegato, et ſic concludit ꝙ ex ſola cohabitatione non præſumitur concubinatus, & per conſequēs filij nati cenſendi ſunt ſpurij, & non naturales, & ſecundum opinionem Alciati fuit olim deciſum in ſacro Regio conſilio Neapoli. In cauſa Magnifici Domini Matthei de Granita de Salerno cum Magnifico Alphonſo Cauaſelice, ſed caſus ille deciſus per ſacrum Regium conſiliū erat minoris difficultatis, quia ſolum producebatur teſtamētum, in quo pater inſtituebat filium naturalem, nam ex hoc ſolo in dubio cenſeri debet ꝙ ille ſit ſpurius & non naturalis, ſed qñ allegatur concubinatus, & ad probandum uerificatur diutina cohabitatio, eſt aliud
202 dubium, & pro nunc relinquo cogitandū. Iure uerum canonum penitus cōcubinatus prohibetur, vt 32.q.2.per totam, & q.3.& 4. & qua pœna puniantur clerici concubinarij, uide Ioā.Bernar.Diaz in practi.crimi.cano. in verbo concubinarij, circa iſtam materiā plura alia potuiſſem cumulare, ſed quia nō eſt principalis materia noſtra, idcirco prætermitto pro nunc, & an concubinatum potuerint permittere Iuriſconſulti habes ex prædictis.
203 Octauo furtum prohibetur vt Exod. cap. 20. (non furtum facies) & Deuteronom. cap.quinto & Leuit. cap.decimonono. Rurſus imponitur pœ-

na, ſecundum ſubiectam materiam rei furatæ nã qui furatus fuerit hominem, & uendiderit, conuictus morte moriatur, vt Exod.c.21. & ſi quis furatus fuerit bouem, vel pecudem, & hæc mactauerit, aut uendiderit, reddet quinq; boues pro boue illo, & quatuor oues pro vna pæcude, & ſi depręhenſus fuerit fur cũ inſtrumẽto perfoſſorio, & uerberatus mortuus fuerit, aduerſus percuſſorem nõ dabitur capitalis actio. *Si* ſol. fuerit ortus ſuper eum capitalis erit in eum actio, omnino reddet, et ſi non habet pro furto ſuo uendatur: ſi uero furtũ manifeſtum in manu eius depræhẽdatur, ſiue bos fuerit, ſiue aſinus, aut pecus illaq; uiua fuerint, duplum reddat, ut Exod.cap.22. & Ioſeph. lib. antiqua. 4.c.6. dicit ꝙ Moſes inter alias leges hæbreis datas, ſanxit, in furto hominis pęnam eſſe mortis, qui uero aurũ, aut argentum abſtulerit, condemnetur ad duplum, qui iumentũ rapuerit, damno quadrupli cõdẽnetur; pręter bouem purum hoc enim quintuplum ſoluatur. item punitur furtũ faciens morte æterna unde Zacha.c.5.(hęc eſt maledictio quæ egredietur ſuper faciem omnis terræ, quia omnis fur iudicabitur,) & gloſſ. ibi dicit æternaliter damnabitur. & Eccle. 5. ſuper furem enim eſt confuſio, & pœnitentia, & Paul.1.Cor.6.) Nolite errare, neq; fures neq; auari regnũ Dei poſſidebũt) hinc Tobias.c.1.(non licet nobis) inquit aut edere ex furto aliquid, aut cõtigere) et Iſaias. c.33. (ueh qui prædaris nonne, & ipſe prædaberis) & Auguſti. in ſermo. decem plagis (qui furatur acquirit veſtem, ſed perdit fidẽ vbi lucrũ ibi damnum lucrum in arca, damnum in conſcientia) & Seneca ad Lucil. Epi.75. (nulli vero etiam cui rapina ceſſit fœliciter recte durauit; gaudium in poſte-

 rum.

rum.)& Ariſto. lib.ſecundo. Rhætoricorum (omnis fur malignus eſt)& Cicero. offic.tertio. cap.5. (detrahere aliquid alteri, & alterius incommodo ſuum commodum augere,magis eſt contra naturam,quam mors,quam dolor, & cætera quæ poſſunt corpori accidere,)& Phocilides(A furibus ne ſuſcipias furtiuum viris depoſitum. Ambo enim fures,& qui recipit, & qui furatus eſt) & Plautus in penulo (male partũ, malè diſpergitũ & Seneca de 4.virtu.& de iuſtitia(Ab his ergo incipe ut non auferas,ut ad maiora proueharis, & aliјs ablata reſtituas, raptores quoque ipſos ne aliјs timendi ſint,caſtiga & cohibe.)& Augu.de verbis Domini cap.16. (ſi in igne mittitur qui non dederit rem propriam,vbi putas mittẽdus erit qui inuaſit alienam.ſi cum diabolo ardet qui nudum non veſtiuit,vbi putas arſurus eſt qui expoliauit)ex Hiero. in lib. Leuiti.de quo 14.q.5.nemo qui. (nemo qui rapit,moriens ſi habet undè reddat ſaluatur, ſi eos quorum fuit inuenire nõ poterit,Eccleſiæ vel pauperibus tribuat)& Fulgentius illud Mathei omnis arbor,&c.(quid recipiet qui alienum tulerit,ſi ſem-
20 per ardebit qui de ſuo non dedit. Hinc Draco Athenienſibus legem tulit, qua fur cuiuſcunque modi furti,capite puniebatur,& alia pleraque nimis ſeuere ſanxit,eius leges quum uidebantur nõ atramento, ſed humano ſanguine ſcriptæ non decreto,ſed illiterato tacitoque Athenienſium conſenſu obliteratæ ſunt, aliјſque poſt modum mitioribus à Solone cõditis vſi ſunt,ut inquit Gellius lib. 11.cap. 18.Solon autem ipſe ſua lege in fures non mortis, ſed dupli pœna uindicandam fore exiſtimauit,ut idem Gell. vbi ſupra decem autem viri qui poſt exactos reges in 12. tabulis leges tulerũt,

neque

neque pari ſæueritate in puniendis omnium gene
rum furibus,neque remiſſa nimis lenitate uſi ſunt,
ſed furem manifeſto præhenſum,tum demũ occi-
di permiſerunt,Si aut cum furtum faceret nox eſ-
ſet,aut interdiu ſe telo quando præhenderetur,de-
fenderet,ex cæteris autem furibus liberos verbe-
rari,eique addici iuſſerũt cui furtum factum eſſet.
Si modo id lucri feciſſent,neq; ſe telo defendiſſent,
ſeruos autem furti manifeſti præhenſos verberi-
bus affici, & e' ſaxo præcipites dari. Sed pueros
impuberes Prætoris arbitratu uerberari uoluerũt,
noxamque ab his factam ſarciri, eaque furta quæ
per lancem, & licium, concepta ſunt, perinde' ac
ſi manifeſta forent,uindicauerunt, ſed nunc à decẽ
uirali illa lege diſceſſum eſt.Nam ſi quis ſuper ma
nifeſto furto experiri velit actio in quatruplum
datur,in furtis conceptis. Item oblatis tripli pœna
eſt,alijs deinde furtis omnibus,quæ nec manifeſta
appellantur,dupli pœnam impoſuerunt, quod &
Cœlius lib. antiqua.lectio.lib.6.cap.6.refert.Sabi-
nus legem protulit ſub his verbis (qui alienam rẽ
ditrectauit,quum id ſe inuito Domino facere, iudi
care deberet; furti tenetur) idem alio capite, (qui
alienum tacens, lucrifaciendi cauſa ſuſtulerit, furti
obſtringitur, ſiue ſcit cuius ſit, ſiue neſcit, & qui ſer-
uo vti furtum faceret imperauit furti condemnan
dus eſt) Authore Gellio vbi ſupra, fures directarij,
ideſt homines qui in aliena ſe cænacula direxerunt
furandi animo, pluſquam fures puniendi ſunt, vt
refert Pet.Crin.lib. 17.c. 8.fretus authoritate Pau
li iuriſconſulti, vbi de extraordinarijs criminibus
agitur. Apud Batrianos qui pauca furatur, ſputis
dehoneſtatur taliq́ue ignominia decoratur. Apud
205 Atrios item qui minima furantur, lapidibus

obruun-

obruuntur. Petrus Crinitus de honeſt. diſciplina lib.3.c.13. fretus vt ait authoritate Bardeſanis in libris de fato,& Pamphili Euſebij,quo in loco cōtra Caldeos de fato diſſeritur, qui Euſeb. lib. 6.
206 Euange.præpara. cap.8. ſubdit apud Romanos vulneribus cædi, ab Euphrate uerò fluuio vſq; ad orientalem Oceanum,ait cui cædes,uel furtū obijcitur,non magno mærore torquetur, Scithæ nihil grauius furto eſſe cenſebant, ſeuerisſimaque lege apud eos plectebantur, qui turbato gentium iure de poſſesſione dominos euerterent. Inſti.lib.2. inde quoque à rapinis velut contra hominum ſocietatem,contraque Diuinum & humanum ius,magnopere abſtinere, adeò vt ſi quis vectigal furatus eſſe capite lueret,in lycia ferunt conſtitutum,ut ſi liber homo quippiam furatur libertate amiſſa ſeruus cogatur eſſe, & mancipium, Gabinia lege furtiuæ rei vſucapio,& dominium inhibetur: Axiacæ qui inter ſcythicos populos annumerantur,furari quid ſit ignorant, ideoque nec ſua cuſtodiunt, nec aliena contingunt Pomp.Mel.lib.2. c. 1. Salynus.c.25.apud ſeres lex eſt non furari, non occidere,non fornicari. Bardeſanes, quem refert, Euſeb. lib.6.præpa.Euan.c.8.inter alias Draconis leges, hoc & ſancitum erat, vt is qui ſtercorandi cauſa ſtercus bubulum abſtuliſſet, aut olera, capitis ſupplicio afficeretur,cenſuitque etiam furto teneri qui iumentum aliorſum quam quo vtendū acceperat deduceret.Alex.ab Alex.lib.6.cap.10.Alexander Sæuerus adeò vindex furtorum fuit,vt præter Sæuerisſimas pœnas, nullum raptorē aut furem ſalutationi admiſit, illoſque velut nequisſimos è conſpectu ſummouerit,& vt de eo Eucolpius referebat, illum ſi vnquam furem iudicem uidiſſet, paratum

tum habuiſſe digitum, ut illi oculum erueret, additque Septimius, tanti ſtomachi in fures fuſſe, ut cum quidam Septimius arabinus famoſus crimine furtorũ,& ſub Heliogabalo iam liberatus inter ſenatores principem ſalutatum veniſſet exclamauit,ò Numa, o' Iupiter o' Dij immortales,Arabinus non ſolum viuit, verum etiam in Senatum venit, fortaſsis etiam de iure ſperat, tam fatuum tam ſtultum eſſe me iudicat. Aelius Lampridius in eius vita.Saraceni in furto depræhenſos. 1. & 2. uice octingentis flagellis mulctant, tertia manu, quarta pede mutilant ſecundum Ioan. Bohe.lib.2. cap. 11. Theodorici Francorum Regis apud Baioarios,ita lege ſancitur,ſub titu.de furtis. ſiquis liber aliquid furatus fuerit nouem capita reſtituat, ſi verò aliquid tulerit de Eccleſia vel ex curte Ducis,uel ex fabrica, ter nouem reddat capita, quia hæ domus ſunt publicæ, & ſemper patentes & ſi negare voluerit ſecundum qualitatem pecuniȩ iuret:fur nocturno tempore captus in furto,dum res furtiuas ſecum portat,ſi fuerit occiſus,nulla ex hoc hominibus quærela naſcatur,ſiquis à fure neſciens aliquid cõparauerit,requirat certo ſpacio uenditorẽ,quẽ ſi nõ potuerit inuenire,probet ſecum ſacramento,& teſtibus innocentem,& quod apud eum cognoſcitur,ex medietate reſtituat,& furẽ quȩrere non deſiſtat,ꝙ ſi furem cœlare uoluerit, peierans, & poſteà detectus fuit tanquã fur ſit, condemnetur.Siquis nocte uel in die occultè caballũ, aut bouem,aut aliud animal occiderit,& negauerit,et poſteà probatum fuerit tãquam furtiuum cõponat, ſi aũt caſu occiderit,& nõ negauerit, cadauer mortuum accipiat, & ipſi ſimile reſtituat. ſiquis tintinabulũ de caballo furatus fuerit,uel de boue, ſo-

lido

lido componat,ſi de uacca duobus tremiſsibus, ſi de minutis pecudibus tremiſſe componat, ſiquis in alterius hortum furtum intrauerit tribus ſolidis componat,ita & de pomarijs ſeruāda lex eſt, qui rem furtiuam cuſtodiendam acceperit, quaſi conſcius furti,ita componat. Riboarium autem lege cauetur,ſiquis neſciente homine furtiuam rem in eius poſſeſsionem introduxerit, & ibidem inuenta fuerit. 50. ſolid. culpa iudicetur : vel quicquid ei damni acceſſerit tantum reſtituat. Siquis autem rē furto ſublatam ſciens,receperit,in eadem culpa ſit qua ille qui furatus eſt:vt tradidit Plato dialo. 12. de legibus. & in principio ſic inquit. (Pecuniæ furtū illiberale profecto eſt.rapina vero turpiſsimū. nullus autem filiorum Iouis aut ui aut dolo delectatus,quicquam huiuſmodi unquam fecit. Ideo nemo vel a Poetis vel a fabuloſis alijs hominibus ita decipiatur;ut credat ſi furto,aut ui uſus ſit, nihil ſe turpe,ſed quod Dij quoq; fecerint, cōmiſiſſe. Nam nec verum id nec uerisimile eſt. & qui præter legem horum alterum facit, is nec Deus nec Deorum eſt filius,hæc legum latori magis quā cunctis poetis cognoſcenda ſunt. igitur quicunque huic noſtro ſermoni paruerit,fęlix eſt,& in poſterum ſemper erit, qui contra fecerit: hac lege arce
207 bitur. Si quis aliquid publicum furatus fuerit, ſiue paruum, ſeu magnum id ſit, pari ſupplicio puniatur nam qui rem paruū ſuſtulit,& ſi minori ui,quam qui magnam rapuit,æqua tamen cupiditate furatus eſt. et qui magnum aliquid inde remouit,ubi ipſe non depoſuerat, is omnino iniquus eſt. Lex igitur non furti paruitate,alterum minus,quā alterum puniendum cenſet : ſed eo forſitan intereſſe putat,quod alter ſit inſanabilis, ſanabilis al-
ter:

ter:ſi ſeruus aut peregrinus furti publici accuſatus & condennatus ſit, tanquam ſanari quodam modo poſſe videatur, quid pati dare ue debeat: iudicio ſtatuatur. Ciuem autem ita educatum vt ipſi inſtituimus, ſiquis publicum aliquid furatum eſſe vel violaſſe conuicerit, ſiue in ipſo furto & ſcelere ſiue aliter quomodocunque deprahenderit, tanquam inſanabilem mortis ſupplicio condemnamus.) Conſequenter videamus nunc, an aliquibus caſibus & locis furtum permittatur per leges, & an id licite factum uideatur ita vel ne? & primo videamus an aliquibus caſibus, & locis furtum per leges permittatur, & de caſu ad caſum ui debimus nunquid potuerit licite fieri? in quo Gel. libr. 11. cap. 19. inquit (lacedemonijs ſobrijs, & acris viris vſum furandi fuiſſe perhibetur, idque a iuuentute, non ob turpia lucra, neque ad ſumptum libidini præbendum, comparandumue opulentia. Sed pro exercitio diſciplinaque rei bellicæ, factum, quod & furandi ſolertia, & aſſuetudo acueret, obfirmaretque animos adoleſcentum, & ad inſidiari aſtus, & ad uigilantiam, & obrependi celeritatem.) & Aegiptijs etiam in artibus reperiẽdis, ſolertibus, & in cognitione rerum indaganda ſagacibus, furto omnia licita fuiſſe, & impunita, ait idem Gell. vbi ſupra de mente Ariſtonis iuris conſulti, & ſcribit Diodo. Siculus lib. 2. rerum antiq. cap. 3. (lex de furibus apud eos ſolos, hæc erat. iubebat namque eos qui furari volebant nomen ſuum apud Principem Sacerdotum ſcribere, atq; eueſtigiò furtum ad eum deferre, ſimiliter quibus res furto erepta erat, apud eundem rei ſublatæ tempus, diem, & horam ſcribere tenebatur, hoc modo facilè inuento furto, qui rem amiſiſſet, quarta mul-

208 (margin, beside "mus.)")

ta mulctabatur parte, quæ daretur furi ſatius eſſe legis duxit,cum impoſsibile eſſet furta prohiberi, potius alicuius portionis, quam totius rei amiſſæ homines iacturam pati,) & Dioniſius Senior cum ſceleris conuictos grauius puniret ,illos qui veſtes furabãtur impune dimittebat ſecundum Plutar. in Apophtgma. ſami Mercurio Charidote rem diuinam facientes,volenti & furari, & latrocinari permittebant,ſecundũ Plutar.in Proble. Perſis ẽt videtur lege permiſſum furari, nam qui apud eos rapto viuerent cardaces vocabantur, quia carda virile ac bellicoſum ſignat,ſecundum Strabo.libr. 15.quod refert Cœlius lib. 10.cap. 1.& ut author eſt idem Cœlius lib.x1c. 1.apud Lacedemonios, ligna & olera furto quęruntur,quod ſiquis per incuriã depræhenderetur flagris inſigniter afficiebatur,ceu negligenter inepteque furari uideretur, furantur, itẽ ex cibarijs quicquid valent, & vt teſtaẽ Xenopho.lib. 4.de Cyri. mino. expeditione eius vero negationis curam.nobile exemplum detegit cum leonis Catulũ quidã ſurripuiſſet,& inuoluiſſet pallio,eiuſq; ventrem vnguibus, & dentibus fera diſcerperet,latendi ſtudio pertinax ille ſilentium ſeruaret,ita perrexit, vt inde interiret. latini item rapto viuebant, ut Virgi, nono Aenedi. innuere videtur.

Canitiem galea pręmimus,ſemperq; recentes,
Conuectare iura prædas,& viuere rapto.

209 E noſtratibus autem Marcellus iuris cõſultus putauit furta domeſtica non eſſe publice uindicãda,nec oriri accuſationem in eis.Si leuia ſint vt ad notatũ reperitur in li.x.ffori tit.de pœn. l. reſpiciẽdũ.§.furta domeſtica,& dicitur leue,uel magnum ſecundum qualitatem perſonarum, vt dicit Bar-

tol.

col.in dicto.§.furta. & voluit Angel. de Areti. in libr. male. in verbo, & veſtem cęleſtem abſtulit tamen Prouerbio.capitu. 28. ſcribitur(qui patrem & matrem ſuam deprædatur dicitque id non eſſe tráſgreſsionem Socius eſt hominis Graſſatoris).

210 Sed in propoſito noſtro,puto hodie in Regno hoc Neapolita.furtum magnum dici debere quã do excedit ducatos ſex, quo caſu tunc in Regno ipſo reputatur furtum magnum, adeo quod pro eo habet locum pœna mortis naturalis, ut habetur in cap.regni ad hoc quod noſtrum,prout ita cõſiderauit Alexand.in conſi. 135.circa primum dubium in primo lib.& per eadem verba cónſuluit Cępol. conſil. 26. magnifice ac generoſe Prætor, ſed vide Boer. deciſ. 316.2.parte num.7.& omnino vide Caſſa. in conſi. Burg.in titu. des iuſtices,

211 rub.1. fol. 48. num.37.vbi plene. Nec abſque ratione id ſtatutum fore arbitreris, quia cum furtum domi ſit factum, & paterfamilias ſit dominus eius eſt pro libero arbitrio, familiam gubernare caſtigareue, atque punire domeſticos ſuæ domus, vt inquit Ariſto. in lib. Econo.el primo quare non eſſet conſentaneum, publice domi facta vindicari, vindicatur tamen ab ipſo patre familias priuatim in domo; ut dicit tex. in d.§.furta domeſtica ſicq; eo caſu non permittitur furtum nec impunitum dimittitur, ſed puniendum remittitur ad patrem familias. Vlpianus autem libr. 11.fforum ſub tit.de alee.lu.& alea permittit furtum in domo receptantis ludum, & ibi declarat Bartol. & Alber.a Roſa,qui id eà ratione factum arbitrat, quia ludi ſunt valde exoſi legibus,& Ange.ab Are.in lib.male.in verbo metidor de mal. da,2.col. in fin. dicit id procedere ſi furtum ſit fa-

ctum eo tempore quo ludebatur, non alias, & dixit vnum verbum Grama. in deciſio. 40. nume. 6. & voluit Par. de Put. in tracta. de iu. in verbo reti
212 nens, & Coſta. in eo. tra. de ludo. Sicut enim aliquando lex permittit occidi aliquem propter aliquod eius crimen ſeu delictum, ſic in caſu iſto permittitur furari impune, contra eum qui ludum retinet in domo, cum ludus crimen ſit tex. & Bar.
213 in §. illud vero in .. conſti. fforum. Et adeo ludus crimen eſt ꝙ dixit Bart. in d. §. illud quod ſtante ſtatuto ꝙ bannitus propter crimen poſſit impune offendi, ſi aliquis erit bannitus propter ludum, poteſt licite, & impune offendi, & refert. de facto
214 uidiſſe ſeruari Piſis. Non enim dat Deus ludere. ſed diabolus ſecundum Ioan. Chriſo. in capitul. Mathei. 1 1. Homel. 7. a ludo. enim infinita mala proueniunt (vt ſupra dixi) nimirum igitur ſi licite permittatur furari in domibus retinentium ludũ, cum retineant quid reprobatum, & diabolicum, et id fieri poſſe oſtenditur; nam ſupra dictum eſt ex communi ſententia ſcribentium, quod quando ius diuinum non præciſe aliquid prohibet, ſed reperitur aliquando ſuper eo diſpenſaſſe, tunc licite poſſe ius ciuile diſponere, & diſpenſare ſuper eo; in caſu autem iſto licet furtum expreſſe prohibeatur iure diuino, reperitur tamen Deum aliquando permiſiſſe in odium gentium furari; vt legitur Exod. cap. 1 1. quando Deus præcepit vt filij Iſtrael in exitu Aegipti acciperent mutuo ab Aegiptiacis uaſa argentæa, & aurea, & ſecum tulerent de quo habetur in cap. dixit dominus. 14. q. 5. pari ergo ratione in odium retinentis ludum ac ludentium potuit permitere furtum fieri impune ius ciuile.
215 Sed vtile eſt uidere an uerum ſit diſtincte ludũ

eſſe prohibitum adeo ꝙ in foro conſcientiæ peccetur ludendo ita, uel ne? de quo plenè per Stephan. Coſtã.in ſuo tract.de ludo. & per Beat. Thomam 2.2.q.168.ſub titu.de mode. corporis, & per Marga.Philo, li.12.cap.47. de prin.Philo. Mora.ad ibi
216 dicta per eos me remitto. Item permiſſum cẽſetur furtum rei meæ, uel alienæ æquiualentis rei meæ, quando res mea reperitur penes alium & nõ poſſum per uiam iuris eam recuperare, ſecundum gloſ. ſingu.in c ius gentium.prima diſt.& uide multa per Tiraq.in tracta.de vtro.retra. in præ. nume. 67. & 70.fol.29. quod & uoluit Vlpianus in lib.4. ffſorum in titu.quæ in frau.cre.l.ait prętor.§.ſi debitorem,& id uidetur uelle text.in cap. 2. 23. q.2. & not.Innocen.in c,olim.el primo.extra de reſti. ſpo. & Flo. in l. itaque. ff.ad leg.Aquil. & Alexand. in conſi. 135. circa primum dubium. primo volu. de quo plenè per Caſſan.in conſuetu. burgun. in titu. des iuſtices.§.quinto. fol.48. nume.32. hinc autem qui furatur rem propriam, non peccat, ꝙ grauèt eum qui detinebat illam rem,& ſic non tenetur ad reſtituendum, ſed peccat tantum contra communẽ iuſtitiam, dum ipſe ſibi uſurpat ſuæ rei iudicium iuris ordine prętermiſſo, & ideo tenetur Deo ſatiſfacere, & dare operam, ut ſcãdalum proximorum ſi inde exortum fuerit ſedetur, authore bea. Tho. ſecunda ſecundæ quæſt. 66. articu.5. Et ideo non peccat contra communem iuſtitiam ſi tunc furatur,quando per uiam iuſtitiæ non poſſet recuperare, ſi tamen ſcandalum eſſet ortum peccaret,in caſu autem ſuperiori non eſt dubitandum licitè potuiſſe leges ciuiles & canonicas permittere furtũ. Nam dicit Beat. Thom. ubi ſupra ꝙ uidens Deus ꝙ filijs. Iſrael ſatis ab Aegyptiacis fuerant ſine

 cauſa

cauſa afflicti permiſit furtum fieri in recompenſationem, ut Exo. c. 12. ſic ergo pro recuperatione rei
217 propriæ licitè permittitur furtum. Permittitur etiam furtum in bello militibus, ut toto titu. ff. de cap. & poſtli. reuer. & 23. q. 2. c. iuſtum eſt bellum. & c. ſequen. & Ambro. in lib. de Patriarchis, inquit (cum præda fuerit in poteſtate uictoris, decet militarem diſciplinam, vt Regi ſeruentur omnia, ſcilicet ad diſtribuendum (ergo licita eſt præda in tali caſu. Hinc Beat. Thom. ubi ſupra q. 66. arti. 8. ſic inquit (rapina quandam uiolentiam & coactionē interpretatꝰ, per quam contra iuſtitiam alicui aufertur, quod ſuum eſt, & in ſocietate autem hominum nullus habet coactionem, niſi propter publicam poteſtatem, & ideo quicunque per uiolentiam aliquid alteri aufert, ſi ſit priuata perſona non utens publica poteſtate illicitè agit, & rapinam committit, ſicut patet in latronibus: principibus uerò poteſtas publica committitur ad hoc quod ſint iuſtitiæ cuſtodes; & ideo non licet eis uiolentia & coactione vti; niſi ſecundum iuſtitiæ tenorem; & hoc uel contra hoſtes pugnando, uel contra ciues malefactores puniendo. Et quod per talem uiolētiam aufertur non habet rationem rapinæ, cum nō ſit contra iuſtitiam (requiritur tamen ut non ſit rapina (ſecundum eundem Bea. Thom.) quod bellum ſit iuſtum, licet poſſent peccare aliqualiter tales furantes in acceptione prædæ propter cupiditatem ex praua intentione, ſi ſcilicet non propter iuſtitiam, ſed propter prædam principaliter pugnent, ſecundum Auguſti. in lib. de ver. do. dum dicit ꝙ propter prædam militare peccatum eſt, & ita dicit Beat. Thom. ubi ſupra. Deus etiam præcipit Ioſue, in lib. Ioſ. cap. 8. in his verbis (tu fac hęc atq;

Regi

Regi eius quemadmodum Ierico & Regi eius feciſti, prædam tamen eius, iumenta eius, diripietis uobis, pones quoq; inſidias ciuitati poſt eam [& ſic nimirum ſi lex ciuiliſc & canonica permiſerunt
218 talem prędam. Item permittitur furtum ratione famis,& neceſsitatis, & eſt ratio, quia de iure diuino & naturali res inferiores ſunt ordinatæ ad hoc, ut ex eis ſubueniatur hominum neceſsitudini, & ideo propter rerum diuiſionem, & appropriationem ex humano iure procedentem non impeditur quin ex eis ſit hominum neceſsitati ſubueniendum,& ideo res quas ſuperabundãter habent aliqui,debentur pauperum ſubſtentationi,ut habetur 57. diſtin.ſicut hi qui per infamiam,& c.dilectiſsimis. 12. q. 1. & 24. d.§. 1. maximè, quia dominus rei tunc tenetur ſubuenire de iure; diſtinc. 86. c.paſce, vnde ſi non ſubuenit, furto ſubtrahens debuit credere Dominum permiſſurum, & it: non committit furtum, & ita inquit Aſteſa. in ſua ſumma titulo de fur. articu.quarto. & Alexand.de Ales in tertia parte.in tracta.de præcep.præcepto ſeptimo, & uoluit hoc etiam Sanct.Thom.ſecunda ſecundę quæſt. 66. artic. 7. & Caſſa.in conſuetu.Burgu. in titu. des iuſtices.§. 5.Rubrica prima. fol. 47. nume. decimoquinto. caueant ergo extra prædictos caſus, & extra prædictas rationes & cauſas permittendi furtum, legumlatores ne furtum permittant, ſed ad punitionem latronum & furantium mox procedant, aliàs reos eſſe gehennæ proculdubio
219 ſentio. *Sed de Reipublicæ expilatoribus, deq; Tyrannis (nec dicam magnatibus) atque magiſtratibus noſtri temporis, cum Catone noſtro dicere poſſumus, fures priuatorum furtorum in neruo, atque in compedibus ætatem agunt, fu-*

res publici in auro atque in purpura, ſimulque eis exprobrare, quæ Chriſiphus Spartanus Xenophōti cū ab eo furandi caliditate taxatus eſſet, ſub his verbis obiecit, & ego uos Athenienſes audio ad publicæ pecuniæ furta egregiè eruditos eſſe, cum ea tamen res magnæ fraudi furi ſit, & quod eſt magis mirandum, optimi quique (nam apud uos qui optimi cenſentur, ij honores ſummos gerunt) hoc furti genere nequaquam abſtinent, vnde non immerito Dionides Pirata quum ab Alexandro Macedonum Rege obiurgaretur, quòd crebris incurſionibus nauigantes mare turbaretur,reſpondiſſe fertur,ego quia paruo nauigio & non ſine uitæ diſcrimine uictum mihi quæro, furi aſsimilatus ſum,at tu qui ducentarum nauium claſſe,& tot virorum millibus, & mari cum terra, totum diripis orbem, Imperator appellaris; heù heù me miſerum, furti clades, & peſtis adeo noſtris temporibus pululauit, & pululat, quod non amplius iure
220 diuino prohibitum videatur. Furantur domini vendendo officia, quæ non niſi approbatis & conſcientiatis viris committi deberent,inquit enim Ariſt.lib.Poli.3.c.7. (verum bonos & æquos dominari oportet, authoritatemq; habere omnium.) & non ſolùm officia abſque pretio dari deberent, ſed etiam abſque prçcibus. Hinc ille Chriſtianiſſimus Iuſtinianus Imperator à Theodora eius cōiuge conſultus, iudices ſine quoquo ſuffragio fieri ſtatuit. ex quo tempore eam nedum charam, immò reuerendiſsimam habuit, & in recipiendo iuramentum ab officiarijs, ſibi eam aſſociauit. vt in authen. iuſiurandum quod præſtatur in princi. vt dicit text.in authen. vt ill.ſi.quo,ſufficit.§. hęc autē omnia, hinc Saluſtius in Iugurtino (tales præterea

qui

qui officia emunt, communiter uendũt in minuto, quod emerunt in globo. at illis difficile eſt in poteſtatibus temperare, qui per ambitionẽ ſeſe probos ſimulauerint. & hinc eſt ꝙ uidemus iuſtitiam auaritia ab hominum ſocietate pulſam, iuxta illud Ouidij lib. 1. Metamorph.

Victa iacet pietas, & virho cęde madentes
Vltima cœleſtum terras Aſtrea reliquit.

Quaſi dicat, virgo Aſtrea, hæc eſt iuſtitia, quæ Aſtrei gigantis filia fuiſſe dicitur, reliquit terras: vnde Valerius lib. 4. titu. de paupertate, dicit (nihil eorum quæ virtuti debentur, emere pecunia licebat, inopiæque illuſtrium virorum publicè ſuccurrebatur. & ſic honores & magiſtratus qui virtuti debentur, pretio non redimebantur.) Dicit enim Gulielm. de Benedict. in repeti. c. Raynutius. in verbo duas habens filias. nu. 55. ꝙ teſte experientia quæ eſt rerum magiſtra, infinita mala proueniunt ex hac officiorum uenditione, & ſi bonis uiris uendantur, quoniam principatus quem ambitus occupauit, etiam ſi moribus uel actibus non offendit, ipſius tamen initij ſui eſt pernicioſus exẽplo, & difficile eſt ut bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. 1. q. 1. cap. principatus. pluraque exempla de his tradit ibidem.

221 Et ibi etiam diſcutit an licitum ſit dare pecunias uel recipere pro officijs habendis; & refert Bal. in l. Barbarius. ff. de offic. pretor. dixiſſe ꝙ licitum eſt in principe, eo quia non inuenit prohibitum de iure diuino, ſed tantum ciuili, cui Cęſar non ſubeſt. l. princeps. de leg. & dicit etiam ꝙ Summa Roſella, in verbo reſtitutio. 4. §. 5. refert Beatum Thomam per Duciſſam Brabantię interrogatum, ſi licitum foret officia ſecularia uendere, ſic eidem

reſpondiſſe, cum autem Baiulis & officialibus ue- ſtris nihil committatis niſi temporalis officij poteſtatem, non video quare non liceat vobis vendere officia, dum cum talibus vendatis, de quibus præſumi poſsit quod ſint vtiles ad officia huiuſmodi exercenda, & non tanto pretio vendatur officium, quod recuperare non poſsint ſine grauamine ſubditorum. attamen talis venditio expediens omnino non uidetur, cum frequenter contingat, ꝙ magis idonei ſint pauperes, vt officium tale emere non poſsint. Quinetiā ſi tales diuites ſint tamē quia boni ſunt, officia non ambiunt, nec ad lucra inhiant, & ſic quia illa officia emunt ut plurimum hi qui peiores ſunt, & ſubditos opprimentes diuites facti, iuxta illud Iob. abūdant tabernacula prædonū magis videtur. ut bonos & idoneos ad officia ueſtra liberaliter eligatis. hæc ille, cui prudens Duciſſa acquieuit. tenetq; ibidem Guilel. ꝙ ne dū officia uendi & emi nequeunt ſed minime abſq; peccato debent appeti & deſiderari; multaq; pro his allegans. ſed ad propoſitum Diuinus ille Plato. lib. 7 1. de Repu. vel de iuſto, ſic inquit. Sed quiſnam Reipub. modus? quiue defectus ſunt, quos habere eam Rempub. dicebamus? Principio qualis ſit præſcriptus hic in ea terminus, aſpice. Siquis in nauis gubernatione, a cēſus æſtimatione gubernatores eligat, pauperem verò licet gubernandi peritiorem haud quaquam admittat, quid ex hoc ſequuturum cenſes? vt male nauem ducant. An non eodem pacto in quouis alio principatu? Sic equidem arbitror ſic ne in omnibus præterquam in ciuitate, An & in ciuitate? Præterea multo etiā magis, quoniam hæc grauiſsima eſt, & maxima gubernatio. vnum quidem hunc & tantum pauco

rum

rum potentię defectum patitur.) Et ideo quicquid dicat.Bal.puto dicendum iure Diuino, prohibitum eſſe officialia uēdi & emi, & ex conſequenti peccatum committi emendo & vendendo,& ꝙ hoc ſit verum patet, nam in lege diuina prohibetur exprę̃ſſe acceptio perſonarū, vt habetur Deuter.c. 1.vbi dicitur(non accipietis cuiuſquam perſonam)& ſic acceptio perſonarum eſt peccatum, nam perſonarum acceptio opponitur iuſtitiæ diſtributiuæ. Conſiſtit enim æqualitas diſtributiuæ iuſtitiæ in hoc,ꝙ diuerſis perſonis diuerſa tribuuntur ſecundum proportionem ad dignitates perſonarum. Si ergo aliquis conſideret illam perſonæ proprietatē propter quā aliquid quod ei confertur eſt ei debitum, non eſt acceptio perſonæ ſed cauſæ vnde glo.ſuper illud ad Ephe.6.(perſonarum acceptio non eſt apud Deum, dicit (ꝙ Deus iudex iuſtus cauſas diſcernit,non perſonas) puta cū aliquis promoueat aliquē ad magiſteriū propter ſufficientiam ſcientiæ,hic attenditur cauſa debita non perſona, ſi autem aliquis conſideret in eo cui aliquid confert,non id propter quod id quod ei datur eſſet ei proportionatū,vel debitū, ſed ſolū propter hoc ꝙ iſte homo,puta Petrus vel Martinus eſt, hęc eſt acceptio perſonæ, quia non attribuitur ei aliquid propter aliquam cauſam,quæ faciat eum dignū, licet ſimpliciter attribuitur perſonæ.Ad perſonam autem refertur quæcunque conditio non faciens ad cauſam,propter quā ſit dignus hoc dono, puta ſi aliquis promoueat aliquem ad prælationem vel magiſterium,quia eſt diues,uel quia eſt conſanguineus ſuus eſt acceptio perſonę, ſic ergo patet quòd perſonarum acceptio opponitur iuſtitiæ diſtributiuę,in hoc quòd pręter proportionem agitur,nihil

autem opponitur virtuti niſi peccatum, unde conſequentia eſt, ꝙ perſonarum acceptio ſit peccatũ, hæc ſunt uerba Beat. Thom. in 2.2.q.63. arti. primo.titu. de acce.perſora. Et ſic habes ex ſupradictis ꝙ conferre officium alicui, quia diues, vel propter pecuniam eſt peccatum, & non ſecundũ proportionem diſtributiuæ iuſtitiæ, quæ conſiſtit, ut conſideretur dignitas & ſufficientia perſonæ, non autem perſona ipſa, ſeu alia conditio, non faciens ad cauſam, propter quam ſit dignus illo officio.

222 Præterea Principes tenentur cuſtodire iuſtitiã in terra, adeò ut ſi eam non cuſtodiant, & propter eorum defectum latrones increſcunt, ad reſtitutionem tenentur, quia redditus quos habẽt, ſunt quaſi ſtipendia ad hoc inſtituta, ut iuſtitiam conſeruent in terra ſecundum eundem Bea. Thom. 2.2. q.62. arti. 7. tit. de reſt. & quia non in omni loco poſſunt eſſe Principes, ut cuſtodiant iuſtitiam, permittitur eis Magiſtratus, & Poteſtates creare per loca & terras, & ſic recipere pecuniam de eo ad quod ex debito ipſi tenentur turpe eſt, & contra iuſti-

223 tiam. Præterea Principes tenentur capitaneis, & officialibus de ſuo ærario ſoluere ſalarium, nec ad illud ſoluendum poſſunt de iuſtitia cogere incolas ciuitatis, ſecundum Luc. de pœn. in l. Annonas. C. de erro. mili. anno. lib. 12. & Iaco. de Gell. in tract. de iure adohæ. ergo recipere pecuniã pro eo, pro quo ipſi tenentur pecuniam ſoluere, turpiſsimum eſt, & contra iuſtitiam, & ſi peccatur ſolum appetendo officia, & ea deſiderando, ut per plura probat Gul. de Bened. ubi ſupra quanto ma-

224 gis emendo, & uendendo. Furantur etiã quia facti ſunt mercatores ementes frumenta, & in eorum horrea reponentes, ut cariori pretio uendant,

&

& facientes cauponationem de frumēto, cuius rei cauſa vndique fames inualuit, & infiniti pauperes famę pereunt, unde miſeris populis eueniſſe propter eorū peccata certum eſt, id quod ſcriptum eſt lib. Deutero. 28. (excitabit contra te Dominus gentem e longinquo ab extremitate terræ, quæ inuolabit, vt Aquila, gentē cuius linguam tu non capies, gentem impudentem facie, quæ faciem ſenis non reuerebitur, nec miſerebitur adoleſcētis. hæc comedet fœtum iumentorum tuorum, & fructum telluris tuæ, donec te deleat, vt nihil reliquum faciat tibi, neque frumenti, neque vini, neque olei, neque fœtus boum tuorum, neque gregis ouium tuarū, donec te perdat. Hæc eſt illa cauponatio quam expreſsim inhibuit Plato Dialo. 8. de legi. verſus finē, dum inquit (ne cauponatio in tritico, & hordeo circa farinam ac cætera alimēta, vlla fiat.) hęc enim cauponatio ſumme' deteſtabilis eſt ſecundū illud Prouer. 11. (qui annonam abſtrudit, execratur à populo, qui vero' diſtrahit laudatur.) Quā enim abſurdum ſit, ut hi qui prohibere omnino debent ne talia fiant, ipſi demum eam faciant? vnuſquiſque conſideret. Sed quid plura? ſi vellem recenſere furtorum genera, quę hodie committuntur, opus eſſet non aliam aggredi materiam, idcirco' prætermitto, & rogemus Deum vt miſereatur noſtri, quia omnes egemus gratia ipſius, & quia ſunt duo alia præceta in Decalogo ad ea deueniamus iuſta initiatum ordinem.

225 Nono concupiſcentia alienarum mulierum, & vxorum proximorum prorſus inhibetur ſecundū illud Exod. cap. 20. (ne concupiſcas uxorem proximi tui,) & Math. cap. 5. (Audiſtis dictum eſſe antiquis, non committens adulterium. At ego di-

co vobis,

co.vobis,quicunque aſpexerit mulierem,ad cōcupiſcendum eam,iam adulterium commiſit cum ea in corde ſuo). Sed eſt aduertendum ꝙ ſecundum Beat.Thom.2.2.q.122.arti. 6. concupiſcentia dupliciter poteſt capi, vno modo ſecundū quod eſt actus voluntatis,vt dicitur Sapi.6. concupiſcentia ſapientiæ perducit ad regnum perpetuum,alio modo ſecundum quod eſt, actus ſenſualitatis ſicut dicitur Iaco. 4. (vnde bella & lites in uobis, nonne ex concupiſcentijs, quæ militant in membris veſtris)per præceptum ergo non prohibetur primus motus concupiſcentiæ, qui conſiſtit infra limites ſenſualitatis,ſed prohibetur directè conſenſus voluntatis, qui eſt in opus vel delectationem.

236 Item decimò inhibetur concupiſcentia bonorū & rerum proximi,per illud Exod.cap.20. (ne concupiſcas rem proximi tui. Iure autem noſtro nemo patitur pœnam cogitationis.l. cogitationis. ff. de pœ.& idem eſt de iure canonico,vt cap.cogitationis de pœn. diſtin. prima. de quo & in cap. ſed penſandum.6.diſtin.vbi habetur ꝙ peccatum ſola cogitatione nō dicitur perpetratum, ſed delectatione & conſenſu, gloſſ. autem in l. præſenti.C. de hijs qui ad Eccle.confu.diſtinguit ꝙ aut cogitatio eſt adeò nuda, vt non tranſierit in aliquod conamen,& tunc non punitur,& ita ſecundum eā procedant prædicta,aut tranſiuit in conamen, licet ad effectum minimè deuentum ſit,& tunc in grauioribus punitur, in minoribus autem non punitur,niſi ſequuto effectu, ea gloſ. in l. qui ea mente.ff. de furt.vltra addit quod ſi ad actum non conſumatum,neque perfectum non eſt deuentum, eo quia noluit cū potuit,& tunc non punitur, ſi verò quia non potuit,ſed per ſe non ſtetit, & punitur, & per

legem

legem primam in fin. ff. ad l. Pompe. de Pari. Alber. à Roſat. in d. l. cogitationis ſimpliciter dicit, quod ſi per cogitantem ſteterit, quominus ad actum ſit deuentum, non punitur in hoc ſeculo, ſed quo ad Deum tenetur, ſi cogitationi inhęſit, & aliqualiter aſſenſit, Bald. in l. ſiquis non dicam rapere. C. de Epiſco. & cler. diſtinguit ſic, quòd aut quis deliquit aliter quam cogitauit, interdum minus quam cogitauit, interdum plus cogitauit & minus deliquit, primo caſu punitur, ne delictum remaneat impunitum, ſecundo caſu punitur, ſecundum quod cogitauit, & non plus, quod eſt intelligendum, ſecundum ea quæ dicit Cyn. in l. quoniam multa. C. ad leg. Iul. de adulte. tertio caſu quando deliquit quis minus quam cogitauit, & tunc quidam cogitant & non perſeuerant in cogitatione, & non puniuntur, nec à Deo nec ab homine, quidam perſeuerant in moroſa cogitatione, & etiam in deliberatione mentis, & puniuntur in foro pœnitentiali, non in iudiciali. Fallit in hęreſi, quia illud delictum committitur intra ſeipſum in mente, nec eſt opus actu exteriori, aliquando cogitant, & perficiunt, & tunc non habet locum pœnitentia, ſed puniuntur. l. qui ea mente. ff. de furt. quod fallit vbicunque admittitur pœnitentia conſumato delicto, aut non eſt cogitatum, neque actum, & regulariter nõ punitur, quod fallit in filio quãdo pater eſt reus læſæ maieſtatis, aut cogitatum eſt, & ad actum eſt proceſſum, & tamen non eſt cõſumatũ, & tunc aut ideò non eſt conſumatum quia non potuit, & tũc aut ſumus in leuioribus delictis, & excuſatur aut in grauioribus, & tunc aut eſt deuctum ad actum verbi, & non punitur pro delicto tanquam conſumato, ſed extra ordinẽ, id eſt minori pœna, aut pro-

proceſſum eſt ad actum facti, & tunc ſi ad proximum & immediatum, punitur pro delicto conſumato. Si uero ad remotum & tunc minus punitur quam ſi conſumatum eſſet, & hoc ſi agitur criminaliter, aut non eſt conſumatum, quia noluit, & tunc non punitur, quod eſt verum in delictis in quibus nullus offenditur niſi reſpectu conſumatio nis, ſed quando ex tali delicto cœperit alius offendi, licet principale intentum non puniatur punitur tamen acceſſorium ſeu præambulum, vt in eo qui fregit oſtia, cauſa committendi adulterium, nam licet pœniteat, tamen punitur de fractura oſtiorū & cum hac diſtinctione reſidet ipſe Ioann. Andr. in regula in pœn. de regu. iur. Format quæſtionē in eo qui cogitauit delinquere, & aliquid egit, ſed non perfecit, & ſi per ipſum non ſteterit, & tandē relatis pluribus contrarijs in vtramque partem dicit quod tam in grauioribus delictis, quam nō grauioribus regulariter conatus non punitur ordinaria pœna, bene tamen peccat, & arbitraria pœna minori, vel maiori deberet plecti, habita conſideratione an per ipſum ſteterit an non. Ad contraria verò omnia reſpondet quòd loquuntur in pœna quam non contrahit quis ipſo iure, ſed iure præcipiente per iudicem infligitur, diuerſitatis enim rationem per ſimile probat (quòd eſt,) Nam ſi datur terminus a iure ſine iudicis, vel hominis miniſterio, illum iudex breuiare non poteſt, niſi eodem vel alio iure permitteretur, terminum autem quē ius præcipit dari per iudicē, breuiare poteſt iudex. Item non eſt mirum (ſecundum eum) ſi deſideratur actus perfectus in pœna iuris, pluſquam in pœna iudicis, cum deſit conſideratio, & arbitratus legis mortuę, quod non deeſt in iudice, *l. ultim. in*

princi.C.de his qui ad Eccle. confu. Ad iura verò contraria quæ pro delicto non perfecto etiam pœnam ipſo iure infligunt ſicut infamiæ, & his ſimiles, de quibus communiter dicunt Docto. quod loquuntur in atrociſsimis, vt in hæreſi, & crimine læſæ maieſtatis, reſpondet ipſe aliter, videlicet quod hæreſis contrahitur, & perficitur hoc ipſo, quòd quis cogitat, & credit errorem. cap. ad abolendam extra de hære. crimen verò læſæ maieſtatis contrahitur ex attentatione. Item attentare eſt ibi delictum quod expreſſe ius punit, cum igitur interuenit attentatio eſt perfectum delictum quod lex puniebat, ut eſt ſimile in eo qui locauit operas ſuas vt pugnaret cum beſtia færa, Nam ipſum locare eſt delictum conſumatum. l. prima. §. beſtias. ff. de poſtu. idem eſt in eo qui occidit alium per aſſaſsinium, nam incurrit pœnas ipſo iure, ſed ex mandato mandans non incurrit illas pœnas ex illa parte, qua punitur occidens, ſed ex qua punitur mãdãs: ipſum enim mandare eſt ipſum delictum perfectum, quod ipſa conſtitutio punit ipſo iure, certis pœnis. Si ergo cogitaſſet mandare, & uocauit mandatarium, ſed non mandauit, nõ eſt perfectũ delictum ex eo capite, et ſic nec erit locus pœnæ, et ſic omnium contrariorum breuis eſt ſolutio, ꝙ nõ loquuntur de pœna quæ ipſo iure contrahitur, ſed quæ iudicis miniſterio infligitur. Ad illa vero quæ loquuntur de pœna, quæ ipſo iure contrahitur reſpondetur, quod ibi attentatio, uel conatus productus in actum, eſt ipſum delictum perfectum, ꝙ ius punit. Sandeus autẽ in ſuo ſolemni tractatu, quãdo conatus puniatꝰ facit regulã ꝙ conatus ſine effectu pęnã męretur per. l. is qui cũ telo. C. de ſica. & l. ſiquis non dicam rapere. C. de Epiſco. & cler. & per

& per ſimilia de quibus per eum quæ quidem regula(ſecundum eum)primo fallit ut non procedat in eo qui non impeditus impedimento facti deſtitit pœnitentia ductus,ab illo ſuo conatu,nam talis non punitur. l. qui ea mente & ibi gloſſ. ff.de fur. Et hoc eſſe uerum intelligas, quando ante conſumatum delictum deſtitiſſet. Secundo fallit quando conatus alicuius rei prohibitæ etiam ſi habuiſſet effectum nemini nocuiſſet. Tertio fallit quando connatus non habuit actum exteriorem,ſed ſtetit in ſola voluntate,etiam cum conſenſu rationis quia illa cogitatio non punitur,& ita loquitur.d.l. cogitationis. Sed ſunt quatuor caſus in quibus ſola uoluntas habetur pro facto. primus eſt in matrimonio, vt ſiquis dicat Bertæ, volo te in uxorē, ſecundus caſus eſt in foro conſcientiæ, in quo ſi voluntas progreditur ad leuem conſenſum, habetur pro peccato veniali, ſi autem ad conſenſum plene deliberatum habetur pro mortali, ſicut ſi feciſſet per tex. in cap.ſed penſandum. 6. diſtin. tertius caſus eſt quo ad pœnam quæ imponitur in genere,ſicut eſt quod ea non ſuſpendit clericum pro peccato mortali,quartus caſus eſt in hęreſi,quia ſola uoluntas ſeu credulitas conſtituit aliquem hæreticum,per cap.excommunicamus. §. credentes de hęre. Fallit quarto ubi a lege imponitur pœna ipſo iure, quia ad eam incurrendam non ſufficit conatus qualiſcunque fuerit. quinto in delictis non atrocioribus,quia conatus in ipſis nō habetur pro effectu,ſecundum Bald.in d.l.ſiquis non dicam rapere in 2.colum.Fallit. vi. in excommunicatione, & alijs cenſuris,quia ad eas incurrendas requiritur factum ſecundum Cardin. in cap.præterea requiſiſti,ad fin.de appell. Fallit.7.niſi agatur ciuiliter,

quia

quia in factis ciuilibus conatus non punitur pro ef fectu, ut ſentit gloſſ. parua, & ibi expreſſe Bald. in l. ſi conſtiterit. C. fin. regun. Fallit. 8. in ſtatutis punientibus delicta, quia ſemper intelligũtur de delictis conſumatis ſecundum Bart. In l. prima. ff. ad l. Cor. de Sicar. quod procedit etiam in atrociſsimis. dicit tamen Bal. in l. ſi fugitiui. 2. col. C. de ſer. fugi. quod etiam in caſu ſtatuti attentans delictum poterit puniri extraordinariè, & ita pertranſit Domi. Fely. ubi ſupra, Roma. in l. 1. ff. quod quiſque iur. in fi. dicit ſimpliciter, quod de conſuetudine conatus etiam in atrociſsimis non punitur pro effectu conſumato per doctri. Specu. in titu. §. primo, uerſic. ſed pone. Itẽ non punitur conatus in pœnis ſtatutarijs, quæ ipſo iure infligũtur, quid igitur dicendũ? ego aũt pro veritate puto indagandum eſſe quid ſit cogitatio, & voluntas, & quid ſit conatus. In quo ſciendum eſt quod animæ ſenſitiuę inter cęteras potentias, duæ ſunt appræhenſiua. ſ. & motiua, appræhenſiua animę, eſt per uiſum qui eſt potẽtia appræhẽſiua uiſibilis in oculo mediãte diaphano, obiectum namq; uiſus eſt uiſibile, organũ oculus, & medium diaphanum, poſteaquã homo per apprehẽſiuam potentiam agnouit, ſequitur, ut per appetitiuam, et motiuam, appetat conueniens, aut reſpuat cõtrarium: per progreſsiuam autem quod appetebat, proſequebatur, & fugiat quod reſpuebat. Eſt igitur appetitiua potentia qua animal indinatur ad perſequutionem vel fugam eius quod cognoſcit, & dicitur etiam ſenſualitas, & appetitus animalis. huic rurſus abſunt concupiſcibilis, & iraſcibilis. Eſt enim concupiſcibilis illa quæ tendit in bonum, verum, vel apparens, maxime autẽ delectabile. Iraſcibilis vero eſt illa quæ contra

malum inſurgit,& fertur in bonum,arduum, utile,vel honeſtum,etiam ſi delectabile non ſit,ut potio amara,ꝙ concupiſcibilis reſpiciat per ſe bonū, vel malum,fugiendum,vel proſequendum.At verò iraſcibilis impedimentum proſequutionis mali, & fugæ boni attendat, quod magis probabile videtur,ſecundum Marga. Philo. libr. 10. tract. 11. cap.30. imperat igitur concupiſcibilis moueri ad ea quæ videntur bona & neceſſaria,iraſcibilis autem mandat fugam eorum quæ ſunt contraria, & nociua,illa quietatur per cõiunctionem boni optati,hæc perturbatur per eius oblationem, & præſentiam contrarij, unde & ab his affectiones animi oriuntur,quæ ſunt gaudium & ſpes à concupiſcibili,dolor & timor, ab iraſcibili, has Poeta 9. Aene. iuxta Platonicorum ſententiam, tanquam origines uitiorum accidere animæ ex corporis ſocietate prohibet dum inquit.

Igneus eſt ollis vigor & cœleſtis origo ſeminibus,quantum non noxia corpora tardent,

Terrenique hebetãt artus, moribūdaq; mēbra. Hinc metuunt, cupiuntque dolentque, nec auras ſuſpiciunt cluſæ tenebris & carcere cæco, ſed non omnia vitia animæ ex carnis corruptæ ſocietate accidere,Diuus Aug. de Ciui. Dei lib. 14. cap.3. manifeſtat organum verò concupiſcibilis & iraſcibilis(ſecundum Philoſophos) circa cor uel ipſum cor eſt,eo ꝙ cor in actibus earum, & dilatatur & cõſtringitur, & ſanguis ab exterioribus ad cor,vel à corde ad exteriora remittitur. Hinc timidi pallent,& irati excandeſcunt,in his nempè animalis ſpiritus ad uitæ fontem, ut ſecurior ſit retrocedit,in illis anima pro patuio uideri deſiderat, ne uideatur formidoloſa, & in ultionem ſe extendit,

Poten-

Potentia autem appetitiua quam uoluntatem dicimus (ut inquit Auguſti. lib. de duabus animalibus) eſt motus animi cogente nullo ad aliquid, uel non admittendum, uel adipiſcendum. Diuiditur autē bifariè in naturalem, uidelicet & rationalem. Naturalem quidem uocant Philoſophi uoluntatem, qua uolumus quæ non appetere non poſſumus, ut ſunt eſſe, uiuere, ſcire. Rationem uerò appellant qua non naturalia, quæ & appetere & renuere poſſumus volumus. Hanc ſimiliter deliberatiuam dicunt, nam ex deliberatione id appetit, et aliud reſpuit ſecundum Marga. Philo. lib. 11. de poten. ani. ntel. c. 12. quidam uerò dicit, ꝙ tres ſunt ſenſus interiores, ſenſus communis, uidelicet ad quem proferuntur imagines ſeu uibrationes ab omnibus exterioribus ſenſibus, & qui actiones ſenſuum diſcernit, & obiecta diiudicat, deinde ſequitur cogitatio ſeu compoſitio, quam uim Galenus nominat, huius organum vulgo dicunt eſſe medium uentriculum, ſed aliud uerius uidetur eſſe organum media pars ciuitatum anteriorum, deinde ſequitur memoria, quæ capax eſt tantæ uarietatis, & tot imaginum, easque conſeruat, ſicque ex prædictis ſatis habes quid ſit concupiſcentia, cogitatio, ſeu uoluntas. Quando enim homo poſt cognitionem concupierit, ſeu deſiderauerit rem cognitam, & inceperit proſequi, tūc reſultat conatus, qui aliud non eſt, niſi potentia progreſsiua (ut ſupra dixi) et ſic etiam quid ſit conatus facile percipere potes. Iſtis igitur ſic ſuccinte præmiſsis, diſtinguendum eſt, quòd aut quærimus, an cogitatio ſeu uoluntas, ut ſuprà declarata in aliquo puniatur. ſecundò an conatus puniatur ut conſumatum? & quò ad primum ſubdiſtinguo aut loquimur quò ad Deū,

aut quò ad hominem, ſeu iuſtitiam humanam. Et quò ad primum: an quò ad Deum ſola concupiſcentia cui uoluntas conſentit puniatur ità uel ne? eſt mere materia theologica, & multa eſſent dicẽda, & eſſet pertractare materiã liberi arbitrij, ideò
227 pro nunc remitto me ad theologos. Sed quo ad ſecundum an ſola cogitatio, & voluntas quò ad hominem puniatur? quicquid dixerint ſcribentes in hoc teneo audacter ſolam uolũtatem, & cogitationem, eo modo vt ſupra conſiderauimus ullo modo, & in vllo caſu puniri, nec obſtat id quod de hereſi ſcribentes aſſerunt, quia ſola cogitatione, & voluntate non poteſt dici hæreſim contrahi, niſi ſubſequuta altera potentia animę. ſ. progreſsiua, (vt ſupra declaraui) qua quidem id quod cogitatum eſt proſequitur, et demum opere compleatur, & eo caſu, delictum non eſt ſolius cogitationis ſed exequutioni demandatum eſt. Exemplum in me ſunt motiuæ cogitationes non eſſe Deum, ſeu Chriſtum non eſſe filium Dei, ſeu aliter, ex hoc ſolo non contrahitur hæreſis, vt puniatur ab homine, ſed poſtquam talia cogitaui, ii non credo in Deum, & nego Ieſum eſſe filium Dei, delictum nedum cogitatione eſt patratum, ſed opere perfectum, & exequutioni demandatum, & ideo nimirum ſi punitur, & ſic non poteſt dici quòd ſola cogitatio in eo caſu puniatur, quia eo caſu delictũ illud quãtum in ſe eſt, eſt iam perfectum & conſu-
228 matum. Minime etiam in crimine læſę maieſta. punitur ſeu puniri poteſt ſola congitatio, & potentia animæ motiua ſeu appetitiua, niſi cõcurrat progreſsiua per actum facti, non uerbi tãtum, dummodo non cum pluribus admodum coniurationis, prout uoluit gloſſ. in l. quiſquis, C. ad l. Iul.

maie.

maie. & declarat pulchrè And. de Iſer.in ca. 1.§.ſi voluerit de capi.qui cur.uẽ.& recolo dixiſſe in pra ctica mea cauſa cri.in uerbo item commiſit. crimẽ læſę maieſta.& in fragmen. in tit.de cri.læſę maie. de conatu autem remitto me ad ſupradictos Doctores,& Afflict.in conſtitu.ſiquis aliquẽ, & Gra

229 ma.in uoto.9. Non enim poteſt lex ciuilis cogitationes punire ſicut Deus, quia ex cogitatione nemo offenditur nec grauatur,ſed tantum conſciẽtia malè cogitantis offenditur vt pulchrè dicit Io. Chriſo. in caput Math. 12. homel. 29. in litera.C. (qui enim malum cogitat, ſe perdit, alterum non grauat.) & vbi actio ciuilis non oritur (quod eſt quando nemo offenſus eſt) nõ oritur etiam actio criminalis,vel inquiſitio Reipublicæ ſecundum Sa lice.in l.eos.C.de furt. & Domi.Bartho.Cępol.in conſi.59.pen.col. & plenè dixi in addi. Maran.in 4.parte in prima diſt.iudi. nu. 1. Solus enim Deus eſt ſcrutator cordium, & punitor, vt per eundem Ioan. Chriſo.ubi ſupra & ſic non contrariatur ius ciuile iuri diuino, quatenus cogitationes non puniat, ſed optimè ſanctèque proceſsit.

230 Sunt rurſus vltra prædicta quæ ius Diuinum dicuntur,alia quoque Euangelica præcepta regulantia circa apponenda & vitanda, alia uerò regulantia circa intentionem, quale eſt præceptum reconciliationis. Item concordiæ, item patientiæ, reſpectu læſionis corporum, item patientiæ, reſpectu ablationis rerum. Item patientiæ, reſpectu angariæ operum. Item erogationis, item dilectionis inimicorum, & vltimo præceptum mutuationis, & in hoc vltimo eſt materia noſtra, cum per illud pręcipitur, mutuari indigenti abſq; tũ ſpe fœnoris & lucri, ut habetur per illud Mat-

thę. 5. (& ſecundum illud Luc. 6.) mutuum datę
indigentibus, & Deute. 23. (fratri tuo abſque uſu-
ra illud quo indiget commodabis.) idcirco pręter-
miſsis alijs vt ſupra, uideamus de iſto, (ut ſic no-
231 ſtram quæſtionem abſoluamus. Quare ſcien-
dum eſt vſurarum uoraginem adeò Deo & homi
nibus exoſam & odibilem eſſe, quod omni lege
penitus improbatur, hinc Ioſeph. lib. antiq. 4. c. 6.)
nulli hebręorum (inquit) ad uſuras liceat fœnera-
ri neque cibum neque potum; non enim iuſtum eſt
à contribule redditus ſubſtinere, ſed ſola tamẽ uti-
litatis eius lucrum eſſe decernere, & gratiari actio-
nem, & recompenſationem à Deo referendam ꝑ
benignitate ſufficere, qui uerò acceperint ſiue pe-
cunias, ſiue quoſcunque fructus ſiccos uel humi-
dos, reminiſcentes Deum; hæc cum dilectione re-
ſtituant, tanquam reponentes in proprijs loculis,
232 & iterum cũ opus fuerit hæc tollentes. Et Boc-
choridis lex apud Aegyptios, fœnus quod ex ſcri-
pto contrahebatur, prohibebat ultra contracti
mutui duplum exigi, ſolutio ex bonis debitoris ſo-
lum fiebat, corpus non poterat addici creditori.
Putabat enim oportere bona tantum ſubdita eſſe
debitis, corpora quorum opera & bello, & pace
uterentur ciuitabus addicta eſſe, hanc etiam legem
Solon ad Athenienſes trãſtulit quem *Siſachthiam*
appellauit, decernens ne ob uſuras ciuium corpo-
ra necterentur, vnde non iniuria queruntur, qui-
dam de nonnullis Græcis legiſlatoribus, qui arma
aut aratrum, aliud quiduis operi neceſſarium, cre-
ditori ob fœnus addici negant, corpora uerò quæ
ijs utuntur permittunt. Diodo. Siculus lib. 2. rerũ
antiquarum. cap. 3. Solonis legem laudat Plutar.
in opuſcu, de uitan, uſu, Nam ſi corpora pro debitis

pi-

pignori darentur, omnes in ſeruitutem redigerētur, eſſetque ſane grauiſsimum ſeruire tam iniquis barbaris, ac agreſtibus ſeruis, qualis Plato ait, ignitos ac pœnarum exactores improborū animas apud inferos torquere, etenim illi quo forte impiorum ſedes debitoribus miſeris eſſe demonſtrant, vulturum inſtar eos deuorantes, ac laniantes, ſuisque uiſceribus roſtrum condentes, cæteris autem uelut Tantalo inſiſtentes, eos ne ex proprijs quid guſtare, ſeu tangere ualeant arcent. Vnde Cato maior bene interrogatus, quid maxime in re familiari expediret? reſpondit bene paſcere, quid ſecundū, ſatis bene paſcere? quid tertium bene ueſtire? quid quartum? orare, & cum ille qui quæſierat dixiſſet, quid fœnerari? tum Cato, quid hominem (inquit) occidere? vt eſt apud Cicero. lib. 2. offic. in fin. ſimilis enim eſt pecunia uſurarij morſui aſpidis. percuſſus enim ab aſpide quaſi delectatus uadit in ſomnum, & per ſuauitatem ſoporis moritur, quia tunc uenenum latēter per omia membra decurrit, ſic qui ſub uſura accipit ſub tempore, quaſi beneficiū ſentit, ſed uſura per omnes ſuas facultates decurrit, & totum conuertit in debitum ſecundum Ioan. Chriſo. ſuper illud Matthæ. 5. & uolenti mutare. Hom. 12. & idem ſuper Matth. Hom. 6. in fi. (nihil uſuris turpius) nihil crudelius alienas hic negotiatur miſerias, & lucrum ſuum alterius aduerſitatem facit, talis eſt quaſi manum ſuſcipiens, & in naufragium impellens (& Ambro. lib. 3. offi.) cor in fraudem conuertis naturæ induſtriam (inquit) cur affectus inopiam? cur optari facis pauperibus ſterilitatem, exploras quādo ſterilior prouentus, hanc uocas induſtriam, quæ eſt caliditatis uerſutia, fraudis aſtutia, & quod tu remedium uo-

cas, eſt commentum nequitiæ, latrocinium autem fœnus appellem captatur tanquam latrocinij tempora, quibus in uiſcera hominum durus inſidiator ſobrepas tui cōditæ frugis multiplicatur uſura, quid imprecari mala omnibus, lucrum tuum damnum publicum eſt, nimirum igitur ſi Princeps ex ſe eas vſuras permittere nequit, & etiam Papa ſimpliciter eas permittere nequaquā poteſt, ſed in certo caſu propter maius malum euitandū, bene poteſt diſpenſare committi uſuram, nec mirandum eſt Iureconſultos permiſiſſe uſuras, quia ſecundum beat. Tho. 2. 2. q. 78. arti. 1. leges humanę dimittunt aliqua peccata impunita propter conditiones hominum imperfectorū, in quibus multæ utilitates impedirentur, ſi omnia peccata diſtrictè prohiberentur pœnis adhibitis, & ideo uſuras lex humana cōceſsit, non quaſi exiſtimans eas ſecūdum iuſtitiam, ſed ne impedirentur utilitates multorum. Sic igitur ex prædictis iam habes qua ratione Pragma. huic duplex ptās acceſſerit, Regalis. ſ. et Pontificia, habes etiā in quibus caſibus Princeps pōt diſponere contra ius diuinum, & ſi nimis à propria materia digreſsi ſumus non fuit ſine utilitate, ut arbitror.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Ius quando dicatur rigoroſum.*
2 *Ius quando dicatur ſtrictum.*
3 *Strictum ius propriè quid dicitur.*
4 *Rigoroſum ius ſummum ius uocatur.*
5 *Aequitas appellatur diuerſis nominibus ut infra.*
6 *Ius & æquitas an differant*
7 *Ius quid ſit, & qualiter diffinitur.*
8 *Lex quid ſit, & qualiter diffinitur.*
9 *Summum ius & æquitas differunt.*

Aequi-

10 *Aequitas eſt ius.*
11 *Subtilitatem iuris ſequi, & aequitatem omittere error eſt.*
12 *Lex omnibus caſibus adaptari nequit.*
13 *Iudex quid ſit, & qualiter diffinitur.*
Aequitas eſt ubique magnum bonum.
14 *Aequitas dependet ex ſola animi deliberatione.*
15 *Partes iudicantis quæ nam eſſe debent.*
16 *Aequitas non eſt qualibet opinio hominis.*
17 *Aequitas neceſſaria eſt in interpretatione iuris.*
18 *Interpretatio legum fieri debet ſecundum æquitatem.*
19 *Aequitas non eſt ea quæ vnicuique uidebitur.*
20 *Opinio quæ pro Deo eſt, debet præferri quando plures ſunt.*
21 *Opinio pro anima ſemper eſt attendenda.*
22 *Opinio canoniſtarum præfertur opinioni legiſtarum.*
23 *Opinio dubia interpretari debet in eccleſiæ fauorem.*
24 *Opinio pro iuramento ſeruando præfertur.*
25 *Opinio quæ eſt in fauorem viduarum, & miſerabilium perſonarum ſemper attendi debet.*
26 *Opinio quæ eſt pro religione, & cauſa pia debet attendi.*
37 *Opinio faciens in fauorem patriæ debet attendi.*
28 *Opinio in fauorem Parentum debet attendi.*
29 *Opinio quæ fauet Reipublicæ attendi debet.*
30 *Quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, ipſe eo iure utatur.*
31 *Aequitas non ſcripta an ſit tanti effectus, vt recedatur à iure ſcripto.*
Opinio Bar. Opinio Ang. Opinio Bal.
Opinio Alb de Roſa.
Opinio Salice.
Opinio Pariſij.
Opinio Io Roger.
Opinio Dom. Authoris.
Opinio Do. Authoris concluſio.
32 *Aequitas in omni tempore, & loco debet attendi.*
33 *Aequitas attendi debet plus cum honoribus vnius loci quàm cum hominibus alterius loci.*
34 *Hominum differentia vnde cauſantur.*

35 *Minor ætas an ſit iuſta cauſa vt minoretur pœna.*
36 *Rigor multis exemplis laudatur.*
37 *Rigor uituperatur, & quomodo.*
38 *Iudices hodierni malefaciunt noua reperire tormenta.*
39 *Aqua congelata eſt de per ſe tormentum.*
40 *Rigor iuris diuini relaxatur.*
41 *Intellectus ubi eſt dubius recurritur ad naturalem rationem.*
42 *Ceſſante ratione legis ceſſat lex.*
43 *Verba debent deſeruire rationi & æquitati.*

1 IVs enim aliquando rigoroſum vt hic; quod quando ſit aliàs dixi in addi.ad 2 Dom.Rober. Aliquando uerò dicitur ſtrictū ius, quod aduerſatur ęquitati, vt patet ex.l.placuit. C.de iudi. 3 & ex.l.2.§.quęquam.ff. de aq.plu. arceri. Et ꝓpriè illud dicitur ſtrictum ius, quod eſt regulare, & innititur regulę.l.peri.ff.de conſti.pecu.hinc ad regulam dantur exceptiones; quæ ab æquitate ꝓcedunt.l.qui æquitate. & ibi gloſ.ff.de dol.excep.
4 Aliquando etiam ſtrictum ſeu rigoroſum ius, ſummum ius vocatur, ſecundum Teren.in Heau- tō. (ſummum ius; ſæpè ſumma malitia) & Tul. lib. 1. rei ruſticæ.c.7. (ſummum ius antiqui ſummam putabant crucem.) Aliquando ius rigoroſum & ſtrictum ſæuerum dicitur.l. ſi compenſandi, ibi iuris ſæueritas.C.de hære.inſti.& l.nulla.ff. de legi. Et alibi dicitur ſæuera interpretatio.l.2.in prin.ff.de cuſto.reo.& aliquādo dicitur ſæuera ſententia.l. 1.§.caſum.ff. de poſtulan. aliquando dicitur ius ſubtile, quod etiam humanitati opponitur. l.ſi ita ſcriptum.ff. de liber. & poſthum. & alibi mæra ſubtilitas dicitur.l. ſi fur.§. 1.ff.de vſucap.aliquando appellatur ius verſutum, & callidum, ſecundum Cicer.pro Cecinna, (tum vociferatur ex

ęquo & bono, nõ ex callido verſutoq́ue iure rem
iudicari oportere.) Aliquando dicitur ius ſtrictũ
illud quod uerbis innititur, ſecundum Cicero. in
ora.pro Ceci. (callide uerbis controuerſias diiudi-
cas non æquitatem.) alibi uocatur ius ſcrupulo-
ſum, id quod æquitati aduerſatur, ut habetur in l.
poſthumus in prin.ff. de iniu.teſtamẽ. alibi etiam
ſtrictum & rigoroſum ius apices iuris dicitur ſecũ
dum Bal.in ca. 1.colum.2.verſicu.apices extra de
conſti.per l.fideiuſſor.§.quædam.ff. man.alijs etiã
nominibus nuncupatur, ut annotatum habes per
Tiraquell.in tracta.de vtro. retra. in tit. de retra-
5 iet lignagier.§.35. Vbi etiam habetur per eun-
dem, quod ſicut diuerſis nominibus appellatur
ius rigoroſum, & ſtrictum, ita etiam diuerſis no-
minibus nuncupatur æquitas, & hoc neceſſarium
eſt, ſemper enim, quod vnum de contrarijs habet
plura nomina & vocabula, alterum de contrarijs
habeat etiam plura uocabula, & nomina ſecũdũ
Ariſto.in 5.Ethico.primo. Aliquando enim beni-
gnitas nuncupatur, & aliquando benigna inter-
prætatio, (quod idem eſt) vt l.penul.ff.de condi.
& demonſtra.& l.2.ff.de lib.& poſthu. Aliquan-
do benigna opinio.l.is qui ſuis.§.ſiue autem.ff.ma
nu.& alibi benignè credere.l.in bello.§.ſi ſtatu li-
ber.ff. de capti.& poſtli. reuer. & etiam benignè
accipere.l.cum quidam.ff.de liber.& poſthu.item
aliquando bonum & æquum, & aliquando bo-
num ſimpliciter, & aliquando bonum ęquum ſi-
ne copula, & aliquando æquum ſimpliciter, ſecun
dum Bud.poſt prin.priorum annota.item aliquã-
do remiſsio æquitatis ipſa appellatur, ſecundum
Tull.in Epiſto.ad Acticum lib. 16.(ego ſi me non
improbiſsime Dolobella tractaſſet, dubitaſſem

fortaſſe,

fortaſſe, vtrū remiſsior eſſem an ſummo iure agerem) item aliquando facilitas nuncupatur, ſecūdum eundem Tulli. Philipp. 9. ubi loquens de ſeruio ſulpitio inquit (quæ proficiſcebātur à legibus, & à iure ciuili, ſemper ad facilitatē æquitatemque referebat) aliquando fauor dicitur. l. ſi hęreditas in princ. ff. de ſtatu lib. aliquandò manſuetudo, vt c. ſi. extra de pœn. & Clemen. 1. de iud. Aliquando miſericordia, & aliquando mollities, & etiā diſpēſatio, ut late ibi per eū & aliquando moderatio, ſeu moderamē iuris, vt hic habetur in tex. noſtro.

6 Et ſi ad inuicem pugnare ſcriptum ius & æquitatem aliquibus forſan uideatur, hoc tamen aliqua ratione fundari minimè poteſt, nā & ius ęquitas eſt, & æquitas eſt ius, inquit enim Cice. in Topi. in princ. (ius ciuile eſt æquitas conſtituta ijs, qui eiuſdem ciuitatis ſunt ad res ſuas obtinendas) idque Vlpi. iurecon. in l. 1. ff. de iuſt. & iur. annotatū

7 reliquit, dicens (ius eſt ars boni & æqui, cuius merito quis nos ſacerdotes appellat) hinc Marſi. Ficin. in argumen. in lib. Plato. de lege, ſic inquit.

8 Lex eſt uera gubernandi ratio, quæ ad finem optimum per commoda media gubernata dirigit, tranſgredienti pœnam, obedienti pręmium ſtatuens, & paulò inferius (à lege namque legitimū, à legitimo iuſtum, à iuſto bonum, rectum, uerumque opus ſæpenumero nominatur, proptera legē bonam, ueramque eſſe neceſſe eſt,) & Ariſto. 5. Ethico. primo. dicit (ius ergo etiam ipſum legiti-

9 mum, & æquum erit.) Summum uerò ius & æquitas bene differunt, ſed nec diuerſi generis ſūt, vt bene diſſeruit Ariſto. 5. Ethico. nono. nam ius omnia certa, & inflexibilia exigit, æquitas eſt quę ex iure multum remittit, exempla ſunt Præto-

rum

rum ædicta, quid enim aliud eſt reſtituere in integrum, q̃ laſſare iuris ſtricti rigorem? refert enim Marcellus in l.pen.ff.de in integ.reſti. Diuum Antoninum dixiſſe Marco auito Prætori,de ſuccurrēdo ei qui abſens rem amiſerat,in hanc ſententiam. (Et ſi nihil facilè mutandum eſt ex ſolēnibus,tamē ubi æquitas euidens poſcit eſt ſubueniendum.nec deeſſent in corpore iuris alia excēpla de hoc. Eſt igitur (ut dixi) uerum,æquitatē ius eſſe, non illud quidem lege ſcripta comprehenſum, ſed prestantius,meliusq́;, nam cum æquitatem appellamus, ipſam iuris medullam,germanamq́; iuſtitiā intelligimus,quam nullo ſcripto comprehendere,ſed cēſendo tantum adſequi poſſumus: hinc ad propoſitum Ariſt.5.Ethi.9. loquens de bono & æquo,in hęc uerba ait(Eſtq́; ea æqui & boni natura,ut legis qua parte deficit,ob uniuerſalē,emendatio ſit,id.n. eſt in cauſa,ut ēt non oīa ſecundū legē ſint,propterea ꝙ ut de quibuſdā lex ſanciat, fieri nullo modo pōt, quapp decreto opus eſt) & paulò inferius ſic inquit (qñ igit lex in uniuerſum dixerit, & præter uniuerſale poſtea quippiā cōtigerit,tūc recte ſe habet,ſi qua legislator omiſit,abſoluteq́; ac ſimpliciter loquēdo peccauit,corrigat defectus,id quod legislator ēt ipſe ſi adeſſet dixiſſet,& ſi ſciuiſſet præſcribentē legē inſtituiſſet) & ideo Iulianus Iurecōſultus in l. non poſſunt. ff.de leg. dixit non omnes caſus poſſe legibus cōprehendi,& ideo qui iuriſditioni præeſt procedere debet de ſimilibus ad ſimilia,& quia procedēdo etiā per ſimile poterit eſſe, quod durum ius ſtatuatur, ideo iudex æquitatem cenſendo ita ſtatuere debet,prout ſtatuiſſet legislator ſi de caſu illo interrogatus fuiſſet,quando condidit legem,ſecundum Ariſto,ubi ſupra, & hæc eſt

illa

illa æquitas,quam ſemper prę oculis habere debet iudex,vulgata.l.ꝙ ſi Epheſi.ff.de eo quod certo
11 loco. Immo error manifeſtus eſt ſequi ſubtilitatem iuris & æquitatem omittere, ſecundum Alexand.in l.ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de verbo.obliga.
12 Et quod non poſsint legibus omnes caſus decidi ac determinari, ſitque propterea æquitas per neceſſaria,ſatis pulchre inquit Plato in his verbis in lib. 16.ciuil.vel de Regno.(quoniam lex nequit quod optimum omnibus eſt,& iuſtiſsimum ſincere compræhendendo,ſemper ita, vt operæ pretiū eſt, prę cipere,quādo hominum actionumque diſſimilitudo,inſtabiliſque rerum humanarum conditio facit utar nulla ſimplex quicquam,et in uniuerſum de omnibus, per quæ omne tempus valēs conſtituere poſsit.) & paulo inferius ſic inquit (arbitrantur illi quidem fieri non poſſe, vt quod ſigillatim, & vnicuique ſeorſum conuenit, præcipiatur. Itaque quod communis eſt, quodque,& plurimis & plurimum conducere putant, inſtituendū cenſent.) & paulo etiam inferius(legum quoque conditorem putemus ſuis gręgibus præſidentem, deque iuſtis operibus mutuiſue commertijs iura dantem, non poſſe dum cunctis in vnum conſulit, ad ſingulorum commoditatem iuſue proſpicere (quod autem Rex per ſuam legem facere nequit,per ſuos iudices neceſſe eſt ut faciat, eſt.n.iudex legum cuſtos,atque miniſter, ſecundum Platon. vbi ſupra, iudex enim debet ſecundum occurrentiam caſuum ita ius dicere, vt ſemper æquitatē
13 cuncta moderentur. Eſt enim æquitas magnū vbique bonum, ſecundum Ioan. Chriſo. in Acta Apoſtolorum cap. 15. homi. 32. in litera. M. (licet ſi recte inſpiciatur Ioan. Chriſoſto. non loquatur de hæc

de hac æquitate, nam ęquitatis uis eſt duplex ſecũ
dum.Cicer.in partionibus.71.altera directi, & ue
ri, & iuſti, & (ut dicitur æqui, & boni ratione de-
fenditur, Altera ad vicisſitudinem referendæ gra-
tię pertinet, quod in beneficio, gratia, in iniuria ul-
tio nominatur: loquitur enim Ioan.Chriſo.de ęqui
tate quam adhibet quis non vlciſcendo ſe de iniu-
ria, ſed pacienter tollerando) prout ita accipit idẽ
Cicer.primo de fi.44.) dependet enim æquitas ex
ſola animi & iudicij deliberatione ſecundum nego
14 tiorum formulas, teſte. Ioanne Roger. in trac. de
offi.iud.in cau.capi. in prin. & ideo inquit Cicero
in lib.de offi.duo tantum vniuerſi iuris ciuilis ge-
nera eſſe, quod in cognitione alterum, alterũ quod
in interprætatione conſiſtit. priori generi, quaſi ma
teria, quam tractat, & in qua uerſatur, ſubiectum
eſt ius legitimum, quod certum Cicero appellat,
in his enim potiores iudicis ſunt partes, cognoſce-
15 re, & quod cognitum eſt iudicare, tum enim ſi re
cte iudicatum ſit, id fuit ius quod iudicatum eſt,
poſterius autem genus uerſatur circa ius incertum
& controuerſum, quod latens bonum & æquum
16 dicitur. Nec enim quęlibet cenſura, et opinio ho
minis eſt pro æquitate recipienda (quid enim unuſ
quiſque non ſibi ſomniaret?) ſed ea tantũ quæ ex
certa rationis formula procedit, & duplex eſt, al-
tera communis ſeu naturalis, cui omnes homines
velint nolint adſentiri conſcientiam coguntur,
propter apertam veritatem, qua Deus cuiusque
animo inſculpſit, inquit enim Apoſto. ad Roma.
2.in nobis eſſe legem naturæ, à qua petitur infal-
libile iudicium, quod conſcientiam vocat. Altera
verò ratio eſt ciuilis, quę ex recepta legislatorum
authoritate proficiſcitur, vel ex diuturnis mori-

bus conſenſu vtentium approbatis, nec debet ciuilis ratio prorſus a naturali recedere,& multominus illi repugnare non debet,alias æquitas aliqua ex ea minime poterit colligi, hinc Roger. in d. tract.de offi.iud.in princ.inquit æquitatis vſum,et in legis laboribus,& in iudicijs eſſe maximum,ac omnibus humanis modis neceſſariū, nulla enim iuris interprætatio recte fieri poteſt, non adhibita
17 boni et æqui cenſura. In legislatoribus(ut dixi) eſt neceſſaria æquitas, nam ſecundum Ariſt. in v. Ethico.9. vbi non eſt æquum, & bonum,non eſt ius, neque lex dici debet,idque iureconſulti paſsim & vbique fatentur, debet enim eſſe lex honeſta, iuſta,& poſsibilis, ſecundum naturā et ſecundū cōſuetudinem patriæ,temporiq; cōueniens, & utilis manifeſta, pro communi utilitate ciuium conſcripta.4.diſtin.c.erit autem lex, & 16.q. 3. cap. inter
18 cętera.Item interprætatio legum debet fieri ſecundum æquitatem, hinc Ariſto. 2.Ethico. 4.& in v. Ethico. eum bonū uirū appellat qui legem æquitate moderatur,& qui non eſt in malam partem iudex durior. Hinc Modeſtinus.in l.nulla. ff. de legi. nulla(inquit)iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, vt quę ſalubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interprætatione contra ipſorum commodum producamus ad ſæueritatem, tales autē perduri interpretes recte appellantur,& Menander leges(inquit)& opportunę ſunt, ſed qui nimis eas acute inſpiciunt, fiunt ſycophātæ,& Cicer.in lib. 1.de offi.exiſtunt etiam(inquit) ſæpe iniurię,calumnia quadā & nimis callida iuris
19 interprætatione. Licet(vt alias dixi)in addi. ad Rober.Maran.non quiſque vt ſibi videbitur ęquitatem introducere poſsit,cum ex hac, quam forte
putauerit

putauerit ęquitatem, ſumma iniuria procedere, ſed adhibitis nonnullis circunſtantijs conſideratis per Ioan. Roger. in titu. de offi. iu. in cau. capita. utendū eſt æquitate, primum eſt quod cōſiderādum eſt, ꝙ ſi de negotio aliquo plures concurrerent ſententię, ſemper præferenda eſt illa quæ religioni proprius accedit, hoc eſt pietati & iuſtę erga Deum functioni, pro noſtro munere, inquit enim Cicero in libro 1. offi. ꝙ ſunt gradus officiorum, ex quibus, quid cuique præſtet, intelligi poteſt, vt prima Dijs immortalibus, ſecunda Patriæ, tertia parentibus, deinceps reliqua reliquis debeantur, & ſic ſemper quod eueniret diſcutiendum cui potius opinioni ſit adhęrendum de pluribus, in primis præferenda eſt illa opinio quæ pro Deo erit; & huius rō eſt, (licet ipſe non dicat) quia leges de quibus rebus factæ, atque in poſterum faciendæ, non ad aliud quā ad ampliſsimam ſemper virtutem reſpicere debent, ſiquid modo profuturæ ſint, ut vtar verbis Platonis in Dialog. 1. de legi. & Marſi. Ficin. in cōmen. Plato. ca. 4. ſic inquit (profectò nihil aliud leges & doctrinæ omnes contendunt, quam ita homines inſtituere, vt declinēt a turpibus, agant honeſta) & idē in argu. eius de Platon. Epinom. vel philo. in prin. (præcedētium legum conſilium eſt, animos ciuium pro uiribus ita componere, ut expeditam adepti trāquillitatē, diuinorum operum, rationes, & cauſas perſcrutentur, & in his quaſi ſpeculis authorem Deum ſpeculentur, & colant. in ſpeculatione quidē ſapiētia, in cultu vero religio, in ambobus tota conſiſtit humana fœlicitas, finisque legum.) quare cum ad hunc finem ſint factæ fiantque leges, illa ſemper opinio præferenda eſt, per quam ad hunc finem deueniatur.

21 Et ideo opinio tutior pro anima ſemper debet potius attendi.cle.exiui.§.item quia, & ibi Cardi. de verbo.ſigni.48.diſt.cap.presbiteri. cap. iuuenis de ſpon.cap. 1.deſeru.in or.fa.in gloſſ.cap. illud de
22 cle.exco.de pen.diſt.7.cap.2. Et propterea quia canoniſtæ ſemper ſequuntur opinionem tutiorem pro anima, præualet eorum opinio opinioni legeſtarum etiam in foro ſeculari, ſecundum Innocen. in cap.1.de ope.no.nun.& Raph. Fulgo. in l. præſcriptione.C.ſi con. ius vel utili.pub. & Lanfran. in capit. quoniam contra verſi. teſtis in verſicu. quæro nunquid in cauſa de probationibus.
23 Et hac etiam ratione opinio dubia debet interpretari in fauorem Eccleſiæ gl.in c.ſciant de elect.
24 in ſexto. Item propterea opinio quæ eſt pro iuramento ſeruando, præualet illi quæ eſt,ne iuramẽtum ſeruetur,argumen.cap.per venerabilem in fi. de elect.& glo.in cap. petitio de iure iurando. & per Doctor.in cap.quanto.eodem titulo.
25 Hac etiã ratione, quia Deus viduarum & pupillorum defenſor eſt, vt Pſam.146. eo quia ſunt miſerabiles & infortunatæ perſonæ ab ipſo Deo afflictæ, iuxta illud Eſaię.47. ſterilitas & viduitas uenerunt tibi, ſcilicet in afflictionem.ſunt enim vi du? pene omnes deſolatæ, & triſtes, primo quia ſæpe decipiuntur iniuſte,eo quia ſunt viro priuatę iuxta illud Marci.12. deuorant domos viduarum quos male dixit Saluator,& Math. 23. ue(inquit) vobis,ſcribæ & phariſæi hipocritę, qui comeditis domos viduarum, ſecundum ſunt triſtes, quia ſæpe moleſtantur,cum ſint viris deſtitutę, qui ipſarum erant defenſores, inſti. de priui. §. patitur. & Eſaiæ primo. Defendite viduam, & Ieremiæ.32. facite iuditium & iuſtitiam, liberate vt oppreſſos

de

de manu calumniatoris, aduenam pupillum, & uiduam nolite contriſtari, neque opprimatis iniquè. Tertio ſæpè ſunt in triſtitia uiduæ, quia maritos non habent eas conſolantes. Quando dubia eſt opinio attendi debet illa opinio quæ fauet uiduis, pupillis, & alijs miſerabilibus perſonis. ſecūdum Doct. But. & Ioan. And. in cap. noſtra de teſta.
26 Eadem etiam ratione ſemper attendenda eſt opinio quę eſt pro religione, & cauſa pia. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. gloſſ. in c. ſciant cuncti de electio. in 6. & ſic prorſus dicendum eſt in ſingulis caſibus in quibus tractatur de beneficio animę, ſerui
27 tio Dei, atque ſalute hominis. Secunda conſideratio quæ fieri debet in eligendis opinionibus, atque ad ſeruandam æquitatem eſt, vt habeatur ratio Patriæ, & ideo iudices in opinionibus dubijs potius adhæreant opinioni quæ pro Patria facit, ſicque rigorem iuris æquitate moderentur, de Patria enim multa dixi ſupra in uerbo Nicolaus
28 Epiſcopus, non repeto hic. Tertia conſideratio eſt parentum, ſemper enim attendi debet illa opinio quæ facit ꝑ parentibus, potius ꝙ pro filijs, & ideo ſi rigor legis tendit in præiudicium parentum æquitate moderari debet. Item debet attendi potius opinio quæ fauet obedientiæ paternæ, quam illa opinio, per quam remouetur obedientia filiorum in patres, & ſic de ſingulis, rationem uide in his quæ dixi ſupra in uerbo Nicolaus Epi-
29 ſcopus. Quarta Reipublicæ ratio proxima eſt, ità vt ſemper id exſtimemus æquius eſſe, quod ad publicam utilitatem proprius accedit, nã Quintus Fabius Maximus, (ut eſt apud Cicero. in Dialo. de ſenectute) cũ augur eſſet, dicere ſolebat, optimis auſpicijs ea geri, quæ pro Reipublicæ ſalute

S fierent,

fierent, quę contra Rempublicam ferrentur, contra auſpicia, hinc Apoſtolus ad Roma.9.& 1.Corin: 10.optat pro ſalute multorum anathema fieri. nam Reipublicę conſideratio ęquitatem facit, vt quod ſummo iure cenſetur homicidium, puniturque pœna talionis,id per ęquitatem reputetur honeſtum,quoties ad publicum tendit commodum. Hinc ſummum ius ordinat exequutionem pœnę, & vult delinquentem tollere,interim ęquitas ſeruat eum, quem valde profuturum Reipublicę putat.l.ad beſtias.ff.de pœn. hinc Iuſtinianus in l. 1. §.vlti.de cadu.tollen.quod communiter (ait) omnibus prodeſt, hoc rei noſtrę utilitati priuatę pręferendũ eſſe cenſemus, noſtrũ eſſe propriũ, ſubie-
30 ctorũ cõmodũ imperialiter exiſtimãtes. Poſtremus gradus eſt rerum priuatarum, in quibus ſemper imitari oportet anteſignanum illum ęquitatis Prętorem Romanum,longa certè experientia prudentẽ,qui ſequutus eſt huius artis abſolutiſsimum perfectiſsimumque compẽdium iſtud,quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, ipſe eodẽ iure vtatur, quod & Chriſtus approbauit inquiens: (omnia quęcunque uolueritis vt faciant uobis homines,
31 ſic & vos facite illis.) Eſt tamen bene uerum quòd Imperator Conſtantinus in l. 1. C.de legi.ſecundum lectu. Bart. Pau.de Caſt. & Saly.voluit quòd non debet recedi à iure ſcripto propter ęquitatem non ſcriptam, & interpretationem fieri ſecundum æquitatem ad ſolum Regem ſpectare,& poſtea idẽ in l.placuit.C.de iudic. uoluit in omnibus caſibus pręferendam eſſe ęquitatem iuri ſtricto,quę quidem iura aduerſari uidentur tum maximè intelligẽdo ea prout Doctores intelligunt, nam in primis Barto.in dicta l. prima, dicit quòd quotieſ-

quotieſcunque lex eſt ſcripta, & æquitas non eſt ſcripta, tunc lex illa non poteſt interpretari etiam ſecundum æquitatem, ſi tamen interpretationem eam uellet quis generalem facere & neceſſariã, et in ſcriptis redigere, ſed eã interpretationem ſolus Princeps facere poteſt, interpretationem autem quæ non ſit neceſſaria, & in ſcriptis redigenda dũmodo non ſit generalis, poteſt quilibet iudex facere, et proferre ſententiam procedendo de ſimilibus ad ſimilia, ut l. non poſſunt. ff. de legi. Nam hęc interpretatio licet ſit neceſſaria inter ipſas partes, et in ſcriptis redigenda, non tamen eſt generalis. l. nemo. C. de ſenten. Eſt & alia interpretatio probabilis, tamen non eſt neceſſaria, & poteſt in ſcriptis redigi, vt eſt interpretatio Doct. nam nullus te cogit ſtare opinioni Docto. & de iſta interpretatione loquitur. l. prima. C. de profe. qui in vr. Con. lib. 11. Ang. autem in d. l. placuit, dicit quòd ęquitas ſcripta p̃ualet rigori ſcripto, ubi uerò ęquitas non eſſet ſcripta, tunc pręualet rigor. Item ſi ius eſt rigoroſum, tamen an ſit æquum dubitatur, ſolus Princeps hoc interpretatur. Item ſi eſt rigor in ſpecie, vt uſucapio & pręſcriptio, & æquitas eſt in genere, ſicut eſt illud, quòd nemo debet locupletari cum aliena iactura, ut l. nam natura de cõdi. indeb. & præualet rigor æquitati, licet vtrunque ſit ſcriptum. Bal. in d. l. placuit diſtinguit quòd aut rigor & æquitas ſcripta ſunt in genere, & præualet ęquitas. Idẽ eſt ſi utrunque ſcriptum ſit in ſpecie, Sed ſi ęquitas eſt in genere, rigor in ſpecie, præualet rigor, ſi autem neutrum eſt ſcriptũ, debemus ſequi potius ſimile æquitati, quàm ſimile rigori, per l. nõ poſſunt. ff. de leg. Albe. de Roſa. in d. l. prima. C. de legi. latius diſtinguit dicens quòd cauſarum

quædam pertinent ad ius ſcriptum, (vt regulariter omnes) quædam ad ius non ſcriptum vt feudales, in his quæ pertinent ad ius ſcriptum interdũ concordat rigor & æquitas, & hoc ius appellatur bonum & ęquum, interdum interpretatur, & tunc aliquando prorogando, vt Macedonianum de filijs ad nepotes, aliquando arctando, interdũ ęquitas contradicit rigori, & tunc dic quòd ſi eſt æquitas rudis, & in hominis mente quieſcens non approbata ſcripto, uel conſuetudine, & tunc ſolus Princeps legis rigorem interpretari poteſt, vt d.l. prima.C.de legi.nam iudex debet iudicare ſecundum leges. Si uerò æquitas ſit ſcripta uel conſuetudine approbata, & tunc aut utrunque ſcriptum.ſ. rigor, & æquitas, aut vtrunque non ſcriptum, & vnum ſcriptum, & alterum non, primo caſu ſcilicet quando utrunque ſcriptum, aut vtrunque in genere, ant vtrunque in ſpecie, aut alterum in ſpecie, & alterum in genere, aut ignoratur. Primo caſu quando vtrunque ſcriptum, & vtrunque in genere, vt quia rigor dicit pœna ſuos teneat authores.l.ſancimus.C.de pœn.ęquitas dicit, verum eſt, in criminis capaces.l.2.C.ne ſan.bap.itere.pręfertur æquitas rigori.l.infans.ff.ad l.Cor. de Sicar.& hoc caſu poteſt intelligi.d.l.placuit.ſ.quando vtrũque eſt ſcriptum in genere, nam præualet ęquitas. Secundo caſu quando vtrunque ſcriptum, et utrũque in ſpecie, tunc etiam æquitas præfertur rigori, & hoc etiam caſu poteſt loqui.d.l.placuit. Tertio caſu, quando utrunque ſcriptum, ſed alterum in genere, alterum in ſpecie, aut rigor habet ſe per modum generis, & ęquitas per modũ ſpeciei, & præfertur ęquitas, aut econtra, & tunc pręfertur rigor. Secundo caſu quando utrunque non ſcriptum, & habet

habet locum.l.de quibus ff.de leg.ſi autem de cõſuetudine nihil appareat,tunc cum nõ ſit facta interpretatio, niſi in iuſtitiæ finibus, oportet adiri Principem propter interpretationẽ faciendam, licet in finibus iuſtitię ſit ĩterpoſita. Imò licet poſsit dici per.l.placuit, quòd in dubio intelligitur ſemper facta interpretatio ſecundum æquitatẽ in terminis,iuſtitiæ,nihilominus Princeps adeundus eſt, vt in pręceptis declaret,& tradet proponẽdo ęquitatem rigori. Vltimo caſu quãdo alterum ſcriptũ, alterũ non,ſemper pręfertur ſcriptum,quod eſt uerum in caſibus ſcriptis, in alijs autem ſimilibus,dicit debere attendi id quod habetur per Dinum in c.in argumentum de reg.iur.in 6.ſemper autem,et in dubio iudex (ſecundum eum) debet ſequi potius miſericordiam,& æquitatem,quàm rigorem, hæc eſt diſtinctio Alberi.ſed Salyce.in eadẽ.l.placuit.diſtinguit quòd aut rigor ęquitaſque inuicem concordant, & vtraque ſeruatur, aut inuicem diſcordant, & tunc aut vtrunque eſt ſcriptum aut neutrum,aut alterũ tantum, Primo caſu aut ęquitas eſt ſcripta in ſpecie,rigor in genere,& tunc præfertur ęquitas, quia generi per ſpeciẽ derogat,aut vtrũq; eſt ſcriptũ in genere,& ſemper æquitas pręfert,aut ęquitas econtrario eſt ſcripta in gñe,rigor in ſpecie,& præfertur rigor. Secundo caſu qñ neutrum eſt ſcriptum. tunc æquitas pręfertur,ſic quando utrunque ſcriptum. Tertio caſu præfertur ſcriptum non ſcripto, hæc ille.& ita uidetur quaſi omnes tranſire, vt etiam uoluit Pet. Pau.Pari.in cõſ. c.2.in 4.lib.nu.196.& ſequen.videlicet ꝙ æquitas pręfertur rigori iuris ſcripti, quando ipſa ęquitas reperitur ſimiliter ſcripta, ſecundum tamen qualitates de quibus in dictis diſtinctionibus,ſed quã-

do rigor eſt ſcriptus, & æquitas non, ſtandum eſt rigori, nec à rigore propter æquitatem non ſcriptam abſque permiſſu Principis recedendum eſt. Reperio tamen Ioan.Roger.Moder.Docto.in tracta. de offic. iudi. in cauſis capi. circa prin. dicentem, quòd æquitas in ſcriptum redigi non poteſt, quanquam ius aliquid de caſu ſpeciali ad æquitatem redactum poſsit ſcripto compræhendi, æquitatis enim ratio(inquit)ex animi ſola deliberatione, ſecundum negotiorum formulas dependet, & quandoquidem rerum humanarum viciſsitudo non ceſſat, & incerta manet, ideo nec vſus æquitatis certo fine deſcribi poteſt. Quamobrem tota errant uia, ſecundum eum pariterque oſtendũt ſe vim, & poteſtatem & boni & æqui non intelligere, qui diuidunt æquitatem, in ſcriptam, & non ſcriptam, ſed magis qui inter eas diſtinguũt, fingẽtes pugnare inter ſe ſcriptum ius, & ęquitatem ſcriptam, quorum neutrum probari vlla ratione recte poteſt, id enim Scæuola in l. de acceſsionibus, de diuer. & tempo. præſcrip. (inquit) de acceſsionibus poſſeſsionum, nihil in perpetuum neque generaliter diffinire poſſumus, conſiſtunt enim in ſola æquitate, ergo æquitas non ſcripta. Et Marcellus in l.mora fieri.ff.de vſur.dicit ꝙ Põponius lib. 12. Epiſtolarum ſcripſit, difficilis eſt huius rei diffinitio. Diuus quoque Pius Tullio Balbo reſcripſit, an mora facta intelligatur, neque cõſtitutione vlla, neque iuris authorum quæſtione decidi poſſe, cum ſit magis facti, quam iuris, quaſi dicat facti circunſtantiam primum quidem deſcribere oportet deinde ſecundum æquitatis regulam quæſtionem iuris diſſoluere. Quid ergo? inanis erit & ſuperflua interpretum diuiſio? ſanè ſi æqui-

tatem & ſpecialiter perpendamus,vt hic,perpendere neceſſe eſt,nulla eſt ſcripta,cum de caſibus hodie incidentibus nulla ſcribi potuerit definitio ſpecialis,antequam eueniſſent,nec minus (ſecundum eum) ridicula eſt Duareni,& recentiorum in l. prima.de pact.qui hoc putantes ſe euitare,in naturalem & ciuilem diuidunt.Quid enim aliud eſt ciuilis illa de qua loquitur quam ſcripta à Bart. alijſq; veteribus eſcogitata? eſt ergo æquitas ſimplex,neque diuidi poteſt, definit eam , hoc modo , vt ſit nonnulla à iure ciuili & ſcripto declinatio, à ſumma quadam ratione petita, propter circunſtantias incurrẽtes.Quid igitur dicendũ? ego tamẽ puto opinionem Ioan.Roger.eſſe in omnibus veriſsimã,et iuri conſonam,nã quid aliud uoluit dicere Vlpianus in l.quod ſi Epheſi.ff. de eo quod cert. loco dũ his verbis inquit,interdum iudex qui ex hac actione cognoſcet,cũ ſit arbitraria abſoluere reũ debet cautione ab eo exacta de pecunia ibi ſoluẽda , ubi promiſſa eſt.Quid enim ſi ibi vel oblata pecunia actori dicatur,vel depoſita,vel ex facili ſoluenda, nonne debebit interdũ abſoluere? In ſumma ęquitatẽ quoque ante oculos habere debet iudex , qui huic actioni addictus eſt,quaſi dicat varios eſſe caſus qui euenire poſſunt,qui deſcribi omnes nequaquam poſſunt,igitur æquitatem habebit iudex,ſic ergo non ſcripta eſt æquitas,nec Princeps tantum ęquitate leges moderatur,ſed etiam iudex , itẽ idẽ Vlpia.in l.quæſtionis modum.ff.de quæſtio. quid aliud voluiſſe videtur,dum inquit quæſtionis modum magis eſt iudices arbitrari oportere, quaſi dicat diceret ꝙ non certa ratione legibus deſcribi potuit,qualis forma ſit ſeruanda, in torquendo reos, idcircò iudex æquitate id moderatur,item ad quid

Vlpia.in l. 1. §.diuus Adrianus.ff.de quæſtio. dixerit non ſemper ſtandum eſſe confeſsioni factæ in tormentis,ſed iudicis arbitrio cõmitti,quando ſtãdum, niſi quia propter uarietates caſuum,id deſcribi non potuit,et ideo iudex æquitate id perpendet; ad quid enim Hoſti.in c. 1. quod met.cau.ſomniaſſet ꝙ tempus intra quod purgatur metus per actũ ſpontaneum ſubſequentem relinquitur arbitrio iudicis? iudex enim aditus, conſideratis factorũ occurrentium qualitatibus,ſecundum æquitatem conſideret,diffiniat,et decidat,hoc enim eſt illud quod uoluit Martinus in l.reſpiciendum.ff.de pœn.dum his verbis dixerit (reſpiciendum eſt iudicanti, ne quid aut durius, aut remiſsius conſtituatur; quam cauſa depoſcit,nec enim aut ſeueritatis aut clemẽtiæ gloria affectanda eſt, ſed perpẽſo iudicio,prout quæq; res expoſtulat, ſtatuendum eſt; planè in leuioribus cauſis proniores ad lenitatem iudices eſſe debent, in grauioribus pœnis ſeueritatem legum cum aliquo temperamẽto benignitatis ſubſequi.) quid enim clarius & magiſtralius dici potuerit, quo ad rem de qua agitur? patet enim per eam legem ęquitatem non ſcriptam eſſe,ſed prout factorum diuerſitas erit,& eam conſiſtere in pectore & conſideratione iudicantium. Hoc etiam clarius ꝓbatur in l.abſentem.ff. de pœ. in fi. in hæc verba. (refert & in maioribus delictis cõſultò aliquid admittatur, an caſu, & ſanè in omnibus criminibus diſtinctio hæc pęnam aut iuſtam eligere debet, aut temperamentum admittere.)eſt igitur iudicis proprium,non principis tantum, æquitatem admittere,quod uoluit text.in l.interpretatione.ff. de pœn. (interpretatione enim (inquit) legum pœnę potius mollienda quàm exaſperandæ ſunt)ſic enim iudi-

ces

ſtes poſſunt æquitate leges moderare, lex enim eã poteſtatem (vt uides) iudicibus tribuit. Hoc etiam ſi rectè ponderetur) videtur voluiſſe Pau. Iurecon. in l. non eſt nouum. §. quoties. ff. de regulis iuris. cuius verba ſunt. (quoties æquitatem deſiderij naturalis ratio, aut dubitatio iuris moratur, iuſtis decretis res temperanda eſt) patet ergo ex illo textu ꝙ quoties vnum dictat æquitas, alterum ius, iudex id decernere debet, & moderare, & ſic de directo uidetur contra textum in dicta lege prima. C. de legib. ſecundum intelligentiam Docto. multa enim ſunt quę non potuerunt ſub certa regula tradi, ideo ea iudicis arbitrio committuntur; qui ſecundum æquitatem ea moderatur, ut eſt tex. in l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor. oblig. & habetur in c. præterea. extra de teſt. ſed quid aliud & magis clarius uoluit dicere Philo. in illis verbis. 5. Ethico. 9. (dubitatio autem hæc oritur; quia æquum & bonum ius eſt, non ſecundum legem, ſed legitimi iuris correctio, cuius rei cauſa eſt, ꝙ lex in vniuerſum omni ſtatuitur, nec fieri poteſt, ut recte de quibuſdam in vniuerſum definiatur; in quibus enim neceſſe eſt, vt in vniuerſum dicatur, rectè autem id non poteſt; lex id ſumit quod vt plurimum fit, non ignorans ſane quod peccatur, & nihilominus rectè ſeſe habet, quippe cum peccatum in lege minimè ſit, neque in legislatore, ſed in rei ipſius natura cõſiſtat; ſtatim enim rerum agẽdarum materia eiuſmodi eſt, quando igitur lex in vniuerſum dixerit, & præter vniuerſale, poſtea quippiam contigerit, tunc rectè ſe habet, ſi qua legislator omiſit, abſoluteque ac ſimpliciter loquendo peccauit, corrigatur defectus id, quod legislator etiam ipſe ſi adeſſet, dixiſſet, & ſi ſciuiſſet, ita præſcribentem legem

gem inſtituiſſet,& cętera)hęc ille. Nihil enim aliud in his verbis dicere uoluit Philo. niſi quia æquitas corrigit defectus iurium & legum, quia leges uniuerſaliter loquuntur, quia ea quæ procedunt ex mente humana non ſunt ſicut Diuina, quę ſemper vno ordine & modo procedunt, idcircò de eis uniuerſaliter loquendo, non poteſt ſemper determinari aliquod certum, & ſic neceſſarium fuit, quòd leges ordinatæ propter actiones humanas (cum ſint uariabiles, vt dicit Plato, vt dixi ſupra. numero. 8.) in vniuerſum loquerentur, & fieri per leges non potuit, vt ſemper verum dicant. Quare non ualens lex in vniuerſum loquens comprehendere omnes caſus particulares, ſi aliquid contrarium illi legi contigerit, uel ſi aliquid præter legem euenerit, tunc eſt condecens, ut ęquitate caſus ille moderetur, ſic ergò filius non potuit particulariter & in omni caſu ſcribi minime' potuit ſcripta æquitas tradi nullo enim ſcripto iure cōpręhendi ęquitas rectè poteſt, ſed cenſendo tantum aſſequi poſſumus. vt ſupra dictum eſt, vt etiam Diuinus ille Plato in Dialogo. 9. de legi. dum voluiſſet ſtatuere pœnam contra homicidas in his uerbis loquens dixit. (Nempè difficile eſt ſigillatim exacteque de his leges ponere. Aliquando enim que truculentior cædes lege ſtatuta eſt, leuior uidetur, nonnunquam contra; quę leuior, truculentior, prout atrocius, aut mitius geſta eſt, ut plurimum uerò quemadmodum modo diximus, iſta contingunt. Sed hæc omnia legum cuſtodes cognoſcent.) ſileant ergò hi qui adinuenerunt dicere æquitatem ſcriptam eſſe, ſolumque regem æquitate leges moderare poſſe, nec poſſe à lege ſcripta recedi propter æquitatem, niſi ea ſit ſcripta, Nam Pet.

de

de Anchara.in capitu. canonum ſtatuta de conſti. referendo Cyn.& Bal.in l. non dubiũ. C. de legi. dicit quod propter rationem non ſcriptam poteſt deuiari,& recedi a verbis legis, dum tamen talis ratio ſit naturalis, & naturaliter probari poſsit.l. ſcire oportet.§.ſufficit.ff.de excu.tuto.et volit Alexan.in addi.ad Bal.in d.l.non dubiũ, & Sãt. Thõ. 2.2.q.40.tit.de iudicio.art.v.dicit q ſicut leges ini quę ſecũdum ſe cõtrariantur iuri naturali,vel ſemper,vt in pluribus, ita etiam leges quæ ſunt rectè poſitę in aliquibus caſibus deficiunt, in quibus ſi ſeruarentur eſſent contra ius naturale,et ideo in talibus nõ eſt ſecundũ literã legis iudicandum , ſed recurrendũ ad æquitatẽ,quam intendit legislator. Vnde iuriſperitus dicit,nulla ratio iuris,aut æquitatis benignitas,patitur,vt quæ ſalubriter per vtilitatem hominum introducũtur,ea nos duriore interprætatione contra ipſorũ commodum perducamus ad ſæueritatem,et in talibus etiam legislator aliter iudicaret,& ſi conſideraſſet, legem determinaſſet(hæc ille,& ibidẽ ar.4.dicit q ille qui in meliorem partem interprætatur fræquentius, fallitur, melius eſt, quod aliquis frequenter fallatur, habens bonam opinionem de aliquo malo homine, quam quod rarius fallatur habens malam opinionem de aliquo bono homine, quia ex hoc fit iniuria alicui,non autem ex primo,et aliud eſt iudicare de rebus,& aliud de hominibus,in iudicio enim in quo de rebus iudicamus, non attenditur bonum uel malum ex parte ipſius rei de qua iudicamus, cui nihil nocet qualitercunque iudicemus de ipſa, ſed attenditur ibi ſolum bonum iudicantis,ſi vere iudicet,vel malum ſi falſo,quia uerum eſt bonum intelliges, falſum autem eſt, ma-

in ſcriptis redigi, vt ius generale faciat, hoc tan-
tum ad Principem ſpectat, & ita loquitur tex. in
l.prima.C.de legi.prout ita aduertit Bart. ibidem
& bene, ſi tamen eueniret caſus in quo quis vere
deliquiſſet, & omnes circunſtantię legis delicta
punientis concurrerent in eo, attamen ęquitate ſua
dente propter vtilitatem Reipublicæ, bonum eſſet
pœnã delinquẽti remittere, ut in l. ad beſtias, tunc
talis ęquitas conſiderari debet per ſolum Princi-
pem (ut ibi dicitur) nõ enim eſt ſimpliciter æquitas
in eo caſu, ſed gratia quæ non poteſt fieri niſi per
Principẽ et idẽ dicendum eſt in omnibus illis caſi
bus vbi ius reperitur clarè apertè ſcriptum, habẽs
promptam efficacem & manifeſtam rationẽ de-
cidendi in ſe, nec dubitatur de mente, nec etiam ha
bet varios intellectus, & eueniret caſus in facti cõ
tingentia cum circunſtantijs, & qualitatibus in le-
giſlatione illa cõſideratis. Nam eo caſu licet poſ-
ſet conſiderari aliqua æquitas imaginaria, & cum
aliquali ratione naturali, ut recedatur a iure ſcri-
pto, nihilominus ſtandum eſt iuri ſcripto, de
quo eſt gloſſ. ſingul. in capitul. cum dilectus in
verbo nec iuri de conſuet. niſi aliud Princeps re-
ſcripſerit, ad quem recurrendum eſt, & ita puto
debere intelligi tex. in d.l. 1.C.de legi. & tex. in c.
fin. de tranſa. eſt tamen bene verum quod licet re
periatur lex decidens ſecundum rigorem aliquem
caſum, licet ſuccedente caſu in quo poſsit adapta
ri legis diſpoſitio, tamen ſi aliqua qualitas poſ-
ſit conſiderari, vel ratione rei, vel perſonarum, lo
ci, vel temporis, ſeu aliter, ex quibus æquum eſt
ceſſare illum rigorem, poteſt licite iudex diſpen-
32 ſare. Eſt etiam inſuper aduertendum quod nõ
ſemper, nec omin tempore, loco, & cum omni-

bus

bus ſeruanda eſt æquitas, ſed quandoque lauda-tur.& ſeruatur æquitas,& quandoque laudatur,et ſeruari debet auſteritas, quod quidem ſatis pul-chre annotauit Cice. in Verr.Act.7. in his verbis, (vetus eſt quod dicā,& propter ſæueritatem exē-pli nemini fortaſſe uerū inauditum.L.Domitium Prætorem in Sicilia, cum aper ingens ad eum alla tus eſſet, admiratum requiſiſſe, quis eum percuſ-ſiſſet,cum audiſſet paſtorem cuiuſdam fuiſſe,eum ad ſe vocari iuſsiſſe: illum cupide ad Prætorem, quaſi ad laudem atque præmium accurriſſe: quæ-ſiſſe Domitium, qui tantam beſtiam percusſiſſet? illum reſpondiſſe, venabulo; ſtatim deinde iuſſu Prætoris in crucem eſſe ſublatum. durum hoc for taſſe videatur, neque ego ullam in partem diſpu to: tātum intelligo,maluiſſe Domitium crudelem in animaduertendo, quam in prætermittendo diſ-ſolutum uideri)hinc Eraſmus roterodamus in uita diui Ioānis Chri. hĳs verbis inquit,quod ſi quan-do ſæuerius ſe geſsit(de Chriſo.loquens) dubitan-dum non eſt, qui ille conſtiterit ſui conſilĳ ratio. Minatur & Paulus interdum virgum: ac rebelles Euangelio tradit ſathanæ. nec ſtatim uituperandū eſt,quod a re laudata diuerſum eſt. ſunt varĳ inge niorum habitus, nec omnibus omnia congruunt. Dubitari iure poſsit,vtrū plus contulerit Reipubli cæ Romanæ,Catonis ſæueritas, an Lelĳ mitis,vt ait Flaccus;ſcilicet ſapictia.Auguſtini ciuilitas mul tum profuit Eccleſiæ Dei, nec minus tamen utilis fuit Hieronymi auſteritas, uterque diuerſis virtu-tibus Deo fuit gratiſsimus)item in eadē vita bea-ti Ioannis ex Suidæ collectaneis,ſciribitur qualem oportet eſſe paſtorem, & inter cętera dicitur (va-rium autem dico,non ſubdolum, non adulatorē,

aut

aut contumelioſum, ſed multa libertate & confidentia plenum: qui norit in tempore, ut res quæq; exegerit: nunc quidem ſuauis eſſe, nunc uero auſterus. Neque enim omnibus qui præſunt conuenit, vno eodem modo vti in agendis, quando ne experientisſsimis rei medicæ decorum cenſetur, vnū idemq; pharmacum omnibus male affectis adhibere, neque gubernatori viam vnicam noſce aduerſus compugnantes ventorum flatus. Igitur animo concipe qualem oporteat eum eſſe, cui tantis eſt procellis, tam ſęuæ maris tempeſtati, totque fluctibus inſurgentibus reſiſtendum. & paulo inferius, (& erga bonos quidem ſubmiſsiuè ſe gerat oportet: aduerſus verò præſidentes, animo neceſſe eſt, ſublimi ut ſit: quia & illi virtutem eſſe manſuetudinem reputāt, hi autem temeritatem exiſtimant fortitudinē. Illis itaque humilitatem inſinua his verò grauitatem uiro dignā adhibe. quę ipſorū extinguat temerariam de ſe exiſtimationē: quo et illis proſis, horum autem de ſe conceptam magnificā opinionem extenues. Tempus unicuique rei eſt cōmodum, ſecundū Salomo. Eccle. 3. hoc eſt, humiliationis, poteſtatis, conſolationis, parcendi, audiendi, ſuauitatis, rigoris, atque in vniuerſum rei cuiuſlibet) & paulo inferius (oportet iuſtum eſſe Principem, ſic vt ſit terrori, quo qui probe uiuunt, confidentiam firmant bonam, qui peccatores ſunt, ſuppudeſcant. Nàm alterum ſine altero Regnum durius cenſendum eſt, ſine Principe, quam legitimus Principatus) hinc Solon dicere ſolebat, his duobus, ſcilicet præmio, & pœna, omnem Rempublicam contineri: qua de re qui bonus iudex haberi vult, conſiderare debet, vt ne quid durius, aut remſsius conſtituat quam cau-

ſa ex-

ſa expoſcit: & Orat. Saty. 3. lib. 2.
(Adſit, regula peccatis, quę pœnas irroget ęquas,
Nec ſcutica dignum horribili ſedere flagello.)
Laudatur propterea Rex Ferdinandus per Lau- ren. Vall. referente Olao Archieſco gotho: In hi- ſtoria de gentibus ſeptentrionalibus lib. 8. capit. 4. quod aduerſus contumaces eſſet vehemens, ſed erga eos, qui allegarent neceſsitudines, pauperta- tes, morbum, ætatem, aliasq; miſericordiæ cauſas, Clementiſsimus. monemur igitur non ſemper, ac omni loco, & tempore æquitatem ſeruandam.
33 Plus enim æquitatis debent habere iudices cũ hominibus vnius loci, quam cum hominibus alte rius loci, nam licet omnes homines idem ſint, ni- hilominus ex diuerſitate locorum & gentium di- uerſum ius ſtatui debet, nec cõuenit ea æquitate vti cum hominibus terræ vaſti aymonis, qua vti debet iudex cum ciuibus Salernitatis & Sancti Se uerini, ac ciuitatis Neapolis, illos enim æquitas fa cit nimis arrogantes, ſuperbos, elatos, Prętorum contemptores, ac prorſus indiſciplinabiles, vt & ipſi paſsim fatentur, & ego vti expertus loquor. Rigor autem humiles, obedientes ac diſciplinabi les reddit, nec inæqualitatem patiuntur, ſcilicet vt plus honoretur vnus quam alter, aut minus punia tur, ſed omnibus & dominis, ſeruis, probis, impro bis, ruſticis, & ciuilibus, ſeruãda eſt æqualitas ſicq; in eis non verificatur dictum Platon. In dialogo. 6. de legi. (ſerui enim (inquit) & domini, amici nun quam erunt. Nec probi & improbi, ſi æqualibus afficiantur honoribus. Inæqualia enim æqualia fiunt. niſi menſuram accipiant. Nam propter hæc vtraque ſeditionibus replentur Reſpublicæ) hos autem quos proximo loco diximus, ęquitas melio

res, modeſtiores, corrigibilioresq́; reddit, quàm rigor. nec iſtud putandum eſt eſſe abſque ratione, nam idē Plato. in dialogo 5. de legi. in fine his uerbis inquit. (nec enim illud ô Clinia & megile nos
34 fugiat, magnam eſſe locorum ad ferendos meliores, peioresque homines differentiam: quibus diuerſa prout expedit, legibus ſancienda ſunt. Quippè alij uarietate uentorum & turbine, difficiles & proterui ſunt: alij ppaquas: alij propter cibos, qui ex terra nō ſolū corporibus cōmodi aut incōmodi oriuntur, uerum animis quoque nō minus. Maximè autē loca regionis differunt, in quibus inſpiratio quædam diuina eſt: & quæ dęmones ſortiti ſuut: qui habitantes propitij, uel contra ſuſcipiunt quibus pro humano ingenio conſideratis, mentis compos legum conditor, ſe ad leges ferendas conuerteret) & Augu. ad Ianuarium ſic inquit, (cum Romam uenio, ſabbatum ieiuno, cum Mediolani ſum, non ieiuno, ſic & quamcunque fortè Eccleſiam ueneris, eius morem ſerua, ſi cuiquam non uis eſſe ſcandalum) ſicque ex diuerſitate locorum diuerſa cenſeri & fieri debent. Item tex. in ca. ſicut quædam 14. diſtin. dicit, quod ſicut quædam ſunt quæ nulla poſſunt ratione conuelli: ita multa ſunt quæ aut per neceſsitatem temporum, aut pro conſideratione ætatum oportet temperari, illa cōſideratione ſemper ſeruata: vt in his quæ uel dubia fuerint, aut obſcura, id nouerimus ſequendum quod nec preceptis contrarium, nec decretis San-
35 ctorum Patrū inueniatur aduerſum. Et eſt notandus ille text. ad illam quæſtionem, an iudex cogatur ratione minoris ætatis minorare pœnam, uel id ſit arbitrarium, de qua abundè dixi in additio. ad domi. Rober. Maran. quibus dictis per me

adde etiam id quod habetur per Plato. in dialog. 11.antepe.colum.de legibus, (inquit enim) (leuiore quidem, ſi propter iuuentutis imprudētiam aliena malitia fuit impulſus: grauiore autē, ſi dementia ſua, aut immoderatis uoluptatibus & doloribus aut timore, aut inuidia, aut iracundia inſanabili) ſicq; ex dictis iſtis colligitur non ſemper circa minores eſſe minorandā pœnā vno eodēq; modo, ſed conſiderata malitia grauiori uel minori: pro quo etiam eſt tex. in cap. non debet de con-
36 ſa. & affi. Multis quoque exemplis apud antiquos reperitur laudata ſæueritas & rigor. de ſæueritate enim in Spurium Caſsium legitur apud Valer. Maxi. lib. 6. ca. 3. quòd Populus Romanus nō contentus capitali eum ſupplicio afficere, interempto, domum ſuperiecit, vt penatium quoque ſtrage puniretur: in ſolo autem ędem telluris fecit. Itaque quod prius domicilium potentiſsimi uiri fuerat, religioſæ ſæueritatis monimētum extitit, plus enim ei concupitæ dominationis noluit, quàm tres magnifici conſulatus, ac duo ſpecioſiſsimi triumphi profuerunt. Eadem auſum Spurium Melium cōſimili exitu Patria mulctauit: area verò domus eius, quod iuſtitia ſupplicij notior ad poſteros peruenire, æqui Melij appellationem traxit. Quātum ergo odij aduerſus hoſtes libertatis inſitū animis antiqui haberent, parietum ac tectorum, in quibus uerſati fuerant, ruinis teſtabantur. Ideoq; & M. Flacci, & Saturnini ſeditioſiſsimorū ciuium corporibus trucidatis, penates ab imis fundamentis eruti ſunt. Cæterum Flacciana area, cum pęnatibus uacua manſiſſet à qu. Catulo Cymbricis ſpolijs adornata eſt. Et de Tiberio, & Caio gracchis legitur apud eundem Val. Maxi. quòd cum

ſtatum ciuitatis conarentur conuellere, inſepulta cadauera tacuerunt, ſupremuſque humanæ condi tionis honos filijs Grachi, & nepotibus Africani defuit: quinetiam familiares eorum, ne quis Reipublicæ inimicis amicus eſſe vellet, de robore pręcipitati ſunt. De Caio etiam Varieno legitur quod quum ſiniſtrę manus digitos ne bello Italico militaret, abſciderat, ſæueritas ſenatus nec ceſſauit: publicatis enim bonis eius, ipſum æternis uinculis puniendum cenſuit: effecitque, ut quem honeſtè ſpiritum profundere in acie noluerat, turpiter in catenis conſumeret. quod quidem factum imitatus M. Curius Conſul, cum delectum ſubitum educere coactus eſſet, & Iuniorum nemo reſpondiſſet, coniectis in ſortem omnibus tribubus, poliæ, quæ proxima exierat, primum nomen vrna extractū citari iuſsit: neque eo reſpondente, bona adoleſcentis haſtę ſubiecit. quod vt illi nunciatum eſt, ad Cōſulum tribunal cucurrit, collegiumque tribunorū appellauit. Tunc M. Curius prędictus non opus eſſe eo ciue Reipublicæ, qui parere neſciret: & bona eius, & ipſum vendidit. Ob ſolam enim inobediētiam quàm ſeueriter pœnam irrogaſſet, iam habes, & ob hoc apud antiquos laudatur. Nec minus laudatur Senatus cōſimili ſęueritate uſus. Spurio enim & poſthumio Albino, et Quinto Martio, Philippo Conſulibus, mandauit, vt de ijs, quæ ſacris bachanalium inceſtu vſæ fuerant, inquirerēt: à quibus cum multæ eſſent damnatę, in omnes cognatas intra domos animaduerterunt: lateque patens opprobrij deformitas, ſęueritate ſupplicij emēdata eſt: quia quantum ruboris ciuitati mulieres turpiter ſe gerendo intulerant, tantum laudis grauiter punitæ attulerunt. Item de Publicia autem,

quæ Poſthumum Albinum Conſulem, & Licinia, quæ Claudium Aſellū uiros ſuos ueneno necauerant, propinquorum decreto ſtrāgulatæ ſunt: non enim putauerunt ſæuerißimi uiri, in tam euidenti ſcelere longum publicè quæſtionis tempus expectandum. Itaque quarum Innocentium defenſores fuiſſet, fontium maturi vindices extiterūt magno ſcelere horum ſęueritas ad exigendam uin
37 dictam concitata eſt. Econtrario autem Cicero accuſat Verrem, eo quòd fumo ex putridis lignis educto, vnum hominem innoxium perdidit: & Olao. Archiepiſco. Gotho. libro octauo. de rerum memo. C. de Tiran. ſęue. 27. accuſat quendam Præfectum euiſcerandæ ſuetię qui noua tormentorum genera adinuenerat, nouaſque pœnarum ſpecies, fumo enim homines ſuſpendebat, & uxores ſic interemptorum, in locum iumentorum trahendis aratris applicabat, immò inter primas delitias ducebat, videre, & audire eas inter tantas anguſtias, fœtus ex ſe mortuos abijcere, & rurſus aratro apponi, donec mortuę, aut ſemianimes collaberentur, & c. ſequenti, idem dicit, quòd omnia uerba legis ita interpretabatur vt nihil prorſus ad legislatoris intentionem accedere uideretur, ſummum enim ius ſummam ęquitatem eſſe dicebat, ſæueritas uoluit iuſtitia uideri, & idem libro 14. capitu. 20 taxat eos Reges, qui impotenti ſuperbia in tantam crudelitatem, & iniuſtitiam erumpunt, vt mitius feras, quam ſubditos homines alioqui obedientes, pertractēt, nulla, uel læuiſsima cauſa audita, aut recto dictamine legis accepto, ſed ſui capitis furore ſubditis his quando, & quomodo uolunt, ſine quauis ęqui
38 tate mortem infligunt. Quid igitur dicam de

iudicibus hodierni temporis,qui in aliquo nõ ſtudent niſi noua tormentorum genera reperire, lapides enim torquendorum pedibus imponut, frigidiſsimas & congelatas aquas in dorſo proij-
39 ciunt. Quo quidem ſolo genere tormentorum infideles utuntur,vt latrones,fures,cæterique malefectatores confiteantur ſecundum Pau.Ioui.referente Olao Archie. Gotho.lib. 11.cap. 31.proijciunt enim aquam frigidam guttatim ſuper colla eorũ, ita.n.in Sarmatia ſua teſtať, Moſchouitæ uero aquam gelidam ſuper caput ex alto paulatim dimittunt. hocque habent pro intollorabili tormẽto, ſed idem Ola. ibi dicit quòd Paulus Iouius uel ludubrioſe à verſuto Moſchouitici Principis nũtio Demetrio dicto, tempore Clementis.7.informatus eſt Romæ, uel alijs rebus curioſioribus intentus, non integrè referentem patrios mores intellexit,hoc ſcilicet pro terribili tormento in ea duriſsima gente reputari, quæ flammis & eculeis adhibitis, uix vt acta reuelet, tantillum commouetur, hos tamen Moſchos in robore exuperant Sueones,& Gothi,qui Calendis Ianuarij ſolum in rebelles diſcolos & Dominos ſuo in ſacris Chriſti Natalitijs primum nocte, demum die accedentes ſequuti non fuerint,ac permanſerint,immo etiam quicunque in aliqua ęde priuata,uel familia idem non fecerint, aut turpia uerba, ſcandaloſa ue facta commiſerint, hos ſocij teſtes accuſatores, & iudices ſonoroſo æris, tympanorumque ſtrepitu, longo ordine ad congelatas aquas eductos, genibuſque innixos, nudato collo, & prono vultu ingenua præſſos, guttatim gelida aqua omniũ applauſu perfundũt. quibus tamẽ cõpendiariã pœnam (promiſſa erratorum emẽda) celeriter infli-

gere decreuerint,ea gratia conceditur, ut ſimul & ſemel toto nudato capite,iuſtæ quantitatis,& mẽſuræ una totaliter perfundantur, ſoli æthiopes obuerticis nimiã nuditatem, hanc pœnã horreſcunt, hæc ille, & cap.ſequen. inquit)eſt,& alius modus omni alio tẽpore hiberno contumacibus & obſtinatis à maioribus decretus, ſcilicet vt perforatis glacierũ foraminibus.xx. vel xxx. pedum ab inuicem diſtantibus,chorda ſub brachijs ligati,quod vno foramine ſubtus glaciem immiſsi, fune altero prætenſo ad aliam qui trahunt glacialem aperturã, ſi celeriter id factum fuerit, gratiam referunt amicis, quod feſtinanter, & fideliter expedierint eorum cauſam,ſin autem protractius(ſic fortè exigẽtibus demetris animi pertinacioris) tunc extractus experitur ſe habuiſſe cenſores, & fautores rigoroſos,quia in graui periculo fuit ſuffocationis.)

40 Eſt inſuper notandũ,ꝙ licet regulariter diſpenſari non poſsit contra ius naturale,& Diuinum,tamen quandoq; relaxatur rigor iuris Diuini & naturalis, vt hic, & habetur in 14. diſt. c. quod ait.§.

41 vlt.iuncta gl. Et quando intellectus eſt dubius reccurrere debemus ad rationem naturalẽ l. ſcire oportet.§.& ſi maximè.ff.de excu.tut.& l. omnis diffinitio.ff.de reg.iur.hinc eſt,ꝙ ſi lex loquitur generaliter,debet tamẽ intelligi ciuiliter, & prout ratio dictat,& non abuſiuè.l.ſi cui.ff.de ſer.in l.obli

42 gatione generali.ff.de pign. Item licet tex. uoluerit in l. proſpexit. ff. qui. et à qui. ma. lib. non fia. ꝙ non eſt recedendum à verbis legis, tamen dicit Bal.in l.ſiquis ſeruo.C.de furt.ꝙ illa lex caret ſpiritu,& ideò ceſſante ratione naturali conſiderata per legem,ceſſat illa lex,pro quo vide Gomeſ. in regu.Cancella.20,verſi,item hanc regulam.

Item

43 Item dicit Abb.in c.fi. in ult.col. de iur. ꝙ verba debent deſeruire rationi, & æquitati etiam conſideratæ, vt voluit Gomeſ.in regu. de non tollen. iur.quæſi.2.q.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Cenſus quid ſit.*
2 *Cenſus & tributum qualiter differant.*
3 *Contractus cenſualis qualiter differat à contractu emphytheotico.*
4 *Cenſus & tributum qualiter differant inter priuatum & fiſcum in ſolutione.*
5 *Cenſus quomodo & qualiter conſtituitur.*
6 *Cenſus an conſtitui poſſit ſuper feudis.*
7 *Seruitus conſtitui in feudo non poteſt.*
8 *Feudum non poteſt in emphytheoſim dari.*
9 *Feudum non poteſt obligari neque uendi.*
10 *Feuda ſunt excepta à qualibet generali diſpoſitione.*
11 *Cenſus an ſuper fructibus feu di conſtitui poſsit.*
12 *Prohibitus uendere non prohibetur uendere fructus.*
13 *Vſusfructus in re emphytheotica poteſt conſtitui.*
14 *Fructus decimæ poſſunt uendi.*
15 *Seruitus quando imponatur feudo.*
16 *Pragmatica an concedat imponi cenſum ſuper feudo.*
17 *Cenſus an ſuper rebus eccleſiaſticis conſtitui poſsit.*
18 *Fructus eccleſiæ an poſsint alienari.*
De eadem re Opinio Dom. Autho.
19 *An clerico debeant relaxari tot bona ut uiuere poſsit.*
20 *Beneficium c. Odoardus quando non datur clerico.*
21 *Emphytheota an poſsit conſtituere cenſum ſuper rebus emphytheoticis.*
De eadem re Opinio Domi. Autho.
22 *Cenſus an poſsit imponi per maritum in fundo dotali.*
23 *Cenſus an conſtitui poſsit ſuper rebus reſtitutioni ſubiectis.*
24 *Cenſus an ſuper rebus uniuerſitatis conſtitui poſsit.*

25 *Cenſus an ſit inter immobilia computandus.*
26 *Fratres prædicatores ſunt incapaces cenſus.*
27 *Appellatione immobilium comprehenditur cenſus.*
28 *Cenſus an excuſent à ſatiſdatione.*
29 *Sententia poteſt exequi in debitorem cenſus.*
30 *Feudum poteſt in cenſibus conſtitui.*
31 *Cenſus eodem tempore uſucapiuntur ſicut immobilia.*
32 *Cenſus perpetui ſapiunt naturam immobilium tantum.*
33 *Cenſus qui ex pacto poteſt redimi dicitur perpetuus.*
34 *Cenſus futuri computantur inter immobilia et non præteriti.*
35 *Cenſus mere perſonales non computantur inter immobilia.*
36 *Cenſus qualiter conſtituatur ſuper rebus univerſitatis.*
37 *In alienationibus rerum univerſitatis debet cum cauſa interuenire maior pars honoratorum.*
Salernitana Ciuitas cur male regatur.
38 *Cenſus ſuper rebus minorum quando, & qualiter conſtituatur?*
39 *Cauſa urgens conſtituendi cenſum debet eſſe.*
An ſufficiat cauſa maioris utilitatis co.nume.
40 *Pupilli & uiduæ ſunt fouendi & defendendi.*
41 *Cenſus an poſſit conſtitui ſuper bonis prohibitis alienari per teſtatorem.*
42 *Cenſus an poſſit conſtitui ſuper emolumentis officiorum.*
43 *Iuriſdictiones in conſtitutione cenſus an obligari poſſint.*
44 *Cenſus an poſſit conſtitui ſuper proprietatibus.*
45 *Cenſus quando conſtituitur ſuper re de qua haberi nō poteſt quod remedium prodeſt?*
Opinio Dom. Autho.
46 *Facultas & emolumentum qualiter differant.*
47 *Emolumentum quid ſit.*
48 *Cenſuarius dans alij in cenſum an aliquid agat.*
49 *Cenſualia alienatur irrequiſito domino.*
50 *Quartaria ſoluitur quando uenduntur cenſualia.*
51 *Quartariam quis debeat ſoluere.*
52 *Quartaria an ſoluatur ex unouenditione.*
53 *Quartaria an ſoluatur ex contractu uilo.*

Quar-

54 *Quartaria ſoluta an repetatur uenditione declarata nulla.*

55 *Emptor emens cũ pacto quod non ſoluto precio teneatur rem reſtituere an non ſoluto repetat quartariam.*

56 *Quartaria an debeatur ex iure redimendi uendito?*

57 *Quartaria an debeat̃ ſi fiat prorogatio pacti de redimendo.*

58 *Gradantis ius an debeatur ex traditione cauſa dotis.*

59 *Ius gradantis an debeatur ex conſtitutione ſeruitutis ſuper fundo cenſuali.*

60 *Emptor rei cenſualis ſi alteri aere oppraſſus uendat an duo debeantur laudimia?*

61 *Emens bona cenſualia & mota lite per remedium l. ij. C. de reſcin. uend. aliud pretiũ refundat an noua laudimia debeat ſoluere?*

62 *Cenſus an ſuper certa re debeat conſtitui.*

Opinio Nom. Autho.

63 *Cenſus ſuper cenſibus an conſtituatur.*

64 *Cenſus an poſſit conſtitui non relatus ad certam rem.*

65 *Cenſus an debeat conſtitui antequam uendatur.*

66 *Cenſus an conſtitui poſſit alio titulo quam emptionis.*

67 *Teſtator ſi legat decem annua ſuper fundo an fundus cenſeatur hypothecatus.*

68 *Cenſus conſtitutus in teſtamento an habeat priuilegia iſtius prag.*

69 *Cenſus pro fabrica pia relictus an in beneficiũ conferatur.*

70 *Cenſus uegetis unius uini an poſſit fratribus ordinis minorum relinqui.*

71 *Cenſus frumenti legatus quando debetur.*

72 *Cenſus pecuniarius legatus quando detur.*

De eodem caſu.

73 *Cenſus in contractibus quo nam tempore debetur.*

74 *Cenſus legatus titio an morte titij extinguatur.*

75 *Legatum annuum eſt purum pro primo anno.*

76 *Legatum factum eccleſiæ uel ciuitati an poſt annos centum debeatur.*

77 *Cenſus annuus ſi legatur uxori pro alimentis an ualeat donec receperit dotem.*

78 *An pro alimentis legatis agatur hypothecaria ad fundum.*

79 *Si legatur frumentum ex certo fundo, & ibi uno anno non naſcitur an alio anno ſuppleatur.*

80 *Si legatur quid annuum & incepto anno moritur legatarius an debeatur legatum*

81 *Legatum factum annuũ pauperi uidetur factũ pro alimẽtis.*

82 *Alimenta in quibus ſunt priuilegiata.*

83 *Alimenta poſſunt relinqui incapacibus.*

Alimenta poſſunt relinqui filijs ſpurijs.

84 *Legata alimentorum non diminuuntur per clauſulam generalem.*

85 *Summariè proceditur in cauſa alimentorum.*

86 *Appellari an poſſit à ſententia alimentorum*

87 *Alimenta in teſtamento relicta an poſſint remitti.*

88 *Pactum appoſitum quod ſi cenſus non redimatur infra triennium fundus ſit emptoris an ualeat.*

Opinio Do. Autho.

89 *Cenſuarius ſi non ſoluit infra trienniũ an cadat à iure ſuo.*
Vide cap. deci. 103. in cauſa Mag. Vincentij

90 *Si in inſtrumento dicatur concedo talem rem in emphytheoſim ſub annuo cenſu, an contractus dicatur emphytheoticus.*

91 *An cenſuarius cadat à iure ſuo ob non ſolutionem.*

92 *Cenſuarius ſi non ſoluit cenſum in teſtamento relictum an cadat à iure ſuo.*

93 *Contractus cenſualis an emphytheoticus præſumatur, ſi non apparet quis contractus ſit tamen facta eſt ſolutio.*

94 *Contractus quotiens dubitatur quis ſit, ille cenſendus eſt qui ſit utilior.*

95 *Pecunia mutuata an poſſit conuerti in emptionem cenſus.*

96 *Onus ſoluendi cenſum ſpectat ad poſſeſſorem.*

97 *De eadem re.*

Opinio Domi Autho.

98 *Cenſus qualiter probabitur*

99 *Vendens rem cenſualē pro franca quid ſequatur ex hoc.*

100 *Recognitio ſola an probet cenſum.*

101 *Alius modus probandi cenſum.*

Cen-

102 *Cenſus ad obtinendum in petitorio qualiter probabitur.*
103 *De eadem re.*
104 *De eadem re.*
105 *Quanto tempore præſcribatur cenſus.*
106 *Si cenſus erat annuus ad x ſoluti ſunt. v. an in alijs. v. ſit præſcriptum.*
107 *Præſcriptiones an ſint tutæ in foro conſcientiæ.*
108 *Cenſus ſi ſemper fuit ſolutus per debitorem an ſi poſtea denegat ſoluere, poſſit haberi recurſus contra poſſidentē rem obligatam pro cenſu, ſi illa fuit empta & poſſeſſa per xxx. ann. pro franca & libera.*
Opinio Do. Autho.
109 *Cenſum qua actione petam ſi nulla cauſa apparet cur debeatur.*
110 *Interdictum recuperādæ poſſeſſionis an competat pro cenſu.*
111 *Præſcribi an poſſit cenſus à tertio poſſeſſore ubi uendita fuerint bona cenſualia & à quo ſoluatur cenſus.*
112 *Cenſuarius an teneatur edere titulum*
113 *Dominus directus an propria auctoritate cenſuario non ſoluente poſſit exequi?*
114 *Pactum quod non poſſit quis propria auctoritate rem ingredi an ualeat.*
115 *Hypotheca an poſſit haberi in fundo conceſſo ad cenſum.*
116 *Hypotheca an ſit conſtituta in cenſu conſtituto ſecundū terminos noſtræ pragmaticæ.*
117 *Cenſuarius negans rem eſſe cenſualem nunquid conuictus cadat à iure ſuo.*
118 *Cenſus an poſſit diuidi.*
119 *Concedens rem ad cenſum pro duabus ſalmis uini ſoluendis Sempronio, & duabus ſoluendis eidem concedenti, an ſi reuertatur res conceſſa ad concedentem teneatur ad duas ſalmas in perpetuum Sempronio?*
120 *Cenſus an debeatur deſtructa re ſuper qua fuit conſtitutus.*

CEN-

1 CENSVS enim dici ſolet æſtimatio rerum ac bonorum facta, ſecundũ quã tributa pendebant, unde cẽſum agere eſt recenſere hominũ facultates, Liu. lib. primo ab Vrbe. 185. cenſum inſtituit, rem ſaluberrimam tanto futuro imperio. Valla in Raudenſem, cenſus eſt id quod Principi per capita ſoluitur, ſiue per focos, vnde quis dicitur ſoluiſſe, aut non ſoluiſſe cenſum. Item cenſus dicitur, quicquid fortunarum quis habet. Quintilia. abiere vires, cenſus meus Iuuenalis, protinus ad cenſum, de moribus vltima fiet quæſtio. Cicero. 2. de leg. 05. à quo iterum funerum ſumptus præfinitur ex cenſibus à minis quinque vſque ad minam, & ſic cenſus quandoque dicitur ille qui præſtatur præſtarique debet à ſubditis in ſignum ſubiectionis, vt legitur in cap. 2. de cenſi. & in l. 1.
2 & 2. C. eod. lib. 12. Et hoc ſiquidem caſu, tantum eſt dicere cenſum quam tributum, lex enim pro eodem habet, & nominat, cenſum, tributum, & publicam penſitationem. l. ætatem. ff. de cenſi. in prin. & habetur per Ioan. de Pla. in rubri. de anno. & tri. lib. x. & per glo. & Ioan. de Pla. in l. 1. §. 1. in verbo pendant, & ibi Bart. & Alexand. in additio. ff. de publi. & Ioan. Fa. in §. adeo col. penulti. de loca. hæc autem intellige quantum ad fiſcũ attinet, ſed quantum ad priuatum cui debetur cenſus, vel annua præſtatio, eſt differentia, nam tributum à tribunis Varro dictum oſtendit, quod ea pecunia, quæ populo imperata erat, tributi à ſingulis pro protione cenſus exigebatur. Feſtus, tributũ dictum, quia ex priuato in publicum tribuitur, ſummi poſtea hoc uocabulum cæpit largius, pro omni munere ꝙ à ſubditis ſoluitur, inquit enim Vlpian.

pian.in l.ager.ff.de verbo. ſignifica. tributum appellari à contributione, vel ex eo quod militibus datur, & Cicero. 2.offi. 109. danda etiam opera eſt;ne quod apud maiores noſtros ſępe fiebat,propter ærarij tenuitatem aſsiduitatemque bellorum, tributum ſit conferendum. Cenſus vero eſt quidā reditus qui iam vel conſtitutus eſt ſuper bonis alicuius,& alteri debetur, vel de nouo conſtituitur, ita quod conſtituens retineat bona, tantummodo teneatur annuatim ad illum redditum ſoluēdum: fit etiam cenſus quando quis concedit omne ius quod habet in re,ita quod tantum modò ille recipiens rem teneatur annuatim ad certam penſionem.

3 Et hęc eſt differentia inter contractum cēſualem, & emphyteoticum,nam concedens rem in emphyteoſim reſeruat ſibi aliquod ius, cōcedēs ad cenſum nil ſibi reſeruat,ſecundum glo. Inno.et Abba.in cap.conſtitutus de religio.do. & Bartol. in l.1.§.1.ff.de pu.& per Alex. conſi. 17.colū.penul.lib.4. & conſi. 14. lib. 2. & Io. Fab. in §. adeo, ff. loca. & Ioan. Pet. de Ferra. in for libell. quo agi.ad fin.præſta.in gloſſ.in verbo.fictum col.2.

4 Item eſt differentia inter tributum & cenſum, quo ad priuatum & fiſcum,quia ſi debetur priuato,ſi non ſoluit cadit à iure ſuo; at ſi debetur fiſco neutiquam, ſecundum Ioan.de Pla.in rub.de anno.& tri.lib.x.& legitur & nota.in l.2.& ibi Doctor.C.de iure emphi. & infra ſuo loco latius dicemus.Item aliquando præſtatur cenſus in ſignum perceptæ libertatis, & aliquando in ſignum ſolius protectionis de quibus vide gloſſ.in cap. accepimus in uerbo libertatis cum ſeq. & ibi Abb. poſt Inno.in fin.de priui. Cenſus autem quo ad terminos noſtræ Pragma. conſtituitur, primo vt

quis

quis tradat rem ſuam alicui, & in eum transferat omne dominium directum, & vtile, cum onere, quod accipiens rem, teneatur ſoluere certum cenſum (vt dixi) ſingulis annis. d. ca. conſtitutus cum gloſſ. penul. extra de religio. domi. & Bar. in d. l. 1. §. 1. ff. de pub. & Socyn. in conſil. 167. colum. 2. & de hac ſpecie multa dicam infra, cum ſatis differat à ſecunda ſequenti, quæ eſt propria ſpecies & particularis noſtræ pragma. licet etiam & primam approbet. Secundò modo emendo ab alio annuum cenſum ſuper re venditoris, & venditor promittit ſoluere annuum cenſum, obligando, & hipotecando rem certam pro ipſo annuo cenſu, ut optime declarat Cra. in conſi. 217. in 2. lib. uterque enim modus per hanc noſtram Pragmaticam cẽ

6 ſetur approbatus. Quid ergo ſit cenſus iã uidimus, reſtat ut uideamus ſuper quibus rebus cõſtitui poſsit (& primo an ſuper feudis conſtitui valeat) & videtur ꝙ nõ, ea ratione quia feudatarius tenetur meliorare feudũ, nõ autem deteriorare, ſi ne voluntate domini, aut agnatorum, ad quos uenire debet per ſucceſsionem ſecundum Iſer. in cap. 1. §. econtrario de inueſti. de re. alie. fa.

7 Item quia nec etiam in præiudicium domini ſeruitutem imponere poteſt, vt habetur per eundem Iſer. in d. cap. 1. §. quid ergo ſi prætio.

8 Item quia non poteſt nec ad longum tempus, nec modicum dari feudum in emphiteoſim, ſecundum Bal. in l. [illegible] colum. de prohibi. feu. aliena.

9 Item quia nec in partem, nec in totum poteſt alienari neque obligari, feudum, neque in eo aliquod ius conſtitui, vt in cap. imperialem de prohib. feu. aliena. per Feder. & ibi per And. prima

10 colum. Item quia in qualibet generali diſpoſitione

tione intelliguntur feuda exceptuata, vt in ca. generali, & ibi Docto. ſi feu. contro. ſit inter Domi. & agna. vaſſal. & in cap. 1. ad fi. & ibi glo. in titu. de cap. qui cur. ven. & ita concludit per plura Tiraquel. in tract. de vtro. retra. §. 1. gloſſ. 3. pa. mihi. 11 58. & 59. Sed puto eſſe aduertendum quod cẽſus poſsit conſtitui ſuper fructibus feudi, nam licet feudum non poſsit obligari & alienari ſine conſenſu domini, per ſupra allegata & vulgaria, poſſunt tñ fructus feudi uẽdi donari, & obligari, ſine conſenſu domini quandiu uixerit vaſſalus, ſecundum And. de Iſer. in cap. imperialem in prin. & ibi Bald. colum. 3. verſi. quæro nunquid ſi ex conſuetudine, immo Alua. & Marti. Lau. col. 2. ibi. uerſ. quæro nunquid vaſſalus, Cardi. Alexand. colũ. 4. ver. quæro an vaſſalus poſsit titu. de prohi. feu. aliena. per Feder. dicunt ꝙ licet vaſſalus non poſſit cõſtituere vſumfructum in feudo. l. arboribus. §. vltimo. ff. de uſufru. poteſt tamen vendere fructus totius illius temporis quo feudum apud ſe fu-

12 turum eſt. Quia prohibitus vendere, non prohibetur vendere fructus illius. l. codicillis. §. inſtituto. ff. de lega. 2. & l. pater in prin. ff. de lega. 3.

13 Pro quo facit quia poteſt conſtitui vſusfructus in re emphyteotica ſine conſenſu domini, ſecundũ Pet. Iac. in titu. de actio. in re pro emphiteo. colũ. 14. & Bald. in l. 1. §. idem in fundo quem legit cũ principio eiuſdem legi. ff. qui. mod. vſu. amitta. & Saly. in l. vlti. colum. pe. verſi. nunc ſequitur & ibi Iaſ. col. 34. uer. nũquid aũt emphyteota. C. de iure emph. Alex. & Iaſ. in l. 3. ex contrario. ff. de acqui. po. Alex. conſi. 120. ſuper eo qđ quæritur in fi. lib. 1. & Catel. Cot. in memo. in uerbo emphyteuta non poteſt, & Steph. Bertran. conſi. 143. pro faciliori,

14 liori, poſt princi. libr. 4. Item quia licet decimæ vendi, & pignorari non poſsint, tamen fructus poſſunt vendi, & pignorari, per cap. veſtra extra de loc. & habetur per Spec. in tit. de pign. §. 1. col. vlt. verſi. quid de decima & habetur per Alber. poſt Iaco. Are. in l. in ædibus. §. 1. ff. de dona. & per eundem Alber. in l. monumenta. C. de legi. ſic ergo videtur dicendū poſſe conſtitui cenſus ſuper fructibus feudi, etiam ſine aſſenſu & conſenſu Domini, durante vita illius feudatarij, ita quod aperto feudo Domino, vel agnatis omnes obligationes pereunt. l. lex vectigalis. ff. de pigno. & ita tenuit in indiuiduo Curt. in tract. feudo. in titu. ex
15 quib. cau. feu. amitta. in 15. q. Sic etiam dicimus in ſeruitute, quæ licet feudo imponi nequat, vt ſupra, in præiudiciū Domini, tamen quo ad pręiudicium ipſius vaſſali conſtituentis, bene imponi poterit, ut plene habetur per Curt. in tract. feud. in tit. ex quib. cau. feu. amitta. in 14. quæſtione.
16 Immo cogita ſi dici poteſt ex tenore Regiæ. Prag. huius colligi, quod poſsit conſtitui cenſus ſuper feudo, nam text. iſtius Regię Pragma. dat poteſtatem conſtituendi cenſum ſuper proprietatibus, iuribus, & emolumentis, & alijs facultatibus & quod poſsint obligari omnia iura & iuriſdictiones, ſicque in ſpecie videtur decidere de feudis, ergo ceſſant in caſu iſto omnia allegata in cōtrarium, & dicitur quod in hoc datur plena licentia, & authoritas id faciendi, ꝙ licet ſint verba Papæ, ea tamen ad vnguem ſunt recepta per Regē & approbata, vide infra in verbo iura iuriſdi-
17 ctiones. &c. Cōſequēs eſt vt videamus an Pręlatus, ſeu alius clericus, & beneficiatus poſsit conſtituere cenſum ſuper rebus eccleſiaſticis? & videtur

tur dicendum quod non, vt habetur in Clem. prima.§.nouos cenſus extra de excep.Prælato. et ibi Cardin.et cap.prohibemus de cenſi. nec antiquus augeri poteſt. Sed in fructibus beneficiorum tũ ex prædictis puto cenſum conſtitui poſſe, tum etiam quia præbenda et bona eccleſiæ licet non poſsint alienari, poſſunt tamẽ eorũ fructus uẽdi et in cauſam iudicati capi per l. commodis et ibi Bar.et ibi Imol.Alex.et alij.ff.de exequ.rei iudi.et in c.2. ibi alioquin extra de fide iu.glo. et Doct. in l. ſtipendia.C.de exequu.rei iudi. Non enim dicitur alienare qui fructus alienat ſecundum Bald. in c. i .§. aut ſi libellario colum. 6.t t.qui. mod. feu. amitta. l. 1.per illum tex.& l. peto.§.prędium.ff. de leg.2.
18 Et licet magna ſit inter Docto. controuerſia an Prælatus,ſeu alius Rector poſsit alienare fructus ad longum & non modicum tempus,tamen Car di.in Clem. 1.de reb.eccle.non aliena.q.27. ad longum diſputat,tandem concludit ꝙ in prę iudicium Prælati ſeu Rectoris alienari poſſunt, non autẽ in præiudicium ſucceſſoris,& hoc ex c.fi.ne Pręla.ui. ſuas,& refert Genze.& Mathe.dixiſſe, ꝙ in tẽporalibus ſucceſsionibus non eſt forma neceſſaria,& hoc not.glo.ſecundum eum in c.2.de his quæ fi. à Præla.& Innocen.in vnico. vt eccleſ. bene. & Feder.de Sen.conſi.52. incip. quidam Prælatus conſuluit valere conceſsionẽ vſusfructus factam con ſanguineo ad vitam, licet in conſil. 143. voluerit debere interuenire authoritatem Papæ,ſed Domi. Abba. in c. fin. ne Præla.ui. ſuas.notat poſſe Rectorem locare fructus pro toto tẽpore vitę ſuę, & hoc dicit notari per glo.ibi. & hoc idem dicit voluiſſe Hoſtien. in ſumma titu. de hijs quæ fiunt à Prælat.§.fin. ego autem tam in caſu iſto quã ſupe-

riori dicerem poſſe conſtitui cenſum ſuper fructibus & redditibus feudi, & eccleſiarum, ſecundum terminos ſecundi modi & formæ conſtituendi cenſum, non autem ſecundum primam formam, videlicet, & Prælatus & feudatarius vendant annuum cenſum ſuper primis fructibus, & reditibus beneficiorum & feudorum, & ad hoc ipſi ſe obligent ſoluere, nec non obligent omnes fructus & redditus feudorum & beneficiorum, iſto etenim caſu tam ipſe Prę latus, quàm feudatarius remanēt obligati in vita eorum, & non poſſunt contrauenire, videtur enim potius obligatio perſonalis, & ideò tenentur ad obſeruantiam contractus niſi Eccleſia eſſet læſa, quia poſſet beneficiatus petere reſtitutionem in integrum (quod erit fortaſſe quia ſeruitores non haberent vnde uiuerent) & ideò ſubueniendum eſt eo caſu Eccleſiæ; ſecundum Hoſtien. in c. veniens extra de trāſact. & ibi Abba. & Fran. de Aret. conſi. 113. & tunc ſi beneficiatus ille Rector, vel Prælatus haberent de proprio compellerentur ſatisfacere contrahēti cum eis pro intereſſe, ar. in c. de multa verſi. & vltra de præben.

19 Immo quòd plus eſt, ſecundum Hoſtien. ibidē poſſent capi id quod cederet ad eorum ſuſtentationem, & de ſe ipſis conquerantur, eò quia dignum eſt vt malè meriti egeſtate laborent. l. bona fides. ff. depo. ſed in hoc contradicit dom. Abba. in d. cap. veniens, eò quia quemadmodum miles ſeculi non compellitur vltra quam facere poteſt, & ſemper habenda eſt ratio ne egeat. l. miles. ff. de iudi. ità dicendum eſt in milite Dei. vt not. glo. in d. l. miles, & habetur in capi. Odoardus de ſolutio. & eſt aduertendum quòd Math. de Afflict. in conſti. ſi clericus in 6. notab. notat ex illo text. cle-

clericum non poſſe capi vel carcerari pro debito ciuili, etiam ſi bonis non cedat, nec poſſe clericum exigi vltra quam facere poteſt, & dicitur (ſecundum eum) tunc clericum ſoluere non poſſe quando non habet tantum quod ſufficiat pro alimentis ſuis, vt dicitur not. in d.l. miles & l. ſunt qui. ff. eod. titu. & in l. in condemnatione. ff. de reg. iur. ſecundum Ioan. de Imol. in d.c. Odoardus de ſolu. 2. colum. & ideò dat cautelam ut clericus actione perſonali conuentus non dicat cedo bonis, quia tunc vſque ad interulam poteſt creditor eum ſpoliare, vel ſaltim dimiſsis ſibi veſtimentis congruẽtibus, ſed dicat opponendo, ego ſum priuilegiatus ne valeam conueniri niſi relictis mihi alimentis ſecundum Ioan. de Imol. in d. cap. Odoardus, immô fortius dicit ꝙ tam magnum eſt iſtud priuilegium clerici & militis, quòd non poſſet huic priuilegio in contractu renunciare, ſecundum Hoſtien. & Ioan. And. in d. cap. Odoardus, ſubdit tamen ꝙ quando debitum eſſet iuratum tunc poteſt clericus incarcerari, eò quia periuriũ eſt graue peccatũ, nõ tamẽ dicit Afflict. eo caſu nõ dari beneficiũ. d.
20 c. Odoardus (vt aliqui intelligebãt.) Beneficiũ enim prędictũ non datur condemnato per tres ſententias conformes. per not. per Bald. in l. 1. C. qui. bo. ced. poſſ. Aret. & Iaſ. in §. fi. inſti. de actio. item non datur beneficiato aduerſus penſionarium, quando debitor penſionis conſenſiſſet eius impoſitioni perſonaliter, nam tali caſu ex quo in eius conſenſu ineſt iuramentum, & obligatur in forma camerę, non eſſet honeſtũ poſtquam habet beneficium, ad cuius regreſſum ſe obligauit ob nõ ſolutionem, quod iuuetur exceptione dicti c. Odoardus, vel alia ſimili, vt voluit Gomeſ. in cõm. ad re

gu.cancella.in compen.vtriuſque ſigna. in fin. Itē non datur illi qui in fraudem creditoris bona ſua alienauit,& emptor non reperitur, vel non ſoluendo,quia tunc detrudetur in carcerē, ſecundū Dyn. in §.item ſiquis in fraudem inſti.de actio. Item nō datur ſi debitor doloſè contraxiſſet,cum creditor ſciens ſe non eſſe ſoluendo animo poſtea cedendo bonis ſe iuuandi dicto beneficio.c.Odoardus, per l.pen.ff.de iure dot.ſecundum Bal.in §.fin.inſti.de actio. vide plenè dicta à me in conſti.regni. ſiquis

21 clericus. Illud etiam conſequens eſt videre nunquid emphytheota poſsit conſtituere cenſum ſuper rebus emphytheoticis abſque conſenſu Domini directi?videtur quod ſic quod Bal. voluit in l. 1. §.idem in fundo,quem legit cum principio eiuſdē legis,per illum tex.ff.qui.mo.vſu.amitta.vbi notat quòd emphyteota poteſt facere alium vſufructuarium, nec (vt eius verbis vtar) credit requiri conſenſum Domini,& idem voluit Saly.in l. vlt. col.pen.ver.nunc ſequitur & ibi Iaſo.col.34.verſi. nunquid autem emphyteuta. C. de iure emphy. idem voluit Alex.& poſt eum Iaſ.in l. 3.§. ex contrario colum. 14.verſi.quærit Bart.ff. de acquiren. poſſeſſ.& Alex. conſi. 120. ſuper eo quod quæritur in fin. lib. 1. & Catel.Cot.in memo. in verbo emphyteuta non poteſt,& Stepha.Bertran.conſi. 143.pro faciliori poſt prin. lib.3. & Caro. Ruyn. conſi. 150.in cauſa colum. 7.nume. 14.lib. 3.& latè per And.Tiraquel.in tract.de vtro.retra.§.1.glo.7. nume.48.ergo idem dicendum eſt in conſenſu,et ſic quòd poſsit emphyteota facere & conſtituere cenſum ſuper ipſis rebus emphytheoticis, ſed ꝙ non poſsit conſtituere alium vſufructuarium, contra prædicta, tenuit Ludo. Rom. in ſingu. 526. incip.

cip. ſcis ꝙ emphytheota motus per text.in l. vlti. C. de re. alien.non alienan. vbi prohibita alienatione, intelligitur prohibitus omnis actus per quē quæritur ius alteri in illa re,& idem voluit Fran.de Crem. in notab. 85. incip. emphyteota non poteſt,ſed primam opinionem tenuit Cot. vbi ſupra non obſtantibus prædictis tenentibus cōtrarium, vtcumq; tamen ſit, tenendum puto quòd poſsit conſtitui cenſus ſuper rebus emphyteoticis per emphytheotam ſecundum prædictam formam, de qua in præcedentibus caſibus. Quid igitur dicēdū de marito an poſsit imponere cenſum ſuper
22 fundo dotali? et uidebatur dicendum quòd non per tex.in l.lex Iulia cum l. non l.ſequē.ff.de fund. dota.quod puto verum,in perpetuum,ſed ad vitam,et donec ipſe fundus dotalis erit pœnes ipſum maritum bene conſtitui poteſt,per ſupra alle
23 gata in præcedentibus. Idem dicendum eſt de rebus reſtitutioni ſubiectis, ut ſuper eis non poſsit imponi cenſus,ita quòd remaneat facto caſu reſtitutionis,ſed interim bene conſtitui poteſt,nam etiā alienari poſſunt res ſubiectæ reſtitutioni,ſed adueniente caſu reſtitutionis alienatio reuocatur. l.vlti. §.ſed quia noſtra.C.communia dele.l.ſeruo legato.§.i.et ibi Bar.ff.de leg. 1.et not.in l.cū pr.§.libertis.ff.de leg.et per Paul.de Caſt. conſi.94. lib.2. et Corn.cōſi.234.vr in præſenti lib. 3,et cōſi.294.vr prima facie col.4.lib.3.et Alexan.conſi.65.omiſsis lib.5. et Guido Pa. deciſ.611. vtrum alienatio, et Tiraq.in tract.de vtroq; retra.in tit.de retraict, cō
24 uētionel.§.1.glo.7. nu. 10.fol.857. Poteſt etiam cenſus cōſtitui ſuper rebus,et iuribus uniuerſitatis, ꝑ ipſas vniuerſitates ſeu eorū ſindicos, vt expreſſe decidit tex.noſter,qđ quidē intelligendū eſt,in-

teruenientibus debitis ſolennitatibus, quæ requiquiruntur in alienationibus rerũ immobilium ciuitatis per l. vlti.& ibi Bart. & Ioan.de Platea. C.
24 de uen.re. ciuita. lib.vndecimo. Nam licet cenſus annui non ſint neq; mobiles, neq; immobiles, ſed tertiam ſpetiem conſtituant, ſecundum Panor. in cap.nulli.col.3.verſic.quid autem, de reb.eccleſ. non alienan.quem ſequitur Alex. in addi. ad Bart. in l.mouentium.ff.de verbor.ſignific. & Maria. in
25 tracta.oblationum,in 8.libello. 6.quæſt. tamẽ vbi trahendi ſunt ad alterutrum eorum, ſequuntur immobilium naturam, per l. ſi quis inquilinos. ff. de lega.primo.& l.iubemur nulli in prin. & ibi gloſſ. in verbo annonas, Bald.Paul. Caſtr. & alij. C.de ſacroſan.eccl.& l.hac edictali.§.his illud.& ibi glo. Cy.& Bal.in vtraq; lectura. C.de ſecund.nuptijs.
26 Hinc eſt q fratres prædicatores ſunt eorum incapaces,ſecundum Federic.de Sen.in conſi. 12.fratres prædicatores.col.2.& Alber. in l.mouentium. in fi.ff.de verbor.ſignif.& Bart.in tract. minoricarum,libro ſecundo.diſtin.6.cap. 1. Bald.in authen. ingreſsi.col.8. verſi.ex quibus præmiſsis. C. de ſa-
27 croſanct. eccleſ. Hinc etiam eſt q appellatione immobilium comprehenduntur annui redditus ſecundum Angc.in l.ſi conſtante.§.vlti. ff.ſolu.matr. & in conſi. 328. Anaſius. col.v.verſicu.v. propter importantiam. & Fulgoſ.conſi. 104. Imol.Roma. & Barba.in l.Stichum.§. 1. ff. de verbor. obliga.
28 Hinc annui redditus nõ minus excuſant à ſatiſdatione quam immobilia,ut uoluerunt Gul.Cun. Ray. & Cyn. in l.ſciendum. in prin. & ibi Bartol. col.vlti.verſic. quæro quid ſi iſte. & Bald.col.ulti.
29 Alber.col.4.Ang. & Mod.ff.qui ſatiſ.cog. Et ſicut exequutio ſententię poteſt fieri in bonis immobilibus

bilibus, ita pariformiter in debitorem annuæ penſionis & cenſus, ſecundum Baldum in l.etiam.colum.4.C.de exequu.re.iudi. & ſequuntur Alexan. & Iaſ.in l.à.diuo Pio.§.ſic quoq;. col.2. de iureiur.

30 Hinc etiam feudum (quod non poteſt conſtitui niſi in rebus immobilibus) conſtitui poteſt in cēſibus, ſecundum Bald.& Cardin. Alexand. in prohe.feu. & Marti.Lauden.in §. 1.col. 2. verſicu.quæro an in iuribus.titu.qui feud.dar.po.& plenìſsimè per Tiraquell.in tract.de vtro.retra.glo.6.in verbo Ren-

31 tes,nu.4.cum ſeq. Et quemadmodum immobilia uſucapiuntur, ita uſucapiuntur cenſus, ſecundū Bald.in c.de quarta.col.1.verſicu. item iſti reditus, extra de præſcri.ſed hæc omnia intelligit Tiraquel.

32 ubi ſupra. Primò quando iſti annui redditus fuerint perpetui, at ſecus ſi ad modicum tempus ex ſenten. Zenzel.in extra. Io.xxij.c. ad conditorem. col.1.in verbo, mobilium, & Bal.in l. hac edictali. §.his illud.col.prima. in noua lectura. C. de ſecun. nupt.& in c.cum M.Ferrarien.& ibi latè Barb.co-

33 lum.41 de conſtitu. Et licet annui redditus ſiue cenſus ex pacto poſsint redimi intra aliquod tempus, non propterea non dicuntur perpetui, per l.ſufficit.ff.de condi.indebi.& ibi Iaſ.& per glo.in cap. ulti.paulò ante finem.extra de ſolu. & in cap. ulti. in verbo perpetuas, & ibi Io.And.& Domi.de reſcrip.lib.6.& Caro.Ruyn.in conſi.82.circa primū. colum.prima, nume.3.lib.2. nam licet redimi poſſit, attenditur tamen ſtatus præſens quo nōdum res redempta eſt, & ſic interim non debet cenſeri mobilis, ſecundum Cynum.in l.ultima.colum. ſecunda. prima oppo.C.de ſent. paſſ. de quo plenè per eundem Tiraquellum in §. 1.in gloſ. 14.nume.19.

34 Secundò intelligit uerum eſſe, annuos redditus

computari inter immobilia, vt procedat pro tem-
pore futuro, non quantum ad reliquias quarum
iam ceſsit dies, nam hæ inter mobilia computan-
tur ſecundum Andr.Alciat. in l. mouentium. ff. de
verborum ſignifica. & Bald.in cap.primo.colum.
ultima.verſicu.quid de penſionibus, & ibi Aluaro.
in capi.primo.§.ſi uero pacis.colum.ſecunda. ver-
ſicu. quid de penſionibus. de pa. tenen. & Socyn.
conſil. centeſimo. cum Baptiſtæ. colum. ſecunda,
35 verſicu. item ſi eſſemus.libro primo. Tertiò di-
cit debere prædicta intelligi, ut procedant in præ-
ſtationibus annuis realibus uel mixtis, non in me-
ris perſonalibus ſecundum Cynum in l. ſi certis.
C. de pactis, & Guli. de Cun. in l.ſciendum. & ibi
Bart. Alber. Bald. Alexan. & Iaſ. ff. qui ſatiſd. cog.
Ioan. And. & Panorm. in cap. peruenit. de cenſi. &
Bal. in l. iubemus nulli. in prin. colum. prima. C. de
ſacroſanct eccleſ. & Signore. in conſil. 222. in quæ-
ſtione.nume. 4. Pet. de Anchara. conſi. 346. in lite,
columna prima. Roma. conſil. 211. in caſu propo-
36 ſitę conſultationis. in tertio dubio. Vt autem re-
deamus ad rem vnde digreſsi ſumus, tenēdum eſt
cenſus conſtituendos per vniuerſitates in rebus ea-
rum, non aliter poſſe conſtitui, niſi ſeruatis ſolem-
nitatibus à iure requiſitis in uenditione rerum im-
mobilium vniuerſitatis, nam primo debet fieri de-
cretum, ſeu ſtatutum per vniuerſitatem de uendi-
tione facienda, & qualiter, & quomodo, & quod
ſit maior pars vniuerſitatis quæ hoc decernat, ſe-
cundum Bartol. in l. prohibere. §. planè. ff. quod ui
aut clam, quem ſequitur Fabia. de mon. ſan. ſeu. in
tracta. de empt. & vendi. in quarta quæſti. princi-
pali, verſicu. quinto quæro. item requiritur ꝙ fiat
uēditio præſentibus omnibus ſeu maiori parte cu-
ria-

rialium, & honoratorum. Item requiritur ꝗ examinentur & iurent illam alienationem fore utilem & expedientem ciuitati, quibus peractis debet interponi decretum iudicis illam alienationem, ſeu conſtitutionẽ cenſus eſſe expediẽtem, & fieri poſſe ac debere, ut d.l.fina. de uen.re. ciuit. & ibi Luc. de Pen. in urbe in prouincijs, uel requiritur ꝗ adſit authoritas conſilij, quia uicem Imperatoris gerit, ſedundum Baldum in rubrica.C.de contra.uendi. verſicu. tertiò quæro quæ res Capit. verò in deciſ. 93. in cauſa Athanaſij, enumerat quatuor requiſita, primo quòd ſint pręſentes in alienatione omnes ſiue pro maiori parte curiales, & honoratæ perſonæ, ac poſſeſſores locorum & rerum immobiliũ quæ pręttenduntur alienari, ſecundo ꝗ dictæ perſonæ iurent alienationem illam fore utilem ciuitati. Tertio ꝗ interponatur decretum, quarto ꝗ interueniant ſubaſtationes, licet iſtud quartum dicat requiri quando locandæ ſunt res reipublicæ, & ſic nõ dicit de decreto vniuerſitatis, quod requiratur ſecundum doctrin. Barto. ſed tu dicas, ꝗ cautius eſt ꝗ interueniat, & ita uidi ſeruari, debent enim cenſuum conſtitutiones, et impoſitiones ſuper rebus
37 vniuerſitatum fieri, vt omnis fraus abſit. Et nõ ſine miniſterio lex requirit debere adeſſe maiorẽ partem perſonarum conſtitutarum in honore, & dignitate etiam, quia non eſt præſumendum quòd tales perſonæ aliquid machinentur contra vniuerſitates ipſas, immo præſumendum eſt quòd taliter de bonis earundem diſponant & faciant, prout de eorum proprijs bonis faciunt ac facere debent, ſecundum Ariſtotelem libro ſecundo Politic.cap.3. in ijs verbis (eo autem modo quo nũc fit, ſi inſuper moribus & moderatione legum rectarum honeſte-

neſtetur,non parũ diſtabit, habebit enim utriuſq; commoda: dico autem utriuſque; uidelicet eius, quod communes ſunt res, & eius quod propriæ, oportet enim omnino, vt res ſint proprię, ſed quodam modo communes, curæ enim diuerſæ incuſationes adinuicem non parient, immò proficient vtpote ad proprium vnoquoque ſedulo incubente. At vero ob virtutem erunt ad vſum (vt eſt in prouerbio) amicorum communia:) non enim omnes de ciuitate præſumũtur ſcire quid ciuitati expediat, quid vtile ſeu inutile ſit, immò qui talia recte cognoſcere uoluerit, oportet vt prius cognoſcat ſuum proprium vtile iuſtum & pulchrum, demum neceſſe eſt, ut aliorum bonum iuſtum utile & pulchrum cognoſcat, ſecundum Marſi. Fici. in argumen. in Alcib. 1. vel de natura hominis Plato. in hijs verbis: perfectum igitur, & abſolutum hominis officium eſt, primò quidem ut naturam ſuam animaduertat, deinde ab illa tanquam ab imagine, & affectu ad Diuinam mentem exemplar eius & cauſam conuertatur, à qua hominis animus illuſtratus, ipſum bonum, ipſum utile, ipſum pulchrum, ipſum iuſtum intelligit, ſuumque bonum, vtile, pulchrum, iuſtum perfecte comprę hendit, vnde quid bonum, quid vtile aliorum hominum quibus cum uerſatur, quibuſue imperat, noſcit, cumque bonum abſolutum, bonum ſui, bonum aliorum cognouerit, ad ſeipſum iam & ad alium vnunquemque curandum ſecundum cogniti boni normam debet accedere: non enim omnibus hominibus hæ cõſiderationes inſunt, vtinam dicere poſſemus ineſſe, nec credendum eſt bona ciuitatum & ipſas ciuitates recte gubernari poſſe, niſi per publicam amicitiam; id eſt vt omnes de q

ciuitate

ciuitate ſub eadem lege & Principe libenter conueniant, & ad eundem finem reſpiciant, ſecundum eundem Marſi.Ficin.in ſupra allegato argu. Hoc enim proprium eſſe debet eorum qui in honore aliquo ſunt conſtituti, & eorum qui in ciuitate primatum obtinere uidentur, nihil enim aliud fuit quòd Romanos priſcis temporibus præcellere fecit, & cũctis nationibus dominari, quam tuitio Reipublicæ, nam quouſque Rempublicã magis dilexerunt, quam priuatam utilitatem creuerũt etiam in priuata publica., poſtquam autem animum conuerterunt ad ipſa commoda, perdiderunt vtranque. Hinc dicitur tria fuiſſe quæ Rempublicam Romanam deſtruxerunt. ſ.amor priuati commodi, occultum odium, & Iuuenile Conſilium, vt colligitur ex tex.in l. prima.C. de iuſti.C. confirmando & ibi pulchre not.Caſtren.Hodiernis autem temporibus vix reperitur unus qui cogitet, non dico faciat, bonum publicũ, vnuſquiſq; enim ad ſua commoda conuertitur, nihil aliud quęritur niſi quomodo & qualiter miſeræ, & infælices ciuitates deprædentur, pleríque enim reperiuntur, qui ſi uiderint aliqua vtilia & neceſſaria ad bonum vtile & perfectum regimen ciuitatis proponi per aliquem ciuem, mox occulto odio quo proponentem proſequuntur, contradicunt, non curantes ciuitatem labefactari, ne dicatur ex dicto illius ciuitatem reportaſſe commoda, (vt ſæpe ſepius contigit vbique.) Quid igitur dicam? dicat Ioã.Chriſo.pro me, qui in caput Geneſeos. 13.homi. 33.in litera G.dicit, in hĳs verbis, (ſicut et neq; miſerabilius eſt aliquid ciuitate, quę licet præſidĳs & muris bene ſit munita intus tamen ciues fouent
35 proditores.) *Similiter etiam poteſt conſtitui cẽ-*

ſus ſuper rebus minorum,& pupillorum,per regu
lam generalem in tex.traditam,quod eſt intelligẽ
dnm,concurrẽtibus ſolemnitatibus à iure requiſi-
tis,non aliàs, ſecundùm Bald. in l. iubemus nulli
poſt princi.C.de ſanct.eccle.& in conſil. 518.lib.
v.& Tiraquell.in tract. de vtroque retra. in ver-
bo Rentas glo.6.num.6.Requiritur enim quod in
eorũ cõſtitutione interueniant requiſita poſita per
39 Afflict. in dec.249.fuit in cõſilio. Requiritur.n.
primo, ut ſit cauſa urgens cõſtituendi cenſum,per
l.ob æs.C.de præd.mino.& in l.magis puto. §. ne
40 paſsim.ff.de re.eo. Et ideò debet eſſe vrgens ꝙ
non ſufficit dicere ꝙ conſtituit cenſum pro haben
do pecuniam, ex qua lucrari poterit in mercãtijs,
& ſic cauſa maioris vtilitatis non ſufficit,vt plene
congerit Capi.in deciſ. 113.in cauſa baliorum. Se
cundo requiritur quod aliunde neceſsitati pupillo
rum ſubueniri nequeat. Tertio quòd hoc liqueat
iudici. Quarto quòd ſi poteſt vendi res minus
damnoſa, vendi debet. Quinto ꝙ pro pretio de
bito non conſtituatur cenſus magnus.Sexto ut in-
terueniat tutoris authoritas. Septimo quòd ſubſe
quatur decretum iudicis. Octauo, ꝙ interueniant
ſubhaſtationes uide Pari.cõſ.93.primo lib.& cõſ.
99.eo.lib.& conſi. 100.eodem lib.& conſi.85. ibi.
num. 17. Pupilli enim & uiduæ frequenter in ſa-
cris ſcripturis commendantur, eorumque iudiciũ
attẽtius iudicibus præcipitur rectum fieri,ut Eſaiæ
primo cap.iudicate pupillo, iuſtificate viduam et
venite diſputemus, & ideo iudices maximopere
attendere debent ne defraudentur,& ne eorum iu
dicium peruertatur. Hinc Ioan.Chriſo. in hom.de
pœni.v. dicit(duo facit, & clementia oſtendit,
& potentiam punit, ſeſe patrem fatetur orpha-
norum,

norum, quo calamitoſos ſoletur, potentesque de terreat ne orphanis viduiſque moleſti ſint, quoniã quidem mors hunc patre, hunc autẽ viro nudauit, quos nunc lex corrumpit, clementiæ decretũ reuocauit, at eadem gratia huic quidem iudicem, orphano vero patrem dicit Regem ſanctorum, itaq; ò inique inquit ſi viduã læſeris, uiduarũque prouiſorem ad iracundiam prouocabis, ſi orpha nos opprimes, filios Dei oppreſſeris. Ego ſum pater orphanorum, & iudex uiduarum.) Hinc Di uinus ille Plato dialo.xi.de legi.lib. 34. (his omnibus (inquit) tutore magiſtratibus commonitus, mentem ſi quam habet, ad hanc rẽ adhibebit, ac de diſciplina educationeq; orphanorum ita proui debit pro uiribus, ut ſibi & ſuis prouidere videat, quicunq; hoc ante legẽ exordio perſuaſus ab omni in orphanos cõtumelia ſe continebit, irã legum effugiet, atq; præfationẽ hanc aſpernatus, aliquẽ patre & matre priuatũ iniurijs afficit, damnũ duplum reſtituat, ac ſi quem parentes ambos habentem læſerit) & paulò inferius (qui fœminam matremue tutatur, & qui de legum cuſtodibus tutorem obſeruare conſtitutus eſt, non minus orphanos, quam ſi genuiſſet eos diligat, neque res illorum peius quam ſuas gubernet, immò etiam affectu animi melius.) non mirum ergo ſi magna attentione, & ſolemnitate leges præcipiunt bo-
41 na pupillorum vendi & alienari. Nunquid autem conſtitui poſsit cenſus ſuper bonis prohibitis alienari per teſtatorem in teſtamento? in quo videtur dicendum ꝙ non, ſecundum Bal. in c. ad audientiam el. 2. colum. 2. in glo. 1. extra de reſcrip. & habetur in l. vlti. C. de re. alie. nõ alienan. & c. nõ liceat in princi. ibi, nec in vſufructu rara dare.

q. 2.

q.2.& not.Bart.in l.codicillis.§.inſtituto. ff. de lega.2.& Rapha. Fulgo. in conſi. 92. ſed dicendum eſt,prout in ſuperioribus eſt dictum,ut poſsit prohibitus alienari, conſtituere cenſum ſuper rebus prohibitis,id eſt ſuper fructibus eorundem bonorum non conſtituendo ius ſuper eis,ſed obligando ſe actione perſonali ad dandos cenſus, ſuper dictis fructibus, ſecundum eundem Bart. in dicta l.
42 codicillis.§.inſtituto.ff.de leg.2. An autem poſſit conſtitui cenſus ſuper emolumentis officiorum deputatorum ad iuſtitiam? & videtur quod ſic, nam expreſse tex. noſter diſponit poſſe cenſum conſtitui ſuper emolumentis ergo,&c. Sed in contrarium eſt veritas, quia hæc officia deputata ad adminiſtrationem iuſtitiæ nullatenus vendi poſſunt, neque in fauorem alterius renunciari interueniente pecunia, ut cautum eſt in multis capitulis Regni,& nouiſsimè per Regiam Pragma. incip.mandamus etiam per præſentem.Et hoc optima ratione eſt ſtatutum,per ea quæ ſupra dixi (an liceat vendi officia) bene tamen poteſt conſtitui cenſus ſuper aliјs officiјs non deputatis ad adminiſtrationem iuſtitię, vt in officiјs magiſtratus, & emolumentis eius ac aliјs officiјs, nec non ſuper gabellis ciuitatum,ac aliјs iuribus earundem,
43 ſeruatis tamen ſeruandis(Vt dixi ſupra.) Et licet prohibeantur Vendi iuriſdictiones,eò quia nō recipiunt extimationem,reſpectu perſonarum in quibus exercentur.l. liber homo.ff. ad legem Aquil. licet ex quadam conſuetudine contrarium ſeruetur,ſecundū Bal.in c.ex eadem.de leg.Corra.quāuis idem Bal.in cap. 1.in fin.de pac.iur. firman.dicat quod non obſtante tali conſuetudine adhuc iuriſdictiones uendi nequeunt, tamen vtcunque ſit,
(cum

(cum hæc non ſit materia noſtra) permittitur in text.noſtro obligari iuriſdictiones in conſtitutio-
44 ne cenſus. Item poteſt conſtitui cenſus ſuper proprietatibus (ut inquit text. noſter) & ſic in ijs rebus in quibus habemus directum dominium. Nam proprietatis appellatione venit directum dominium, ſecundum Bal.in l.pen.C. ſi à non cõ pe.iu.in penul.colum.verſicu.& no.quod nomine & Bald.in l.cum res in fin.C. de proba.,& ſic per hęc verba tex.datur intelligi quod poteſt conſtitui cenſus ſuper nuda proprietate, licet uſusfructus ſit alienus,ſed hoc verum intelligo in conſtitutione cenſus quæ non conſtituat ius in re; ſed facit teneri conſtituẽtem ad cenſum actione perſonali, ſecundum ſupradicta. Nam quando cenſus non poteſt haberi de re ſuper qua conſtitutus eſt,inſur
45 git obligatio perſonalis.cap.illo vos de pigno.& ſic tenet Lauren.de Rodul.in tra.de vſu.in cap. cõſuluit, nume.45.& eo caſu dicit ibi talem contractum non eſſe licitũ, licet in terminis Regiæ Pragma. poſsit dici quod ſi cenſus eſt conſtitutus ſuper re quæ non poteſt ſupportare cenſum, debet ille conſtituens ſupplere ſuper alia re. per l. Lutius. ff.de alimen. & ciba.lega.& tenet Ioan. Fab. in l. ſiquis argentum in princ.C.de dona.& dicit Guido Pap.in quæſtione ſua.8. quod ita fuit concluſum,de quo uide Caſſan in conſue.Burg.fol. 3 9. & 354.numero primo,colum. vlti. vbi dicit hæc procedere in eo qui aſſeruit rem quam onerat redditu,aut penſione,eſſe ſufficientem mediante pecunia, aut alia re,ſecus ſi alicui daretur aliqua res mediante penſione ſeu redditu quolibet anno ſuper ea præſtanda,quoniam hoc caſu ſi non poteſt ſupportare penſionẽ,aut quia caſuate perijt, aut

alio modo fuerit deteriorata, poterit renunciari domino, per.l.1. C. de iure emphiteo. & ſic ut uides ſecundus modus conſtituendi cenſum (vt ſupra dixi) melior & tutior eſt, mihi aũt uidetur duo eſſe uidẽda hic; primũ ſi contractus eſt licitus quotiens venditur, ſeu conſtituitur cenſus ſuper re ex qua nullus cenſus præſtari poteſt, ſecundum ſi cõſtituitur & uenditur cenſus ſuper re quæ non poteſt ſupportare cenſum, an conſtituens teneatur ſupplere cenſum ſuper alia re? Et quo ad primum uidebatur dicendum quòd licet ſui prima facie inſtrumentum uideatur validum & efficax, nihilominus, cum deficiat hic æqualitas iuris naturalis, quæ eſt ut tantum valeat res quæ emitur, quantũ valet id quod pro ea datur & econuerſo, uidetur dici poſſe eſſe illicitum contractum ſecundum Aſteſa. titu. de uſur. Adde quod in ſumma conciliorum non aliter approbatur contractus cenſualis niſi conſtituatur ſuper re ex qua poteſt haberi, ut in fo. 387. in paruo volu. 6. concluſio. Item quia ſimilis caſus eſt quãdo quis emit pecudes ſeu oues a paupere, quem ſcit nullas pecudes & oues habere, & demum ei relocat, & tamen tali caſu ſecundum Rodo. referentem Aſteſa. in ſumma titu. de uſur. concluditur committi uſuram, uel id fieri in fraudem uſurarum, ſic ergo dicendum eſt de mẽte ſciẽter cenſum ſuper re ex qua nullus colligi poteſt, ſi tamen emptor fuiſſet in bonafide, quia forte credebat cenſum poſſe colligi, tunc ceſſet omnis ſuſpitio, quo vero ad ſecundum teneo cum prædictis Doctoribus ſupra allegatis.
46 Item ex verbis tex. apparet poſſe cõſtitui cenſum ſuper omnibus facultatibus, & emolumentis, ſuper quibus uerbis notandum eſt, quòd facultates & prouẽtus differunt,

runt,ut in Clem.2.& ibi Card. de religio. domi.& etiam redditus appellatio generalior eſt fructus appellatione,ſecundum Specul. in titu.de loca.§.1.& glo.pen.in c.generali.de elect.in 6.glo.pen.in Clemen.1. de re.eccle.non aliena. & ibi Cardin. 4.notab. verbum autem prouetus eſt generaliſsimum, ſecundum Innocen.in cap.paſtoralis.de dona.ſicut uerbum emolumentum,cuius appellatio eſt generaliſsima;ſecundum Rapha. Cuma. in conſil. 162. poſt prin.& idem eſt dicere prouentum quod emolumentum,quare non ſine miniſterio ut omnia comprehenderet hæc Regia Prag. utitur uocabulo iſto
47 emolumenti; Nam emolumentum dicitur omnis commoditas,ſecundum Cardi.in Clemen.ſtatutum in princ.de elect.dicitur etiam utilitas quam ex opera & labore et molimine noſtro aſſequimur ſecundum Plau. trinum. 10.67. & ſi ſine dote duxeris,tibi ſit emolumentū honoris, mihi quod obiectant ſiet.) & prouentus dicitur redditus non ſolum bonarum, ſed etiam malarū rerum, Plautus, calamitatum, & miſeriarum tot prouentus. Pli.li. 8.cap.55.2.certum eſt Balearicos aduerſus prouentum eorum auxilium militare à Diuo Auguſto petijſſe,licet aliquando prouentus pro ſucceſſu capiatur,Cęſar lib.2. bel.ciuil. multum ad hanc rem adiuuat adoleſcentia,magnitudo animi, ſuperioris temporis prouentus,fiducia rei bene gerendæ, hęc
48 de ſignificatione uocabuli. Nunquid autem cēſus poſsit conſtitui ſuper omnibus bonis conſtituētis,aliquibus tamen non ſpecificatis,& uidetur dicendum quod ſic,per uerba generalia text.noſtri, licet in rei veritate circūſcripta generalitate tex. noſtri, non uidetur conſtitui poſſe cenſum ſuper omnibus bonis, niſi ſpecificentur aliqua bona ſuper quibus

ſpecialiter conſtituatur cenſus. ſecundum Caſſa. in conſue.Burgu.in tit.des cenſes.rub. 11. §.6. in text. ibi de alcune coſe,& in catalo.glo.mun.in fi.parte. in 99.conſideratione.uerſ.pen.xxv,limita.aduerte. (pro quo dicit facere text.in extrauag. regimini. 1. & 2.de empt.& uend.) nam ante illas extrauagãtes erat dubium an tales cõtractus emptionis annui redditus eſſent ualidi, an uſurarij, & per illas extrauagantes permittũtur cum illis qualitatibus, ergo non ſeruatis qualitatibus uidetur dicendum contractus non eſſe licitos. Sed Do.Laurẽ.de Rodul.in repet. cap.conſuluit. 13.quæſtione.num.47. de uſur. dicit quòd contractus cenſus conſtituti ſuper omnibus bonis non eſt illicitus, cũ hic ſit merces & pretium, & talia iura realia licitum eſt uendere,ut ff.de hære.uel actio.uend.per totum,& maxime procedunt prædicta ſi legitimum eſt pretiũ, & ad obiectum cenſus relatum, cauendum tamen eſt ab intentione deprauata, ſed in rei ueritate ex conſuetudine paſsim conſtituuntur cenſus ſuper certa re, alijs poſtea obligatis pro euictione, quod poteſt probari ſumptum, eodem textu noſtro ibi. (ſed etiam abſque aliqua bonorum principalis & cętera) dum ibi dicitur iurium uel bonorum ſuper quibus cenſualia ipſa fuerint ſpecialiter onerata, ergo uidetur debere cenſum conſtitui ſuper certis rebus.cogita ſuper p̃dictis,& adde quòd per Mar. & Caliſt. Pontifices ſtatutum fuit, quòd cenſus debet conſtitui ſuper certa re, & illa tantum debet obligari, ut habetur in ſumma conci. fol. 387.

49 Nunquid autem cenſus conſtitui poſsit, ſuper cenſibus? Barto.Caſſa.in conſuetu.Burgu. in titu. des cenſes, rubri. 11. in verbo le ſeigneur cenſier. num.5.dicit quòd non, & ex hoc dat differentiam inter

inter cenſum & redditum, nam cenſum dicit non poſſe conſtitui ſuper cenſu, ſed redditum ſuper redditu bene (dicit) conſtitui poſſe. Sed Ioan. Fab. in §. adeo. inſtit. de locat. tenet poſſe conſtitui, & idem tenet ipſemet Caſſan. in eodem titu. §. 3. bene tamē uerum eſt (ſecundum eum) quod de conſuetudine Franciæ non poteſt cenſus ſuper cenſum conſtitui, at ſecus dicit de iure, & quod ſecunda cenſus conſtitutio non præiudicet primæ, tu dic quod attenta Pragma. noſtra nulli dubium eſt quin poſsit uendi, & conſtitui cenſus ſuper cenſum, & an conſtituto cenſu ſuper cenſum, ceſſet primus cenſus? uide Caſſa. vbi ſupra. fo. 254. Sed ne equiuocemus, aduertēdū eſt ꝙ ſi nos loquimur de cenſu conſtituto ſecundum vnum modum noſtræ Prag. videlicet quando vendo tibi annuos ducatos decem ſuper tali fundo, tunc verum eſt, quod emptor talis cenſus abſque dubio poterit alteri vendere uel totum uel partem dicti cenſus. At ſi nos loquimur in alia conſtitutione cenſus, videlicet vbi tradiderim fundum meum ita ꝙ mihi reddas cenſum annuorum ducatorum decem, tunc prima facie videtur idem dicendum. Nam feudatario licitum eſt ſubinfeudare alteri. quali. olim po. alie. feu. §. 1. & de l. Cor. §. 1. & per quos fiat inueſti. §. i. eo tamen adiecto vt ſincere & abſque fraude fiat, & abſq; præiudicio directi domini; & hoc erit ſi ſecundo in cēſum concedens remanet cenſuarius primi domini vt prius. Ita dicendum eſt in caſu iſto. Secundo emphiteuta poteſt de conſenſu domini ſecundum emphiteutam facere. teſte Specul. in titu. de locat. §. nunc de aliqua. verſi. 105. Io. Fab. & Iaſ. in l. fi. col. 11. C. de iur. emphi. Tamen contrarium eſt dicendum, diuerſum enim eſt in feudo, & cen-

ipſa, honor & recognitio domini directi, & acceptæ ab eo primę inueſtituræ, quæ vna eſt, quàm quantitas. vt n o. Bal. in l. ædem col. 2. C. loca. & ſic cùm ration e eiuſdem conceſsionis & inueſtituræ ſit præſtatum, non tenetur dominus particulariter ſolutionem recipere: poteſt tamen cogere ad ſoluēdum ſaltem ſub denominatione eiuſdem rei cenſualis (hoc eſt ad vnum cenſum ab initio ſiue vni, ſiue etiam pluribus, ſed ſub denominatione eiuſdem inueſtituræ & vnius cenſus conceſſæ) ad vnam profeſsionem & recognitionem ſub nomine vnius cenſus compellere. Ità quòd ſinguli poſſeſſores, ſiue pro diuiſo, ſiue pro indiuiſo, poſsideāt, tenebuntur ad ſolutionem totius inſolidum; ſaluo pro contributione recurſo mutuo, cùm ſit unum onus reale & annuum. Et hæc ſane intellige niſi aliter conſuetudine, uel ſtatuto caueatur. Et quia ſuperius iam dictum fuit ad hoc ut poſsit fieri pręſcriptio per lapſum longi, uel longiſsimi temporis debere allegari titulum, ſi nullam ſcio cauſam, niſi quia ego & prædeceſſores mei conſueuimus recipere ab antiquo, quā actione agam. Nā ſi falſa cauſa ſupponatur uidetur eſſe periculoſum animę, prout etiā aduertit Odofr. & Alberi. in l. ſi certis Annis. C. de pactis & in hac quæſtione eſt aduertendum, ſecundum Bart. Caſſa. in tit. des cenſes rubrica decimaprima. §. ſecundo folio. 35 1. nume. 25. Nam aūt quis agit ad annuum certum, uel ſeruitium, quòd dicit deberi ratione certę rei immobilis, quæ ad hoc eſt affecta, puta ad cēſū aut nō dicit res ad hoc affecta, primo caſu quādo agitur de reddita Annuo tantum, & in eum caſum dicit Io. Fab. in §. præiudiciales in 10. colū. inſtitu. de actio, ꝙ credit poſſe agi ex cōſuetudine, et

ſufficit proponere ꝙ ita præſtare conſueuit ratione talis rei, maxime ſi ponatur tempus de cuius initio non extat memoria in contrarium, Immò etiam ſufficeret longum tempus de iure canonico & idem de iure ciuili (ſecundum eum) ut.l.litibus. C.de agri.& cenſi.libro. 11.nec hoc caſu dicit obſtare text.in c.peruenit de cenſib. & alia iura quæ dicunt cauſam requiri,quia ſatis eſt cauſę conſuetudo, item res pro qua præſtatur habetur pro cauſa,dicit tamē idem Caſſan.quod idem uidetur eſſe dicendum ſi non dicatur rem affectam, quia ēt eo caſu ſufficiens uidetur conſuetudo: dicit quod cauere debet aduocatus ne dicat quod ratione certæ rei.tibi ſoluerit,olim datæ ad cenſum,ſeu in emphyteoſim,quia tunc oporteret probare pręſtationes,& quod ratione illius rei ſoluerit, & ideo ſi hoc non poterit probari,ſolū alleganda eſt præſtatio diuturna, nec facienda eſt mentio de aliqua re
117 ratione cuius præſtetur. Quid enim ſi cenſus ſoluebatur per aliquem, demum mortuo eo,eius hęres denegat mihi ſoluere,an poſsim, & ualeam intentare recuperandę interdictum poſſeſsionis? hanc quęſtionem late examinauit Guido. Papę. in deciſio. 629. & tandem poſt multa conclu-
118 dit quod ſic. Quid ſi conceſsi rem in cenſum alicui ità quod in perpetuum pro cenſu mihi ſolueret decem corbes frumenti, & alias duas corbes Sempronio, ille qui debebat cenſum ſoluere, non ſoluit Imo reliquit rem datam incultam, factum eſt, ut res illa conceſſa ad me reuertatur,an tenear in perpetuum dare ſempronio duas corbes frumenti? hanc quęſtionem poſuit Guliel. de Cune. in l. adoptiuum. §. patronum. ff. de inius uocan. ubi finaliter concludit quod

quòd ego in perpetuum tenebor Sempronio ad prædictas duas corbes frumenti per illum tex. & tex.in l.prima.C.ſi manci.ita fue. alien. in quibus dicitur quod ſi res fuerit ad me reuerſa, debeo ſeruare conuentionem quàm volebam ſeruari per alium, cum quo ſuper re ipſa contraxi, & cum eo tenet Ang.in d.§.patronum,& ibi Alexan.& Iaſ. poſt Paul.de Caſt.ſed Iaſ.in l.2.in 12.col. ver.23. quæro.C.de iure emphy. dicit quòd veritas huius quæſtionis pendet ab his quæ ponunt Bar.Angel. & Imol.in l.qui Romæ.§.Flauius.ff.de ver. oblig. & latè Bart.in l.cum à ſocero. C.de iure dotium. in quibus locis tangitur an per pactum ſit taliter tertio ius quæſitum,ut amplius reuocari nequeat. an verò reuocabiliter.primo caſu non eſſet dubiũ ꝙ tenerem,ſecundo verò caſu nequaquàm, & ità pertranſit Caſſan.in conſue. Burg. in tit. des cenſes.§.5.rubri.11.fol.360. Eſt etiam aduertendũ quòd ſi res ſuper qua conſtitutus eſt cenſus in totum Perijt,non poteſt vlterius per ementem aliquid peti,ſed in totum liberatur venditor vt habetur in ſumma conſilio Mar. & Cali.in quinta conclu.fol.387.in paruo volumine. Sed quid ſi non perit in totum,verum per duos uel tres annos impeditur nè quis poſsit percipere fructus, ex illa re, an debeat fieri remiſsio? dicas quòd tres caſus ſunt diſtinguendi, Aut enim penſio eſt modica, aut magna,aut mediocris, primo caſu non eſt facienda remiſsio,ſecũdo vero caſu ſic:magna enim penſio reſpicit compenſationem fructuum, meritò illis fortuito caſu ceſſantibus,remitti debet,niſi cum maiori præcedentium annorum vbertate,ſterilitatis vel belli calamitas compenſari poſsit. l. licet.C.loc.pariter ſi poſteà venerit maxima vber

tas,ſuppleri debet quod tempore calamitatis remiſſum fuit l.ſi ſeruo in princ.loca. etiã ſi remittẽs ſimpliciter dixerit ſe donare vt ibi: quia vbi debetur remiſsio,verba intelliguntur ſecundum materiam ſubiectam,& in neceſsitatibus nemo liberalis exiſtit.l.rem legatam.ff.de adi. lega. l. nouiſsimè.ff.quod ſal.tuto.auto.Cùm enim propter magnitudinem penſionis huiuſmodi conceſsio in cenſum vel emphyteuſim excedat ſuos terminos,merito à non ſuis terminis exceditur. l. Lucius & ibi gloſſ. in verbo terminos,depoſ.vt idem ſit, quod in locatione cui magis accedit inſpecta quantitate mercedis,quæ eſt potiſsima præſumptio. Barr. in l. 1.§. 1.poſt glo.ibi de ſuperficie; Bald.in l. 1.C.de iur.emph. ſed quando eſt pẽſio modica eſt ſecus, quia tunc nullo modo ſoluitur in compenſationẽ fructuum,ſed in meram recognitionem directi dominij tantum, & ſic perpetuò percipit naturam ſuam,vt nulla fiat remiſsio propter ſterilitatem, vel bellum etiam diuturnum l.quicunque. C. de fun.pa.lib. 11.quia tota rés non perit etiam ſi periculum ſit ſolius cenſuarij: imò quamuis ad tempus pereant fructus, tamen tota res remanet in dominio vtili & poſſeſsione cẽſuarij,qui ſemper poteſt de ea diſponere vẽdendo, donãdo vel permutando.l.licet.C.de acqui.vel re.poſ. ergo ſemper currit huiuſmodi penſio. Et ſic videtur male ſenſiſſe Iaſo.in d.l.quicunque vt procedat in ſterilitate quę non abſorbet omnes fructus,ſed ſuperſint ſufficientes ad canonis ſolutionem, ſecus ait ſi deductis impenſis, nõ ſupereſſent fructus ad hoc ſufficientes,ut tunc fieri debeat remiſsio, quod eſt contra d.l.quicunque & apertius contra text. in d. l.1.C.de iur.emp.& §.adeò inſt.de loc.vbi tex.hoc

ſolum diſtinguit, an res in totum vel non in totũ perierit, & in hoc pedes figit, & ſic præcisè ſtandum eſt. Iuxta glo. pen. in fi. in l. ſi non fuerint pro ſoc. Cæpo. in tract. de ſimula. contra. col. 14. videlicet in proprijs terminis in quibus lex loquitur, ſcilicet in vera & propria emphyteuſi ſub modica penſione data, vel in terminis fortioribus, vt in cenſu valde modico. Tertiò caſu quando. ſ. penſio eſt mediocris, tunc vt de natura duorum extremorum participet, media via eligenda eſt, vt nec abſolutè denegetur, nec ſtatim fiat remiſſio; aſſumendo diſtin. Anto. de But. in c. propter ſterilitatẽ loca. Aut bellum & ſterilitas longa fuerit, & fiat, aut breuis fuit, & non fiat remiſſio. Sed in quantum idem Anto. & alij teneant longum tempus eſſe trium annorum vel ſupra, & breue tempus trium annorum vel infra; nimis enim declinant in alterum extremum, ideò melius eſt dicere, longum vel multum tempus eſſe quinque continuorum annorum, tale enim tempus iure dicitur multum tempus inſti. de lite. obliga. §. multum. Sed infra quinque modicũ. Et etiam hoc caſu vbi diximus faciendam eſſe remiſſionem, intellige, niſi ex annorum prædecentium maiori ideſt plus ſolito vbertate calamitas compenſetur, vel ſaltem annorum paulò poſt ſequentium inſigni vbertate ſuppleatur, ſi enim ita eſt in colono vel conductore, cui magis ſubueniendũ eſt, multo magis habet locum in ſuperficiario, emphyteuta, & cenſuario: auth. multo magis. C. de ſac. ſan. eccle.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Contractus cenſualis approbatur ita tamen ſi fiat pactum de retrouendendo.*

2 *Ex contractu cum pacto de retrouendendo alias ſumitur cõiectura fraudis.*
3 *Pactum de retrouendendo an omni iure approbatum?*
4 *Contractus ſimulatus quibus concurrentibus iudicetur?*
5 *Si pactum de retrouendendo non apponatur an ualeat contractus?*
6 *Vendita res cum pacto de retrouendendo eſt minoris pretij.* Vide Loffre *in conſi. 52. nu. 29.*
7 *Quid ſi eſt tranſactum tempus ad retrouendendum?*
8 *De eadem re*
9 *Pactũ ne cenſus poſsit redimi, niſi poſt certũ tẽpus an ualeat?*
10 *Ex pacto de retrouendendo quot oriuntur actiones?*
11 *Pactum de retrouendendo eſt pars emptionis.*
12 *Aſſenſus impetratus ſuper emptione an intelligatur impetratus ſuper pacto de retrouendendo?*
Opinio Dom. Authoris.
13 *Feudum primo loco uẽditum cum pacto licet abſque aſſenſu in pacto ſi uendatur ſecundo loco liberè an primus uẽnditor poſsit repetere & retroemere feudum?*
14 *Emptor infra quantum tempus teneatur retrouendere, ſi nullum tempus eſt adiectum.*
15 *Pactum de retrouendendo an extendatur contra ſecundum emptorem?*
Vide Aymo. Craue conſi. 1. lib. 2.
16 *Pactum de retrouendendo quandocunque an perpetuo duret?*
Opinio Dom. Autho. cum infra dicendis nume. 20.
17 *Promittens retrouendere totiens quotiens pacto de retrouendendo eſſet praeſcriptum an perpetuò teneatur?*
18 *Promittens retrouendere infra certum tempus an eo elapſo teneatur?*
19 *Promittens intra certum tempus retrouendere ſi nondum elapſo tempore dixerit ſe uelle retrouendere quandocunque qualiter intelligatur?*
20 *Promittens retrouendere tenetur ad id etiam elapſo termino conuento, ſi res minori pretio fuerit uendita.*
Opinio Domini Autho. ad praecedentem quaeſtionem.

Reſti-

21 *Reſtitutio in integrum an concedatur minori aduerſus tempus præfinitum ad retroemendum?*
Opinio Dom Autho.
22 *Reſtitutio datur propter affectionem rei minoribus.*
23 *Intereſſe mirabile eſt non redimere rem patrimonialem.*
24 *Venditor an ſtatim poſsit reemere?*
Opinio Dom. Autho.
25 *Retrouenditio pro quo pretio debet fieri ſi non eſt dictum.*
26 *Hæredes uẽditoris an poſsint redimere?*
27 *Hæres uenditoris an excludatur per dictionem tantum?*
28 *Dictiones taxatiuæ ſi affirmatiuè ponantur omnes perſonas et caſus excludunt.*
29 *Venditor promittens de facto ſuo tantum tenetur de facto ſui prædeceſſoris.*
Opinio Dom Autho.
30 *Pactum de redimendo ſi uoluerit uenditor an tranſeat ad ſucceſſores mortuo uenditore?*
31 *Hæres hæredis an poſsit redimere?*
32 *Hæres etiam extraneus poteſt redimere.*
33 *Pupillus an poſsit abſq. decreto rei rouẽdere rem emptam per eius patrem?*
34 *Pupillus an poſsit intimari ut retrouendat, & fiat moroſus?*
Opinio Dom. Autho.
35 *Vſufructuarius an proprietarius teneatur retrouendere?*
36 *Pretium rei redemptæ virtute pacti, an debeat remanere apud vſufructuarium?*
Opinio Dom. Autho.
37 *Cenſus an poſsit pro parte ab uno hæredum redimi?*
Opinio Dom Autho.
38 *Cenſum redimere cogitur unus ex inſolidum obligatis.*
39 *Reemere an poſsit unus tantum, offerendo totum debitum?*
40 *Ius redimendi an facta diuiſione transferatur in unum in quẽ ſunt trnslata omnia bona quæ ſunt in regione illa, ubi eſt conſtitutus cenſus?*
41 *Redimens uirtute pacti unus ex inſolidũ obligatis partẽ cenſus, an cẽſeatur liberatus à ſolutione cẽſus pro reliqua parte?*

42 *Heredes emptoris an inſolidum poſsint conueniri ad retrouendendum?*
Opinio Dom. Autho.
43 *Cenſus ſi ſit uēditus duobus, an unus teneatur retrouēdere eū?*
44 *Pactum de retrouendendo an ſi factum eſt in apoca ualeat?*
Opinio Dom. Autho.
45 *Cenſus uenditus ſi fuit pluribus obligatus, ſi poſtea redimitur omnes obligationes reſoluuntur.*
Opinio Dom. Autho.
46 *Oblatio uerbalis uel realis ſufficit ad redimendum.*
47 *Cenſus currit etiam facto depoſito, non facta fide hæredibus de pacto de retrouendendo.*
Opinio Dom. Autho.
48 *Cōfeſsio depoſitarij an ſufficiat, uel requirat̄ uera numeratio?*
Opinio Dom. Autho.
49 *Depoſitum debet eſſe integrum ne cenſus currat.*
Opinio Dom. Autho.
50 *Depoſitum ſi recuſatur recipi per emptorē, et interim pereat, debet perire riſico ipſius emptoris.*
Opinio Dom. Autho.
51 *Depoſitum quando dicatur legitimè factum?*
Defenditur Bar per Do. Authorem.
Defenditur Bal per Do Authorem.
Opinio Dom. Autho.
52 *Depoſitum non debet eſſe conditionale.*
Opinio Dom. Autho.
53 *Reſtitutio in integrum an cōcedatur militi, mulieri, et ruſtico, aduerſus depoſitum non legitimè factum?*
Opinio Dom. Autho.
54 *Depoſitum quando poſsit repeti per deponentem?*
Opinio Dom. Autho.
55 *Citatio facit ut reſcriptum ſit commune.*
56 *Citatio inducit litis pēdentiā ut nihil innouetur lite pēdente.*
57 *Depoſitum repetens an uideatur renunciare iuri redimendi?*
Opinio Dom. Autho.
58 *Cenſus non currit à tempore moræ in retrouendendo.*

59 *Cenſus ſolui debet pro rata temporis facta reemptione.*
Opinio Dom. Autho.
60 *Minor an poſſit facere pactum de retrouendendo ſine decreto curiæ?*
Opinio Dom. Autho.
61 *Minor an poſſit prorogare tempus ad retrouendendum?*
Opinio Dom. Autho.
62 *Facultati de retrouendendo ſeu de retroemendo an poſſit renunciare tutor uel curator abſque decreto?*
63 *Minor non poteſt alteri uendere facultatem de retrouẽdendo.*
64 *Pactum quod ius redimendi non poſſit uendi, an ualeat?*
Opinio Dom. Autho.

1 VT vides cõtractum cenſualem ita de-
mum approbari, hac Regia Pragma.
conſtitutum eſt, ſi modo fiat pactum
de retrouendendo, & non aliter, con-
cordant in hoc duæ extrauagantes re-
2 gimini, extra de empt. & vendi. Aliàs autem ex
pacto de retrouendendo ſumebatur coniectura ſi-
mulationis & fraudis, per text. in l. iiij. §. ſi ab igno-
to. ff. de manum. Barto. in conſil. Petri Nicolæ, &
firmant Docto. in tit. de feu. da. in ui. le. com. in his
3 pręſum. Adeo quòd ex pretij modicitate, ex pa-
cto de retrouendendo ſimpliciter iudicatur contra-
ctus ſimulatus, ſecundum veram opinionem, quæ
fuit in Sacro Regio Conſilio Neapolitano appro-
bata, referente Do. Thom. Grammati. in deciſ. Sa-
cri Regij Conſil. 76. de quo ad longum congerit
And. Tiraquell. in ſuo tract. de utro. retra. in pręfa.
4 titu. de retraict conuentionel in prin. Non autem
ex hoc concluſionem ſumere licet huiuſmodi pa-
ctum de retrouendendo illicitum, & improbatum
eſſe, cum approbatũ prorſus habeas de iure ciuili.
l. ij. C. de pactis inter emp. & vendi. & ibi not. per

Ange.& Paul.de Caſt.nec tantum id de iure ciuili habes,ſed etiam de iure canonico, ut not. gloſſ.& Docto.in c.ad noſtram.de emp.& uen. & in c.cõquæſtus.de uſur.& Ange.in l.ad officium.C.communi diuidun.& Saly.in l.2. 9.q. C.de reſcin. uen. & Guid. Pap. in deciſ. 616. an per confeſsionem, nec Theologi diſſentire uidentur, ut ſatis adnotatum habes ex dictis per And.Tiraquel. ubi ſupra, nume.4. & uoluit Alber.in d.l.ij. C. de pact.inter empt.& uen.& Archid. in c.plerique.14.q.3. & habetur (ſecundum Pet.de Ancha.in conſi.30.) referente And.Tiraquell.Leuit.25.Dominum hæc dixiſſe filijs Iſrael, cuncta regio poſſeſsionis ueſtræ
5 ſub redemptionis conditione uendetur. An autem non appoſito huiuſmodi redemptionis pacto in contractu cenſuali annulletur contractus? & uidetur quod non annulletur, quia nullitas actus eſt pœna.c.decet. de immuni. eccle. in 6. & plene per Gome.in regu.cancell.14.& 19.in fine,cum lex nõ procedat ultra annullando actum, & uidetur dicendum quod non appoſito dicto pacto, contractus eſſet nullus,nam hæc noſtra prag.non dare uidetur formam qualiter cõtractus cenſualis debeat celebrari, dat enim poteſtatem uendendi, conſtituendi, & emendi cenſum mediante tamen pacto redemptiuo, illud enim aduerbium mediante, uidetur tantum importare,ac ſi diceretur,dummodo pactum de retrouendendo interueniat, & ubicũq; in diſpoſitione legis uel hominis ponitur aliquid conditionaliter, illud dicitur de forma ſecundum Bal. in authẽ. matri & auiæ. 1. col. ibi quidam tamen dicunt.C.quando ma.tute.offi.fun.po. & ibi plus dicit quod conditio, quæ apponitur per legẽ nunquam continere dicitur ſolemnitatem leuem,

immo

immo oportet quòd conditio exiſtat, argu. l.prætor.in princi. ff.de colla.bono. & omne illud quod geſtum eſt contra formam eſt nullum.c.cū dilecta. extra de reſcri.& in c.Piſanis.de reſti.ſpol. & c.uenerabili.de offi.dele.l.cū hi.§.ſi Prętor.ff.de tranſa. et habetur plenè per Feli.in d.c.cū dilecta.extra de reſcri.putarem tamen circūſcripto huiuſmodi pacto, poſſe uendi cenſum ab antiquo conſtitutum, cū aliàs abſq; diſpoſitione huius Prag.cenſus antiquus poterat uendi, ut ſuo loco dixi.

6 Et eſt aduertendum q res uendita cum hoc pacto de retrouendendo,eſt minoris pretij, quā ſi ſimpliciter ſine iſto pacto uenderetur ſecundum Panor.in c.ad noſtram.col. 2. & ibi Barba. & Anto.de But.col. 11. uerſic.ueniam modo, de empt.& uendit. & idem Panor.in c.in aliquibus.2.not.extra de deci.& Maria. in c. cum Ioānes.7. not.per illum tex. extra de fi.inſtru.& Bartho.Socyn.in conſil. 15. uiſis prædictis col.ulti.lib.7. ubi dicit quòd res quæ ualet cētum ſine illo pacto,ualet ſeptuaginta ſi cum pacto iſto ematur, & è theologis Ange. Cla.in ſua ſumma uerbo uſura lib. 1. nu. 66.& Io.Gerſon in trac. de contractibus parte. 1.conſ.8.inquiunt quòd tanto plus ualet res, quanto ius & dominiū pinguius uberiuſque transfertur, & è contratio eò minus ualet, quò tenuius infirmiuſque transfertur, & ſic ſi minori pretio ematur res cum dicto pacto, non ex hoc contractus eſſet illicitus,licet Guido Pa.tenuerit contrarium in deciſio.616. an per confeſsionem, nam res minus ualet, quę ſub aliqua conditione auocari poſsit. l. 1.§. ſi hæres ex percepto.ff. ad Tre.& in l.idem labeo.§.vl.et l.ſeq.ff.fam.her. ſemper enim quoduis pactum & quodlibet onus in venditione appoſitum, eſt quodammodo quædam

dam pars pretij,& ob id viliori venditur, vt probatur in l. fundi partem,ibi ideo' vilius, fundum vendiſti,& ibi glo.in d.verbo vendiſti, & Bal.& Saly. ibi. ff. de contrah. emp. & eſt optimus text. in l.ſi venditor.§.ſi quid emptor in fi.ff.de ſer. expor.ex quo Bald.no.rē uenditam cum aliquo pacto minus ualere, quam liberè uenditam, & voluit latius id Tiraquel. in trac.de vtro. retra.in tit. de retraict conuentionel. in præfa.nu.20.cum ſeq.

7 Vbi plus dicit adeo' eſſe uera prædicta, quòd ēt ſi eſſet tranſactum tempus ad retrouendendum appoſitum,& ex conſequenti res uendita libera emptori remanſiſſet, nihilominus cēſebitur res illa uēdita minori pretio, cum venderetur,per.l.habitationum. quæ eſt penu.iuncta gloſſ. 1.ff.de peri.& com.rei ven. & dicit voluiſſe expræſsim Phil.dec. conſi.398.col.1.& Hiero. Cagno.in l.2.C.de pact. inter em.nam & alias valor & extimatio rei uenditæ cenſetur ex tempore uenditionis, quicquid poſteà contingat. l. ſi uoluntate in fi. C. de reſcin. uendi.& dicam in verbo dummodo annualis cen-

8 ſus. Hæc tamen intelligenda ſunt vbicunque vēditor poſſet redimere ad ſui libitum infra tempus in inſtrumēto cōpræhenſum,ēt ſi uellet ſtatim,aliàs ſi nō poſſet redimere niſi poſt certū tempus ex pacto ſpeciali,tunc ob id pactum nō cēſet res minus ualere,ut dicit Do. And. Tiraque.ubi ſupra uoluiſſe nouiter Ant.Burg.in d.c.ad noſtram, de emp.et

9 uen.col. 13. Nunquid autem(ne aliquid omittamus) ualeat pactū, ut redimere nō liceat niſi poſt tale tēpus,et nō īfra,et in primis Guido Pa.deciſi. 616.et in ſingu.477.licet pactū uer. quæro mutuaſti,ibi nūc q̄ro,tenet cōtractū eſſe illicitū tali pacto appoſito,et idē uerſi,uoluiſſe Panor,in c.ad noſtrā

de emp.

de empt.& uen.in 3.caſu, & Lauren. de Rodul.in repeti.c.conſuluit.in 2.parte.q.61.de vſur. Additio vide Abb.conſi.76.& Alexand.conſil.54.1.col.6. vol.& Hiero.Cagno.l.2.4.colum.C.de pact.inter emp.& ven.& Soci.conſi.24. vide Loffre. conſil. 52.nu.31.& pro certo ego crederem iſtud pactum non eſſe tutum in foro conſcientiæ, nec licitum in terminis Regiæ Prag.cum iſtud pactum de retrouendendo non ſimpliciter ſit ex uoluntate emptoris & uenditoris, quo caſu poſſet procedere hæc opinio quod pactum prædictum eſſet efficax ,ſed in caſu noſtro ſit ex diſpoſitione iuris hoc uolentis pactum,vt contractus cenſualis cenſeatur approbatus, ergo facere pactum ad uoluntatem emptoris non dicitur liberè factum,& ſic non dicitur gratia,prout noſtra Prag.uocat,et ſi rectè ponderetur tex.noſter requirit liberum pactum, & uide Lanfran.Oria.in clem.diſpendioſam.col.pen. extra de iudi.& Hoſti.& Ioan.And.in d.c.ad noſtram, & è theologis Diuum Bernardinum in tracta. de contractibus,& uſur. in 49. ſermonum argu. 2.c.1.& Bald.in conſi.487.apparet circa mediũ lib. 1.And. Tiraquell.in tract. allega. titu. de retraict conuentionel.§.1.glo.2.in fin.nu.67. dicit quòd tale pactũ de per ſe ſolum non ſufficit,ut reddatur contractus illicitus,ſed concurrentibus alijs, uidelicet modicitate pretij bene ſufficeret, & ita in his terminis loquitur Panor.vbi ſupra,& Hoſtien. & Ioan.And. in loco citato debent intelligi ſecundum capitulum in quo ſe fundant uidelicet c. ad noſtram.de emp. & uendi.& rectè intuenti text.ille aliud requirit ut reddatur contractus ſimulatus, quàm dictum pactum. Et ꝙ dictum pactum ſit efficax, & ualidũ (ſecundum eum) tenuit Ioan. Fab. in l. ultima. C.

de pact.pignora.ad finem. dummodo tempus pręſtitutum ex pacto ad redimendum nõ excedat annos triginta.& id uoluerunt glo.Per.de Bella per tt.& Cyn.ibidem & collect. in c.ſignificante, col. 2.verſic.ſed quid ſi debitor.extra de pigno.Angel. & Alex.in l.qui Romæ. in princ.ff.de verb.oblig. ſubdit tamen Tiraquell.ipſe quod iſtud pactũ appoſitum facilius facit præſumi contractum eſſe ſimulatum,quàm ſi non eſſet appoſitum, & ita cõſuluit Alex.conſi.46.circa præſentis.lib.3.& conſi. 109.viſo proceſſu,in fi.lib.4.& Corne. conſil.366. viſa copia.col.penul.uerſic. illa enim temporis. libro 1.
10 Oriuntur autem ex huiuſmodi pacto de retrouendendo duæ actiones,altera ſcilicet antiqua ex contractu pręambulo deſcendens,informata ad id quod deducitur in pactum. Altera præſcriptus verbis inſurgens ex dicto pacto. cohærentia contractus,ſecundum Signo.de Homode.conſil.1.ſtatuto ciuitatis.col.3.verſic.nono probat natura, & conſil. 139. caſus de pretio. col. 1. verſicu. ſecundo præmitto,per text.l. 2. iuncta glo.C.de pact. inter empto.vbi idem uoluit Salyce.& Fran.Are.conſi. 6. viſo inſtrumento.col.3.& alijs quos citat Tiraquell.in trac.de utro.retrac.in titu. de retraict conuentionel. glo. 1. §. in prin.num.2. Videtur poſſe dici contrarium per doctrinam Alexan.in conſi. 106. in ſeptimo libro. vbi uoluit quod ſi filiusfamilias emerit rem aliquam non poteſt facere pactum de retrouendendo eidem uenditori,et ſi fecerit non obeſt patri de cuius ueritate uide omnino Boer.deciſio. 182. nume. 30.videtur ſignum.
11 Eſt etiam aduertendum quod pactum de retrouendendo eſt pars contractus emptionis,& uenditionis, adeo quod qui acceptauerit contractum em-

emptionis uidetur acceptare pactum de retrouendendo, ſiue ſit factum in eodem contractu, ſiue in alio, dummodo incontinenti, & coram eiſdem iudice notario, & teſtibus, ut conſuluit Bertran.conſ. 315. in ſecundo lib. per totum. Imò dicit Alexã. in conſi. 122. uiſo proceſſu utriuſque cauſæ, columna prima uerſi. ſed iſte teſtis lib. ſecundo. quòd ſi in contractu fuit facta promiſsio de retrouendendo 1. tempori uenditionis, demum ſubſequatur inſtrumentum uenditionis purum & abſque eo pacto etiam ex interuallo, non uidetur propterea receſsũ ab illo pacto ea ratione, quia eſt pars contractus, ſed hoc non procedit quando in præfationibus cõtractus eſſet promiſſum de retrouendendo, quia ſi poſtea ex interuallo ſubſequitur contractus purus, & abſque dicto pacto eo caſu uidetur receſsũ ab eo pacto, ſecundum Tiraquell. in eo. tracta. de utro. retra. gloſſ. prima. §. primo de contraict. conuentionel.

12 Sed ſi prædicta uera eſſent indifferenter ſequeretur quòd ſi impetraretur aſſenſus ſuper uenditione feudi, non facta mentione de pacto de retrouendendo utique non obſtaret, ex quo aſſenſus præſtitus ſuper principali uidetur præſtitus ſupra parte ipſius, & ſic ſuper pacto, & tamen magna eſt difficultas, an impetrato aſſenſu ſuper uenditione, ualeat pactum de retrouendendo de quo non fuit facta mentio in aſſenſu ? ut ad longum congerit Do. Marin. Fri. in tra. de ſub. baro. li. ſecundo. 16. q. tandẽ refert fuiſſe deciſum in facti contingentia in Sacro conſi. Neap. contra emptorem, & ſic quòd teneatur retrouendere nõ obſtante quod de pacto de retrouendendo in aſſenſu mentio facta non fuit, non tamen ea ratione, quia pactum de retrouendendo eſt pars cõtractus, ſed quia agebatur

batur cõtra emptorem ex pacto, et erat pretij modicitas, & æquum erat, & eſt uenditorem non decipi, quem conſtat noluiſſe aliter uendere niſi cum pacto de retrouendendo, & emptor non debet locupletari cum aliena iactura, nam emptor tractat de lucro, & uenditor de damno, quia ſemper quod uenditur res cum pacto de retrouendendo, uenditur pro minori pretio, putarem tamen ꝙ ſi impetraretur aſſenſus ſuper uenditione cenſus ſuper bonis feudalibus, quòd non eſſet neceſſarium facere mentionem de pacto de retrouendendo, eò quia pactum illud in eo caſu non ex conuentione partium, ſed ex legis huius diſpoſitione de neceſsitate eſt apponendum, aliàs contractus eſſet nullus (vt ſupra dixi) & ideo Rex aſſenſum præſtando ſuper uenditione, uidetur præſtare ſuper pacto tãquam ille qui ſcit non aliter contrarium poſſe fieri, & pactum illud ex legis diſpoſitione uenire, quod nota

13 in facti contingentia. Sed pone ꝙ quidam emit feudum obtento aſſenſu, et non facta mentione de pacto, demum iſte emptor uendit Titio illud feudum liberè cum aſſenſu ſuperioris, primus uẽditor vult retroemere quomodo eſſet ei ſuccurſum? nã contra ſecundum emptorem non poteſt uendicare feudum ex pacto, quia actio perſonalis non ſequitur fundum. l. fina. §. 1. de contrahen. empt. actione primęua ac ſi feudum non tradidiſſet, & uendidiſſet, minimè, quia ipſemet contra factum ſuum, à ſuperiore approbatum uenire nõ poteſt. l. ſi ab eo. C. de libera. cauſa. hanc difficultatem mouet idem Do. Maria. in loco ſuperius citato, tandem uidetur decidere ꝙ uenditor primus agere non poſsit, licet clare non decidat, ſed tantum alleget cãm, & rõnes

14 in contrarium facientes. Soler quæri ſi nullum

tem-

tempus ad retroemendum adiectum eſt, ſed tantumodo dictum ſit quòd poſsit retroemere, quanto tempore eo caſu teneatur emptor ad retrouendendum, in hoc igitur caſu dicendum eſt quòd uſque ad 30. annos poteſt redimere, ſecundum Angel. conſi. 55. ex quo pacto de retrouendendo, & Alexan. conſi. 228. ponderatis ijs, quæ ſerioſè col. ult. lib. 6. & Fran. Balb. in tracta. præ. in tertia quæſtione quartæ partis quintæ partis principalis, & per Do. Boer. deciſio. 183. & uoluit idem Tiraquell. ubi ſupra in glo. 2. in princip. ꝙ quidem dicit ipſe procedere quando primus emptor habuerit penes ſe rem, aliàs ſi in alium alienauerit, ille 2. emptor per 10. annos inter præſentes, & 20. inter abſentes conueneri poterit, & nō vltrà, ſed aduertendum eſt, quòd in contrarium expreſſè decidit Boer. bonis iuribus, & doctrinis in deciſ. 182. ubi uoluit primum uēditorem poſſe cōtra ipſum ſecundū poſſeſſorem immediatum, uel etiam aliū mediatum uſque ad annos 30. agere, pro quo dicit facere tex. in l. debitorem. C. de pign. & l. poſſeſsiones. C. ſi quis ignorans rem minoris, & in l. ſi nulla. ſecundum unum intellectum gloſſ. C. de acq. poſſeſ. & Barto. in l. 3. §. ꝙ autem ait. ff. de ſuperficie, & Pet. de Ancha. in conſi. 106. item hæc intelligenda ſunt (ſecundum eundem Tiraquell. ubi ſupra) quando non eſt dictum, ꝙ poſsit redimere ad aliquod, uel certum tempus, ſed ſimpliciter dictum, ꝙ poſsit redimere, ſed quando dictum eſt, qđ poſſit redimere illinc ad aliquod tempus, licet non determinatū, poteſt per decem annos redimere. per l. ſine præfinitio. ff. de pœn. & ibi glo. Bar. Bald. & Saly. & idem Bald. in l. minoribus. C. de decurio. lib. 10, uide quæ infra dicam num. 16. Nunquid

an primus uenditor uigore pacti de retrouendendo agere poſſet contra ſecundum, & tertium emptorem ad retrouendendum.hanc quęſtionem plene tetigit, & diſcutit Boer. deciſio. 182. ubi finaliter poſt multorum contrariorum diſcuſsionem tenuit ꝙ ſic maximè, quia in inſtrumento pacti de retrouendendo ſolet communiter apponi hypoteca, & obligatio omnium bonorum cui non præſcribitur,niſi ſpatio.40.annorum.ut l.prima.§.primo.C.de anna. excep.& tenet Alb.Brun.con.66. in quæſtio.vlti. & Guido Pap.in quæſt.565.col.2. ante fi.& in conſi.29.col.2. uerſi. alia etiam ratione. uide Alex.in cōſ.10.primo lib. Iaſ.in l.ab emptione. 2.col.ff.de pact.Franc. Cur.in conſi. 12. & Do.Fabia.de monte ſan.Sauin.in tra.emp.et ven. in fina.uerbis dicti tractatus. Fulg. in l.ſi cum daret de pigno.actio.& Affli.in conſti.pacis cultum. 7.col.& Ange.conſi. 184. & Dec.conſi.614.2.col. & Socy.conſi.80.in 3.lib. Et ꝙ remedium contra ſingularem ſucceſſorem, & à quo tempore debetur fructus & quanto tempore præſcribatur,& an detur reſtitutio per Socy. conſil. 16.in 4.lib.& per Ancha.in c.conquæſtus.3.col.de vſur. & Anto.de Burgos in c.ad noſtram pe.col. de emp. & uendi. & Caſſa. in conſue. Burgun.in tit. des rentes uendues a' recat. folio 1205.nume.38. & Dec.conſi. 187.1.col.& Aret.conſi.6. prima & ſecunda colū. & Socy.conſi.253.4.col.3.q.& Caſſan.conſil.33.
16 & Affli.in conſti.coſtitutionem. Quid autem ſi dictum erit in inſtrumento pacti de retrouendendo,ꝙ quandocunque uel totiens quotiens placuerit emptori liceat redimere,an ſemper,& omni tēpore poſsit retroemere? hanc quæſtionem pleniſſimè tetigit,& diſcutit Do.And. Tiraquell.in trac.
de

de vtro.retra.titu.de retraict conuentionel.gloſ. 2. §. 1.nume. 6:cum multis ſequentibus, ubi tandem concludit huic facultati præſcribi ſpatio.30. annorum, & q̧ ita iudicatum fuit, ſed quicquid ſit de iure communi (de quo ad eum me remitto) in terminis noſtræ Pragmaticæ puto dicendum q̧ tam appoſito certo tempore, quàm non appoſito, ſemper teneatur emptor retrouendere, nam vt uides, dubium erat an contractus cenſuales eſſent liciti, an vſurarij? & tamen per noſtram Regiam Prag. & per extra de emptio.& uendi.regimini,eſt approbatus talis contractus cenſualis, ita tamen daretur facultas retroemendi, aliàs autem non data facultate retroemendi contractus eſſet illicitus, & potius præſumendus uſurarius, & ſic uenditor qui vult retroemere, & non fundans ſe ex ſolo pacto de retrouendendo, ſed q̧ contractus aliàs eſſet uſurarius, non ſummouebitur ſpatio.30.annorum ſecundum Bald.conſi.322.utrū poſt 30. Annos.uerſ. tertio dubitatur lib. 1.& ſequitur Philip. Dec.in l. petens col.3.C.de pactis; & Fran. Balb.in tracta. præſcri.in 3.q.4.partis uerſi.partis in fi. & Hieron. Cagn.in repeti.l.2.col.5.uerſi.illi verò cui factum eſt.C.de pac.inter emp.& uendi.& Alexan.conſi. 46.circa præſentis in 2.dubio lib.3.& conſi.54.circa primum dubium col.3.uerſi. quo ad ſecundum lib.5.& Pet.de Gegar.ſing. 18.nota diligenter.col. 1.& Iac. à ſan.Geor.in l. mutuum quæ eſt.l.2.col. 1.ff.ſi cert.peta.dicit q̧ ſi uenditio fuerit facta minus iuſto pretio,audietur emptor uolens redimere in perpetuum, etiam tranſacta facultate ei tradita ad redimendum,& latè ſequitur Tiraquell.in loco citato nume.31.quem uide omnino,et tanto magis prima procedunt,quia uenditor cenſus po-

teſt ſe tueri uia exceptionis, ſeu retentionis. nam quando ab eo petitur cēſus poteſt offerre pretium, pro quo uendidit illum cēſum, ut ſic redimat eum, & competit eidem ius excipiendi, ut ulterius non poſsit ad ſoluendum cenſum cogi perpetuo, nam ſicut natura exceptionis perpetua eſt.l. pure.§.ulti. ff.de do. excep. ita' & iſtud ius offerendi pretiū & redimendi cenſum ꝙ eſt ſequela exceptionis, perpetuum quoque eſt,& nullo tempore præſcribitur ſecundum Barto. loquentem de iure offerendi in l. pignori. ff. de uſucapio. per l. Paulus.§.primo.ff. quibus mod.pigno. uel hypo. ſol. & ita uoluit Signore.in conſi.139. caſus pretio, & ſequitur Philipp.Dec.in l.petens col.3.de pactis, & conſi.164. in ulti.dubio,& Tiraquel.ubi ſupra,et ꝙ huius intentionis fuerit hæc noſtra Prag. patet, quia vult per nullum pactum poſſe fieri,ꝙ cenſualia bona incidant in commiſſum, non per ſolutionem non factam,non per alienationem, aut deteriorationē, uel aliàs per alium pactum, ullo modo (ut uerbis eius utar) & ſic teneo ſaltim per uiam exceptionis
17 & retentionis ut ſupra. Et ſi dicatur ſeu promittatur retrouenditio totiens quotiens huic facultati redimendi eſſet præſcriptum, aut Aliȷs ſimilibus uerbis, eo' caſu perpetuo, & ſemper poteſt peti ut retrouendatur; quia unius finis,eſt alterius origo ꝑ l.ſicut in annos. ff. qui.mo. uſus amitt. et uoluit Barto. in l.nemo poteſt col. pe.uerſi.quæro ſtatutum eſt,& ibi Iaſ. col.antepen.uerſi. nota etiam diligenter in 1.lectura, & in 2.colum. pen.verſic. quinto & vltimo.ff.de lega. 1. Bal.in l.2.uerſic.ſed nunquid econtrà.C.ut in poſ. lega.& plenè proſequitur Tiraq. in tract. de utro.retra.nu.37. ubi ſu-
18 pra. Et ſi ſuprà dixi non obſtante' pacto redimendi

mendi infra certum tempus poſſe perpetuò redimi, ſaltim per uiā exceptionis uigore noſtræ prag. eſt tamen aduertendum ꝙ de iure communi circūſcriptis rationibus ſuperius conſideratis, tranſacto tempore ſpecialiter appoſito in inſtrumento, non poteſt ulteriuſ cogi emptor ad retrouendendum, ſecundum Angel. in conſil. 199. Titius rem quam emit, & dicit de hoc eſſe caſum in l. 2. C. de pac. inter emp. & uendi. vbi ponitur caſus de eo qui promiſit reuendere pro eodem pretio quandocunque, uel intra certa tempora, & dicit ibi text. quòd lex conuentionis ſeruāda eſt, ubi igitur promiſit infra certū tēpus, teneť infra ipſum adimplere, ſi autem qn̄cunq; promittit, ēt qn̄cunq; tenebitur, et hanc opinionem ſequitur Barba. in c. ad noſtram. col. ultima in duobus locis extra de empt. & uendi. & Fran. Cur. ſeni. conſi. 59. Chriſti, & Glorioſiſsimę matris, ſuper pręmiſſa. colum. ultima. uerſicu. ultimo confirmari uidetur, & Philip. Deci. in l. petēs. colum. tertia. C. de pact. & ſequitur ad longum Tiraquell. in loco ſuperius citato, nume. 40. & plu-
19 ribus ſequen. Et adeo ſunt uera prædicta, quòd ſi nondum elapſo termino dixiſſet emptor uenditori, quòd quandocunque uellet retroemere retrouenderet, intelligitur ſi modo ueniat infra tempus, in inſtrumento appoſitum, non autem ſi elapſum eſt, ſecundum Roma. conſil. 27. viſo themate, in quarto & ultimo dubio, & habetur per Tiraquel.
20 vbi ſupra nume. 52. Prædicta tamen non procedunnt ubi uenditio facta eſſet minus iuſto pretio, quia tunc dato, qud eſſet elapſum tempus datum ad retrouendendum, nihilominus eo caſu cogetur emptor in perpetuum retrouendere, hoc autē uoluit Iacobi. de San. Geor. in l. mutuum. ff. ſi cert.

peta.in princ.quod dicit colligi ex ijs quæ vult notabiliter Bal.in c. 1. de feu.da. in 6.l. commiſſo, in libello feudorum, & uoluit (ſecundum eum) expreſſe Hoſti.in ſumma, in tit. de vſur.§.an aliquo. verſicu.x.& hanc opinionem tenuit Caſſan. in tit. des rentes uendue a rechap.§. 1. col.4. nume. 22. & in titu.de retraict.ij.x.in verbo a faict diligence, in fine,& hanc opinionem æquitati conſonam dicit And. Tiraquell. ubi ſupra nume. 53. & quod ſolet Senatus Pariſienſis in uenditionibus annuorum redditũum concedere aliquod tempus debitoribus ultra tempus conuentum, uel etiam ſi nullum eſſet conuentum, vt poſsint redimere reſtituto pretio,quod quidem ſatis confert ad opinionem meã, ideo diligenter nota: ſed vlterius, tam ad ea quæ ſupra dixi, quam ad proximè dicta aduertendum eſt,quod aut cenſus uenditus & cõſtitutus eſt iuxta metam taxatam per hanc Regiam Pragma. vt non excedat decimam partem principalis pretij, (de quo infra dicemus) & tũc quia cõtractus eſt approbatus,nulla poteſt conſiderari læſio,et ex cõſequenti uidetur quod elapſo tempore dato ad retrouendendum, ulterius ad id cogi non poſsit, aut non eſt ſecundum metam huius pragma.conſtitutus, & uenditus,& tunc quia contractus eſt reprobatus,& uidentur procedere ſupra allegata, & ita uidetur loqui Hoſtiẽ. ubi ſupra ſi recte inſpiciatur, imo Hoſtien. in loco citato non aliud dicit, niſi ꝙ emptor cum pacto de retrouendẽdo, facit fructus ſuos pendente termino ad retrouendendum aſsignato, dummodo pretium ſit iuſtum, & nihil fiat in fraudem uſurarum, & idem uidetur uelle Bald. ubi ſupra, & pro certo non habemus in hoc niſi doctri.Iacobi,qui pulchre loquitur,& Caſlane.&

Tira-

Tiraquel. ideo cogita ſuper prędictis in facti con-
21 tingentia. Sed poſito quòd elapſo tempore cõ-
uento ulterius ad redimendum non admittatur, an ratione minoris ætatis eius hæres admittatur per uiam reſtitutionis in integrum, uel etiam maior ex clauſula generali propter aliquã iuſtam cauſam? hanc quæſtionem mouet Andr. Tiraquell. in loco ſępius citato, et prima facie dicit ꝙ non conceditur reſtitutio in integrum, nec minori reſpectu minoris ætatis, nec maiori, propter aliquam iuſtam cauſam ex clauſula gñali, & ita dicit conſuluiſſe Curt. ſenio. in conſi. 59. per totum, et Bertran. in conſilio 184. in fl. lib. 1. ſed ſalua pace, Bertran. nihil de hoc dicit, hoc tantum inquit ꝙ ſi emptor promiſit uẽditori per hæc uerba ſibimet retrouendere, ꝙ huiuſmodi retrouenditio non debet fieri niſi ipſi & non hæredi. hanc rurſus opinionem tenuit Hierony. Cagno. in repeti. l. 2. C. de pact. inter empt. et uendi. in 16. q. pro hoc etiam allegat gloſ. in l. ſi cũ militaribus, in uerbo diſtraxerunt. C. de reſtit. mil. quæ dicit militem abſentem iuſta ex cauſa, aut ẽt minorem non reſtitui aduerſus tempus, aut pœnã conuentionalem, licet reſtituerentur aduerſus legalem, et illam glo. ſequuntur Bar. et Bal. ibi qui dicunt illam mirabilem, et ibi Paul. de Caſt. et Bart. in l. 2. C. ſi aduer. pig. uen. et Bald. in c. 1. uerſicu. niſi iuſta. col. 1. in verbo infantia, in titu. quo tem. mil. et Ro. in rubr. de arbit. col. pen. Adducit etiam pro hac opini. id quod ſcribit Card. Flo. in c. exceptionem. col. 3. verſicu. ego dico extra de elect. ubi uoluit ꝙ tempus conuentionale currit impedito, per not. in c. vlti. eo. titu. licet legale non currat, c. quia diuerſitatem. de conceſſ. præ. et ſequitur Fel. in c. cũ inter. col. 11. uerſ. limita ſcḋo, extra de excep. Itẽ di-

cit facere pro hac opin. quia difficultas nō excuſat à pœna conuentionali, per l.continuus. §. illud & ibi glo.& Doct. ff.de uerbo.obli. & l.ad diem eodem titu.nec alia quæuis iuſta cauſa excuſat ab eadem pœna conuentionali, licet excuſet à legali ſecundum Bald. in. l. ædita in. 2. lectu. col. 8. uerſi. octauo oppo.C.de eden.& in l.eos.§.cautione.col. 2. uerſi cu.& circa hunc articulum. C. de appel. & eſt ratio omnium prædictorum, quia mitius agitur cum l. quam cum homine.l.Cęlſus in prin.& ibi glo.ff.de arbi.cum ſimil. Sed poſtremo contra hanc eandem opinionem adducit tex. per uerba formalia in.l. ſi creditor. §. illud. ff. de diſtract. pigno.uidelicet ſi quidem ità uenierit, ut ſi intra certum tempus à debitore pecunia ſoluta fuerit, emptio reſcindatur,ſi tempus præterierit, non poterit reſcindi uenditio,niſi minor ſit.xxv.annis debitor, an pupillus, aut reipublicæ cauſa abſens, uel in aliqua earum cauſarum, ex quibus ædicto ſuccurritur, licet dicat ad eum text. poſſe reſpondere dupliciter, primo quòd ibi minor uel abſens non reſtituitur aduerſus tempus à creditore pręſtitutū reuenditioni, ſed aduerſus ipſam uenditionem, uel ibi ideò reſtituitur minor, quia agitur de eo quod geſtum eſt cum eo, quod multum differt ab eo qđ geſtum eſt a patre, aut prędeceſſore ip ſius. per l.æmilius.ff.de mino. quāuis id non congruat caſui illius.§.& ſic dicit inferri poſſe quòd ſi uēditor iuſtū habuerit impedimentum, ne poſſet redimere infra tempus, quia fortè miſit pecunias per nuntium uel procuratorem, ut redimeret, qui ab hoſtibus uel latronibus captus eſſet,aut aliud iuſtū impedimentum, debet admitti etiam poſt tempus ſaltim per remedium reſtitutionis in inte-

grum

grum ut etiam tex. loquens in luitione pignoris, cui tempus certum fuerat præfinitum, in.c.ſignificante & ibi Doct. extra de pigno.hinc dicit Anto. d.c.ſignificante col. 3. quòd emphiteota, qui ceſſauit ſoluere triēnio,quia interim detentus fuerat in carceribus excuſatur, nec poteſt expelli,reliquit tamen cogitandum ſuper hac qnæſtione, Balbus autem intra. de preſcrip. in. 6. & ultima parte in uerſicu. uigeſimustertius caſus nume. 3. cum ſequen. conclu dit non dari reſtitutionem in integrū minori reſpectu minoris ætatis, tam reſpectu temporis incæpti tempore defuncti, quam incæpti ſuo tempore,per. l.æmilius.ff.de mino.dicit tamen quòd datur reſtitutio ipſi minori, nòn ex eo, quia minor, ſed ex eo quia ignorabat conuentionem patris, & ſic ex capite ignorantiæ, ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa, & ſic uirtus conſiſtit in modo practicandi.Ego autem puto dicendum quod etiam ratione minoris ætatis concedatur reſtitutio in integrū,per tex.in.l.ſi creditor.§.illud.ff.de diſtra.pigno.& ꝑ doctr.Albe. in.d.l.æmilius,in quan:ū in fi.col.uoluit ꝙ ſi caſus contigeret ſtandū eſſet æquitati potius Imperatoris, qui in.d. l.æmilius permittebat reſtitutionem dari, ratione minoris ętatis,quam rigori Pauli iuriſcōſulti,ꝙ nō concedatur,& hanc opinionem(ſecundū eum) ſe-
22 quuntur Guliel.& Guido de ſuz.ibidem,qui quãtę authoritatis ſint nemo eſt qui neſciat,prętereà in pacto de retrouēdēdo datur reſtitutio minori propter affectionē rei duntaxat,quia fuit maiorū ſuorū,ſine alia lęſione ꝑ tex.ſingularē in.l.ſi in emptionē.ff.de mino.ꝑ quē ita determinauit Guliel.de Bene.ī repe.c.Ray.de teſta.in uerbo in eodē teſtamēto reliquēs el i,n.34,nec ad paria iudicãdū eſt pactū

 l.com-

l.commiſſoriæ,& pactum de retrouendendo,quia per primum nihil aufertur ab hæredibus defuncti emptoris, ſed tantummodo res reuertitur ad eum qui eius fuerat,& erat Dominus,taliter quod nulla læſio poteſt conſiderari in caſu iſto reſpectu mi noris non ſoluentis,per ſecundum autem non retroemendo infra tempus, res quæ erat & fuerat minoris, ſeu maiorum ſuorum ab eo aufertur, & dupliciter læditur, primo, quia perdit rem in qua cadit affectio, quia fuit maiorum ſuorum, cuius rei cauſa ſine alia læſione dat̃ reſtitutio in integr. (ut ſupra dixi). 2. quia nulli dubium eſt quôd res quę uenditur cum pacto de retrouendendo uendi ſolet pro minori pretio quam ualet abſque dicto pacto,& ſic ualdè læditur minor non ualens redi
13 mere,ſicque danda erit reſtitutio in integrum, di cit enim Accurſius in d.l.ſi in emptionẽ.ff.de minor. quod eſt intereſſe mirabile non redimere rẽ quæ fuit ſuorum maiorum, & ibi Bal.dicit quod ob hanc ſolam cauſam, quod res fuit maiorum ſuorum fingitur minor enormiter lædi, & ſequitur Alex.in conſi.67.uidetur ſtantibus colũ. 1.lib. v.& Pau.de Ca.in repe.l.2.nu.72.uerſi. 4. habemus.C.de re.uend. & Philip.Dec.conſi.403.uer ſic.quamuis col.6.& Alber.in l.ultima.§. in com putatione col.2.C.de iure delibe.Ang. conſ.243. multi conſortes, & Barba.in c. Raynaldus colũ. 143.extra de teſta.& conſ.13.Clementiſsimi Dei col.2.lib.1.& Iaſ.in.l.1.col.6.ff.de uerbo. obliga. & Do.Io.Igne.in repe.l.dudum colũ.8.& Ludo. Gozæ.conſi.44.non eſt dubium col. 2. num.7.& per illum tex.dicit glo.in l.nam quod.§.primo in uerbo pupillum.ff.ad ſena.conſul. Trebel. reſtitui minorem in caſu illius.§.licet alias nõ reſtitueretur

retur non alia contēplatione, niſi quia res fuerat maiorum ſuorum,pro quo ſatis facit tex.in l. lex quæ tutorum,ubi ſcribitur in hæc uerba,maxima habenda eſt eius domus ratio,in qua pater defecit,filij creuerunt, in qua maiorum imagines, aut non uidere fixas,aut uidere reuulſas ſatis eſt lucubre,quem tex.multum commendat Bald.in conſil.57. Item inſtituto columna ultima,libro ſecundo,& Angelus in conſilio. lxviij. repetito conſil. cclxxxi Martinus,Ioannes de Florentia, colum. tertia,ſicque clarum eſt res quæ fuerunt noſtrorū maiorum nobis eſſe in maximo affectu,ac prætio,quod comprobat textus in l. libertus qui ſoluendo.ff.de bonis liberto.ubi noſtra intereſt adire hæreditatem,quæ non eſt ſoluendo, ob id tantum,quod in ea prædia ſint aliqua,in quibus maiorum noſtrorum ſepulchra ſunt. ad hæc multū conferunt ea quæ late ſcribit Andreas Tiraquellus in tractatu de utroque retra.in pręfatione. nu. 32.cum pluribus ſequentibus, ſicque tenendum eſſe arbitror,ſaluo ſemper meliori cōſilio cui ſemper me ſubijcio,maxime in terminis noſtræ Pragmaticæ,per ſupra allegata in ſuperioribus quęſtionibus,uide etiam Ioannem Mauri. in tract.de reſtitutione in integrum.c.98.uſque ad c. 102.

24 Sed an uenditor poſsit quolibet die temporis pręſtituti ad retrouendendum retroemere? uel ſit neceſſe quod expectet ultimum diem? & in hoc dicas,quod aut hoc dictum eſt expręſsè in inſtrumento,& ſeruandum eſt inſtrumentū & pactū,aut dictum,eſt infra decem,aut uiginti annos fiet reuenditio,& poterit uenditor quocunque tēpore illorū x.uel.xx.annorū, aut alterius tēporis in id pręſtituti redimere,aut dictū eſt,ut poſsit redimere

dimere in decẽ annis,et tunc Guido Papę in deciſione. § 16.an per confeſsionem, uerſic.ſed quid ſi emptor dicit non poſſe redimere quocunq; tẽpore uoluerit,ſed expectandum eſſe ultimum annum illorum decem,& quolibet eius anni die poſſe redimere,per l.ſi ità fuerit libertas. ff. de manumiſ. teſtam. & l. pri. §. quod dicimus. ff. de ſucce.edic.& hanc opinionem ſequitur Hieronimus Cagnol.in repetitio. l.ſecun.C.de pactis inter empt. & uendit. in nona quæſtione, And. Tiraquell. in loco ſæpius citato. numero 64. tenet in hoc contra Guidon.& dicit quod tex.in d. l. ſi ità fuerit longè loquitur in diſsimili caſu,nam dicit in duodecimo anno,nõ autem in duodecim annis, priora quidem uerba non eſt dubium ꝙ tantummodo demonſtrant vltimum annum, ſed poſteriora demoſtrant omnes duodecim annos, quare dicit ipſe, quòd etiam in hoc caſu poteſt uẽditor redimere quolibet anno, ac ſi dictum foret intra decem annos, & ultra Domi. And. Tiraq. dicit ꝙ tantum eſt dicere in annis duodecim,quantum in ſpatium duodecim annorum, Cato de re ruſti.ſi quid deſit in annum ut compareтur,& Cicero.4.uerſi.89. ei locus ille atque bonus in illum annum ità deberi putabatur,Liuius ab Vr. condita,deſignati Conſules in eum annum fuerant, & ibidem,ut ludi in ſtatutum diem nouarentur, & ibidem, utrum in unum annum recreati ſint? & ibidem exercitus in annum decreti,& ibidẽ qui Prætor in eum annum creatus erat, & ibidem ſtipendium exercitui in eum annum penſum,et Suetonius de Claris Grammati. 17.docuitq; in atrio Catilinæ domus quę pars Palatij tunc erat, & ſeſtertia Centena in annum Accepit.prætereà da-

to ꝙ

to ꝙ ex ſignificatione uerbi huius, nō hoc ſignifi caret,tamē,quia pręſupponit Gui.Pap. ibi ꝙ tale pactū,vt nō niſi in fine duodecim Annorū poſsit redimi,eſt illicitū,& facit præſumi cōtractū uſurarium(de quo ſupra dixi) deberet impropriari ne actus pereat,ſed ut potius ualeat.l.ſi inſulā de prę ſcri.uer.c.cōſtitutus de religio.d.l.ſi una in prin.ff. loca.l.ſi olei.C.eo.tit.per Alex.conſ.42.in 4.part.

25 ubi plene, & ſic teneo cū Do.Tiraq. Ante hāc Prag.ſanctionē erat dubiū, ſi promiſſum extiterat de retrouendendo, nullo adiecto pretio qualiter intelligebatur, ſi de pretio quo res uēdita fuit uel de iuſto,uel de eo ꝙ ab alio reperiri poteſt?vt apud Hiero.Cagno.in rep.d.l.2.C. de pact. inter emp.et uēdi.colū. 6.not.& gl.in l. 1.in uerbo non actus et ibi Saly.col. 1.uer.quærit gl. quando res. C.qñ li.ab em.di.& Socy.in l. qui Romæ in prin. col.ult.ff.de uerbo.obliga.quæ quidē duplicatio ceſſat per hanc noſtrā Prag.cū exprękſsim dicatur intelligi de pretio uenditionis, cui quidē eſt cōformis cōſuetudo Regni Frāciæ, ut per Tiraq. ubi ſu

26 pra gl.3.nu. 1.et 2. Et nō ſolū ipſe uenditor ex pacto adiecto poteſt redimere, ſed ēt eius hæredes, etiam ſi de eis pacto mentio facta non fuerit. per l.ſi pactum.ff.de proba.& Ità uoluerunt gl. Pet. à Bell.Per.Cyn.Bal.Ioan.Fab. Saly. & Ange.in

27 d.l.2.C.de pact.inter emp.& uendi. Sed ſi in inſtrumento diceretur,ità uidelicet, quòd liceat uenditori tantum rem uenditam redimere, an per illam dictionem tantū ſit excluſus hæres ipſius uēditoris?Bertran.ſuper hoc facto conſultus in con ſil. 184.uide caſum in 2.dubio lib. 1. dicit eo caſu

28 hęredē cēſeri excluſum,eo quia dictiones taxatiuæ affirmatiuè poſitę, oēs alias perſonas,& caſus

præter expreſſos excludunt, ut uoluit Bar.in l. 1.ff. ſi quis ius dic. non obtempe. & facit text. in l.non ſolum.§.tale.ff.de libe.lega.Tiraquel. uerò in loco ſuperius citato in gloſſ. 6. nume.4.dicit contra opinionem Bertran.ſatis facere tex.in l. ſi neceſſarius. §.de uendendo.ff.de pig.actio. cuius hæc ſunt uerba,ſed & ſi creditoris dumtaxat perſona fuerit cõpræhenſa, etiam hæres eius iure uendet ſi nihil in contrarium actum eſſet,& ad hoc illum text.ſingularem dicit Iaſ.in l.ſecundũ.§. item ſi in facto colũ. 2.ff.de verbo.obligatio.nam dicit Bal.in l.vltima paulò ante finem.C.de actio.emp. dictio taxatiua excludit perſonas penitus extraneas, non autem ſucceſſores, per tex.quem dicit ſingu. in l. ſtipulatio iſta,verſi. ſed ſi ſe obligat.ff.de verb.obl.& idẽ uoluit Roma. rubri.de arbi.col.9. uerſ. ſcias tamẽ, ubi non loquitur de dictione tantum,ſed eo qui ꝓmittit in uẽditione nolle teneri niſi de facto ſuo,& non de facto alterius, ꝙ nihilominus tenetur de
29 facto ſucceſſoris. Pro quo facit, quia ſi quis uẽditor promiſit de ſuo facto tantum, tenetur tamen de facto ſui prædeceſſoris, ut uoluerunt Bar. Bal.Ful.Pau.de Caſt.& alij. in l. ſi ſeruus furtiuus in princip.per glo.ibi in uerbo, intereſt.ff. de cõdi. fur.Bar.Mar.lauden.& Cardi. Alexandrinus in c. 1.in fi.col.fi. in titulo qui ſucce.tenea.Pau.de Caſtro, Rom. & Alij in l. ſtipulatio iſta.ff. de verbo. obliga. & Alij quos recenſet Tiraquel. ubi ſuprà nume.5.glo.6.& licet multa poſſent aduerſus hæc allegari,ut conſiderat etiam Domi. Tiraquell.ubi ſuprà.tamen in terminis noſtræ Prag.non dubito, quin etiam appoſita illa diſtinctione tãtum admittatur ad redimendum etiam eius hęres,eò quia nõ tantum facit emptor gratiam uẽditori,ut redimat,

quia ità inter eos conuentum eſt,ſed quia ad id co-
gitur, ut contractus ualeat, ut noſtra hac Prag.ca-
uetur,& in extraua.de emptio.& ucdi.longa enim
differentia eſt, an quis aliquid faciat ſua uoluntate
contrarium ualens facere ſi uellet,an quis faciat ali
quid non ualens aliter facere, priori enim caſu ad
ſui libitum legem facere poteſt, at poſteriori caſu,
debet taliter facere, nè prouiſio legis reddatur fru-
30 ſtratoria, uel parum inſeruiens. Et ex hoc infero
non eſſe dubitandum quò qualitercunque dicatur
in pacto, ſiue dicatur quòd poſsit uenditor redime
re ſi uoluerit, ſeu ſi petierit uel arbitratu ſuo, ſem-
per (dato quòd uenditor mortuus fuerit antequam
declarauerit, ſeu petierit) hæres eius admittitur ad
redimendum licet ſatis dubitetur apud And.Tira-
quell.in tra.de utro.retra. in tit.de retraict.Conuē-
tionel.§.1.gloſſ.6.nume.14.cum.ſequentibus.

31 Et nedum ad hæredem uenditoris tranſit huiuſ-
modi pactum, ſed etiam ad hæredem hæredis, de
quo ad modum dubitauit Caſſan.in conſi.11.col.
7.uerſi.ultra materiam,& iterum col.21.uerſic.ad
ultimum quòd fit.de quo etiam per Tiraq.ubi ſu-
32 prà nume.20. Et non ſolũ hæres ſuus poteſt uir-
tute huiuſmodi pacti redimere, ſed etiam hæres
extraneus ſecundũ Dec.conſil.219.& Iaſ.in l.Gal-
lus.§.etiam col.4. & ſeq.poſt Bart.ff.de lib.& po-
ſthu.et uoluit id idem Hiero.Cagno.in repe.l.2.C.
de pact.inter emp.& uendi.nume.130.17.q.& An
ge.in conſ.306.chariſsime frater,& Imo.conſi.21.
in caſu præmiſſo, & Alexand. conſi.9. uiſis dicto
themate lib.2.& Phil.& Dec.in c.in præſentia co-
lum.18.uerſicu.circa primum extra de proba.

33 Et ſi emptor cenſus cũ pacto de retrouendendo
mortuus fuerit ſuperſtite eius filio,& hærede pupil
lo,po-

lo poteſt fieri retrouenditio abſque decreto curię ſecundum Albe. in d.l.2.C. de pact. inter empto.& uendi.in princ.per text.in l. 1.C. quando dec.opus non eſt & concordat tex.in l.prædium,& ibi gloſ. Fab.& alij eod.titu.& l. 1.§. 1.& l. magis puto.§.ſi
34 pupillus ſtipulatus.ff.de reb.eorum. Sed ſi mortuus eſt ipſe emptor, ſuperſtite filio pupillo, ut ſuprà, uel etiam infante,ad conſtituendum eum pupillum in mora,an ſufficiat citare ipſum pupillum, & ei offerri pretium,an uerò requiratur quòd citetur eius tutor,& uidetur quòd ſic per c. conſtitutus de in inte.re.vbi, & id not.Pet. de Ancha.in 10.nota.pro quo facit tex.in l.operis.ff. de nou.op.nun. ubi habetur poſſe fieri nuntiationem infanti, & furioſo,nec tutoris Authoritas exigitur, quia in rem fit,non in perſonam, pro quo etiam facit tex.in l.ſi dictum.§.vlti.ff.de euictio. ubi habetur poſſe.pupillo denuntiari ſine tutoris authoritate, ſi tutor nõ appareat,& facit tex.in l.de pupillo.§.nuntiare ibi puero,uel puellę.ff.de nou.ope.nun.ubi pupillo poteſt denuntiari nouum opus, & ita eum tex.intelligit Albe.in l. 1.§. 1.col.2.uerſ. in contrarium.ff.de admini.tutor. facit etiam text. in l.minor etiam.ff. de minor.& hæc autem, in princ. & l.apud Iulianum.§.vltimo.ff.qui.ex.cau.in poſ.ea.cuius authoritate dixit Bar.in l. 1.§. 1.uerſ. quæro qualiter fiat. ff.de adminiſt.tuto.& in l.qui habet.§. ſi pupillus ad finem.ff. de tutel.dicit, quòd ſi ſolus pupillus citetur,ualet citatio, nam intelligitur, quòd compareat per ſe, uel legitimam perſonam, & in maiore infante non eſt dubitandum quòd poſsit citari ꝙ legitimè compareat, prout latè concludit Afflict. in Deciſio.Sacri Regij Conſilij Neapolitani,num. 262. ſed infans nõ poteſt, in contrariũ tamen ꝙ ſi interpel-

interpelletur ſolus pupillus ſine authoritate tutoris non dicatur in mora. uidetur tex.in l.ſed ſi ex ſtipulatu.ff.de uerborum obliga.ubi in hæc uerba dicitur, ſed ſi ex ſtipulatu ſtichum debeat pupillus, non uidebitur per eum mora fieri,niſi is tutore authore,aut ſolus tutor interpellet, cuius tex.authoritate glo.in l.mora, in uerbo dificilius eſt, in prin.ff. de vſur.ita moram difinit, cum quis maior. 14.annis non habens curatorem interpellatus per diei appoſitæ lapſum,uel per litis cõteſtationem, & ita tenet per illum tex.Alber.in d.l.ſed ſi ex ſtipulatu, colum. ſecunda, nu.5. et in l.qui Romæ.§. cohæredes.ff. de verbo. obliga.nec dicit obſtare text.in l. ſi dictũ.§. vltimo.ff. de euictio. quia ibi fauor erat pupilli ,ut ei poſsit denuntiari, et Bal.in l.æmilius. ff.de mino. dicit non poſſe fieri proteſtationem pupillo ad conſtituendum eum in mora,per l.cum filiusfa.§.in hac. ff. de uerborum obliga. dicit tandẽ And. Tiraquell. in loco ſupra citato rem eſſe ſatis ambiguam,et primo quò ad citationem, an poſsit fieri ſoli pupillo,dicit ipſe plurimos tenuiſſe cõtrariũ,de quibus ꝑ eum,ſed hoc hodie eſt expeditũ in Regno,cũ ſit deciſũ in Deciſ. ſupra allegata,et quo ad principalẽ quęſtionem, plura remiſsiue allegat quid ergo dicendũ,Aret.conſ.16.in col.4.uerſi.circa.primum dubium dicit ꝙ ſpeciale eſt,quod in denuntiatione quã facit emptor uẽditori ſuper iudicio euictionis, ualeat denũtiatio facta pupullo abſque authoritate tutoris, qñ tutorẽ,ſeu curatorẽ non habet,ut l.ſi dictũ.§.fi.ff.de euic.et notat. ĩ d.l.ſi ex legati cauſa.ff.de verbo.obliga.cum l.ſequen.et eſt ratio,quia ſi non poſſet emptor ita denunciare, ex facto pupilli damnũ incurreret indebite, vndè utilitatis cauſa receptum eſt, ut tunc ſi non habet tu-

torem

torem ſibi ſoli fieri poſsit,& quòd interpellatio facta ſoli pupillo ſine authoritate tutoris non conſtituat pupillum in mora,eſt text.in l. ſi pupillus (ad hoc per Doc.non allegatus) .ff.de verborum obliga.prout ità intelligit ibi Alber. Præterea ille qui vult ad cenſum amplius non teneri,debet ſoluere pretium uel offerre, ſed ſolutio non poteſt fieri pupillo abſque authoritate tutoris, l. pupillo. ff. de ſolu.&.l.ſtichum.§.uſumfructum.ff. de ſolu.& ibi Albe.reputat eũ text.ſing. & habetur in l.ſi ſeruus decem eodem titulo.& inſtit.de autho.tu.§. 1.& ſimiliter oblatio debet ei fieri qui poteſt ſolutionem recipere,& non alteri,ſecundum Bald. in l. acceptam. 7.quæſtione.C.de uſur.Solutio autem fieri nõ poteſt pupillo abſq; authoritate tutoris,ergò mini mè poteſt fieri oblatio, per ſupra allegata, & ꝙ oblatio non poteſt fieri niſi ei qui poteſt recipere ſolutionem,eſt tex.in l.ſi reus paratus. ff.de procura. ſecundum unam lecturam, Ego autem diſtinguerem in terminis noſtrę Pragma. nam aut quęritur an pupillo poſsit oblatio fieri pretij recepti ꝓ uenditione cenſus, & intimari, ut retrouendat, ut ipſe offerens non incurrat in moram, & ne tempus labatur, aut ut fieri poſsit oblatio. & intimatio ad conſtituendum pupillum in mora. ut ex mora ad aliquam pœnã incurrat,uel ex tertio,ut facta oblatione, & depoſitione pecuniæ ulterius non teneatur offerens ad cenſum, primo caſu puto ſufficere oblationem & intimationem etiam factam pupillo,maxime ſi non habebat tutorem.ſecundo uero caſu indubitanter teneo non ſufficere, niſi fiat authoritate tutoris. Tertio & vltimo caſu forte poſſet dici ualidam eſſe intimationem ſeu oblationem pupillo factam ad effectũ, ne amplius teneatur

tur ad cenſum, ſi una cū oblatione, facta eſſet depoſitio pretij cenſus uenditi. Nam licet ſolutio non poſsit fieri pupillo, tamen ſi facta fuit & pecunia ſoluta extat, ope exceptionis ſummouebitur. d.l. pupillo. ff. de ſolu. cum ergo in caſu iſto pecunia ſit ſalua, quando pupillus petit cenſum, poteſt ope exceptionis ſe tueri uenditor. Nam pupillus tractat de lucro captando, & uenditor cenſus tractat de damno uitando, pręterea nedum conuentio patris arctat pupillum ad retrouendendum, ſed etiam lex noſtra, et ita pro nunc teneo ſaluo ſemper meliori iudiio, cui me ſubijcio.
35 Quid ergo ſi defunctus ſit emptor cenſus, relicta uxore uſufructuaria durante uita ſua, et inſtituto hærede extraneo, uenditor cenſus uult redimere cenſum, cui tenetur offere pecuniam uxori uſufructuariæ, uel hæredi? et licet de ſtricto iuris rigore teneri poſsit proprietarium tantum eſſe conueniendum, et ei intimari, tamen tutius eſt, ꝙ ambo conueniantur ſecūdum Hiero. Cagnol. in repe.l. 2. C. de pac. inter emp. et uendi. 32. quæſtio. ubi etiam dicit pretium rei ſeu cenſus redempti, debere manere apud uſufructuarium, per.l. uxori meæ. ff. de uſufru. lega. et per not. per Alexand. in.l. diuortio. §. ſi fundum colum. pen. ff. ſolu. mat. Adde tex. in l. fundi trebatiani. ff. de uſufru. lega. qui habetur quod ſi relictus eſt uſufructus capiendus à manu hæredis, poteſt uendi prædium per proprietarium alias non Et quo ad id quod dictum eſt de uocando uſufructuarium eſt tex. in l. is qui fundum. ff. de uſu. et uſufr. le. quē text. ad propo. adducit Tira. in tra. de utr. retr. in ti. de retraict conuentionel. §. 1. glo. 6. nu. 29.
36 Sed aduertendum eſt ad id quod dicebat Domi. Hieroni. Cagnolus, ꝙ pretium redempti cenſus, ſeu alte

rius rei debet permanere apud ipſum uſufructua-
rium per tex.in l.vxori meæ.ff.de vſu. lega. ꝙ Ti-
raquel.in loco ſupra alleg.dicit ꝙ tex.ille non pro-
bat intentum ipſius,ſed ſalua pace, quia mihi uide
tur quod ille text. optimè probet intentum ipſius.
nam ibi dicitur quòd relicto uſufructu vxori,debe
tur vſufructus tam prædiorum ruſticorum; quam
vrbanorum, & mancipiorum & ſuppellectilis,&
oīum aliarū rerum ſi ergo omnium rerum uſufru-
ctus debetur,&.uenditur aliquod prędium,ſeu cen
ſus,pretium ſuccedit & ſuccedere debet loco rei uē
ditę per tex.in l.ſi cum ſeruum cum gloſſ.ff.ſi cert.
pet.l.ſi rem et pretium,& ibi Bar.ff.de pet.hær.ſed
pro hac opin.nouiter allego tex.in l.fundi trebatia
ni.ff.de vſufr. lega. nam ibi dicitur ꝙ ſi relictus eſt
uſufructus prædij capiendus dictus vſufructus à
manu hæredis, tunc hæres uendere poteſt prædiū,
& vſufructuario dare illam penſionem quam ſo-
lebat viuus paterfamilias ex locatione percipere
gloſſ.ibi, & Doct.& maximè Alber.dicunt id non
procedere quando ſimpliciter eſt relictus uſufru-
ctus alicuius, quia eo caſu hæres non poteſt ven-
dere prædium, & ſi forte uenderetur, pretium de-
bet in ſubſidium peruenire penes vſufructuarium
cum cautione,differt enim vſufructus legatus, ut
capiatur à manu hæredis,& vſufructus ſimpliciter
relictus,& legatus, & etiam dicit ibi tex.in fine pu
to tamen ꝙ ſi hæres uoluerit illūmet cenſum red-
dere ipſi uſufructuario annuatim,pro ut tenebatur
ille redimens, quòd eo caſu pretium debet perueni
re penes hæredem, & non penes ipſumuſufru-
ctuarium,non enim eſt ſoluere aliud pro alio in ca
ſu iſto, imò idem, & ſic non obſtat regula.l.ſi aliā.
ff.ſol. & licet creditor inuitus non cogatur nouare
debito-

debitorem.l.ſi mandato meo.§. 1.ff.man.& Bald. in l. pater. C. de coll. tamen in caſu iſto cogitur inuitus, quia reemptio in caſu iſto non fit ex uoluntate hæredis, ſed ex neceſsitate pacti adiecti per defunctum in inſtrumento, unde poſtquam primus debitor cenſus liberatur per reemptionem, ſubintrare hæredem in locum primi debitoris eſt utile ipſi uſufructuario; & de iure propter neceſsitatem cogitur creditor recipere aliud pro alio,ut not.Docto.in l. 2.§. 1.ff.ſi cer.pet. licet recipiatur idem in caſu iſto, ſed non ab eodem, non enim nocet ipſi uſufructuario habere cēſum ab hærede, uel ab alio,ergo cogitur facere.l. 3.ff. ſol.mat.ſi tamen hæres non eſſet idoneus,tunc puto quód pretium debet peruenire penes ipſum uſufructuarium cum cautione, & ita iuris eſſe pu-
57 to. Quid enim ſi plures hæredes uenditoris cēſus remanſerint,uel forte plures fuerunt principales uenditores, & unus eorum uult redimere ſuam partem, an teneatur emptor retrouendere ei partem? in quo quidem magis communis opinio Docto. quód non tenetur, ſecundum Barto. conſil. 195. Angelotus, nam quando conditio, ſiue facultas quę conſiſtit in faciendo ſimpliciter, uel mixtim in dando & faciendo ponitur etiam in perſona duorum,tunc non poteſt impleri per vnum eorum pro parte. l. ſi ita fuerit in princi. & §.quæſtio. ff.de man. teſtamen. & not. in l. ſi plures.C. de condi. inſer. ſed hæc facultas redimendi conſiſtit in dando, & faciendo.l. conſi.& ibi not. ff.de cur.fu.& no.glo.in l.certi condictio. ff.ſi certum pe.& eundem Bartol.in l. cui vſufru. ff.de uſufru.leg. & Bartol. in l. ſi quis aliam in fi. & ibi Angel. & Paul. de Caſtr.ff.de ſol. & Bald.

in l.2.ad fi.& ibi Hieron.Cagnol.14.q. C.de pact. inter emp.& uendi.& Bal.conſi.384. duo ſunt.col. 2. lib. 1. & plenè per Tiraquell. in loco de quo ſupra.§.23.glo. 1. nume.6. licet idem Tiraquel.in eo. tract. in tit.de retraict coentionel. glo.6.§. 1.nu.30. dixerit,quod in contrarium facit text.in l.uxorem. §.agri plagam.ff.de lega.3. vbi ſi hæres eſt grauatus à teſtatore,vt uendat fundum duobus,& vnus ex illis noluit emere,tenetur hęres alteri ſuam partem vendere.Hinc authoritate illius text.dicit Alexan.in conſi.126.viſis his de quibus. col.1. lib.5.ꝙ ſtante ſtatuto quòd locator non poſsit vendere rē locatam, niſi prius denuntiauerit conductori an emere uelit, ſi ſint duo conductores, & alter nolit emere,poterit tamen alter pro ſua portione emere, & dicit eſſe ſimilem text.in l.ſi quis legata. §. duobus,& in l.cui fundus.ff.de condi.& demonſtr. Itē facit ſecundum eum, quia qui promiſit pluribus, uidetur promiſiſſe ſeparatim, & cuilibet pro virili.l.reos.§.cum tabulis,cum ibi no.ff.de duo. reis. uidetur tamen concludere,quòd ſi à principio uenditus eſt cenſus à pluribus,quòd eo caſu vnus poteſt redimere partem, at ſi tantum ab vno uenditus ſit cenſus, licet poſtea mortuo eo remanſerint plures hæredes,vnus ex his non eſt audiendus, nō enim ex perſona hæredum conditio obligationis mutatur in l.2.§.ex his.ff.de verbor.oblig.Ego autem ſum in noua opinione, nam aut tractatur de fundo uendito, & vnus hæredum uellet redimere partem fundi ex pacto de retrouendendo facto cū defuncto,& tūc procedant prædicta,ꝙ non teneatur emptor retrouendere niſi totum, nam diuidere fundum damno afficitur emptor, quia plus ualet, pluriſq; emitur totum in toto, quàm pars reſpectu

rei.

rei.l.Mæuius.§.in fundo.ff.de lega.ſecũdo. ſecundũ Bald.conſi.384.duo ſunt.col.2. lib.1. & conſil. 32. lib.2. & l. ſi quis aliam. ff.de ſolut. & l. fundus ille cum glo.ff.de contrah.empt.& l.Mæuius.§.ulti.ff. famil.hercif.& l.ſi quis id quod.in fi.ff. de in diem adie.& gloſ.in l. 1.in uerbo partis,& ibi etiam Bal. in quarto notab.& Saly ce.in quinto nota. C.com. diuidun.& Bar.in l.uxorem. §.agri plagam.in fin. ff.de lega.2. Præterea eſt & alia ratio quia damno afficitur emptor, ſi cogeretur reuendere partem fundi,quia præter eius intentionem incideret in cõmunionem cum illo redimente partem, ad quam nemo inuitus compellitur.l.ſi non ſortem.§. ſi centum.ff.de cond.inde.nam communio multa affert incommoda,& difficultates.l.pater.§. dulciſsimis. & ibi Doct.ff.de lega.2. et l. in re communi, et ibi Bald.et Floria.ff.de ſeruitu. vrba.prædio. et l. ſancimus.§.ne autem.C. de dona. Aut uerò tractatur de cenſu uendito (vt eſt noſtra materia) et tũc aut vnus hæredum vult redimere partem cenſus, et ſe eximere ne amplius teneatur ad reliquum cenſum, et non poteſt inuito emptore. duplici enim damno afficitur tunc emptor, primo circa diuiſionem cenſus (ſi damnum dici debet). 2. diminueretur obligatio,nam ſi habet obligatos omnes hæredes, non cogitur liberare vnum per nota. per Bald. in l. ſi pater.C.de colla. Aut vult redimere partem cenſus,et nihilominus teneri ad reliquum cenſum vna cum alijs hæredibus, et iſto caſu puto cogi emptorem ad reuendendum primo, quia rationes quæ ſuperius conſiderantur in fundo, non habent locum in cenſu,ut manifeſtè,et euidenter apparet, nam ſi cenſus erat ducatorum 20. et redimuntur decem, nullum ex hoc damnum patitur emptor,quia tan-

to pretio uẽditur cenſus 10. ducatorum annuorum reſpectu ipſorum ſi uenditor ſeparatim quanto ſi uenderetur cõiunctim cũ alijs decem, nec ratio cõis militet in caſu iſto, nec etiã põt dici emptorẽ nõ aliter empturũ fuiſſe 10. ducatos annuos, ſi non emiſſet 20. annuos, quia eadẽ utilitas, & affectio conſiderabatur, & conſiderari poteſt circa emptionem partis cenſus reſpectu ipſius partis, quæ conſiderabatur, & conſiderari poteſt circa emptionẽ cenſus ducatorum 20. annuorum reſpectu ipſorum, non enim pluris eſt æſtimatio in 20. quàm ſit in 10. reſpectu ipſorum decẽ, in fundo tamen longè diuerſa eſt ratio, quia habere fundum totũ, & habere partem fundi ingens differentia eſt, nimirum ſi in eo caſu non debet quis inuito emptore admitti ad redimendum partem, ꝙ non eſt in cenſu, nam habemus etiam ꝙ ſi defunctus inſolidum tenebatur, hęredes tenentur pro parte, quia cum actio perſonalis inter hæredes diuiditur, licet actio hypothecæ non, nam actio perſonalis ex perſona hæredũ uariatur quò ad modum ſoluendi, ſed non actio hypothecaria, quæ eſt indiuidua; ſecundum Bartol. Bald, Salyce. & cęteros Doctores in l. iij. C. de nego. geſt. vnde licet ſoluat & redimat partem cenſus vnus hęredum, non eſt ſublata actio hypothecaria in bonis quæ ſibi obuenerunt ex hæreditate quò ad aliam partem cenſus reſtantem, licet quilibet hæredum teneatur inſolidum ad cenſum, ut refert fuiſſe deciſum Afflict. in ſac. Regio. Conſil. deciſ. 153. venditur domus, cum ergo intereſſe creditoris conſiderari nequeat, ſequitur quód cogetur reuendere partem cenſus, et ita pro nunc teneo, ſaluo ſemper meliori iudicio. Hinc inoleuit practica notariorum Neapolis dicendi, qui non poſsit redimi

38 mi niſi in totum. In caſibus tamen ubi non poteſt vnus redimere partem ſuam,uel vult redimere partem ſuam in caſibus in quibus poteſt, nõ tamen vult teneri ad ſolutionem alterius partis, poteſt tamen ille vnus qui vult redimere cogi facere cohęredem,uel ſocium ꝙ uelit etiam ipſe redimere partem ſuam,uel ꝙ ei cedat ius ſuum per l. his conſequenter.§.Cęlſus.ff.famil.hærciſ. & l. hæredes.§. idem iuris.eo.tit.& l.cum fructuarius. ff.de uſufru. & l.is cum quo.in fin. ff.de aqua plu.arcen. & Hierony.Cagnol.in repet.d.l.2. 15.q.C.de pact. inter
39 empt.& uendit. Poteſt etiam abſq; dubio unus ſolus offerendo totum pretium, redditũ totum ſeu cenſum redimere; ſecundum Paul. de Caſt. in cõſ. 221. In hoc paſſu duo ſunt ante fin. lib. 1.& conſil. 74. In cauſa mota per dominam Dorotheam.in fi. lib.2. & Iaſ. in l.ſtipulationes non diuiduntur. col. 13.verſic.ſed pulchrum eſt.ff.de verb.oblig.Socy. in l. 1. §.ſed & quoties.ff.ad Senat.conſul.Treb. et conſi.6. Anno Dñi lib.4.et dom.Boer.deciſ.251. licet multi tenuerint cõtrarium,et cumulat Tiraq.in loco de quo ſupra de retraict conuentionel.§. 1.glo. 6.nu.32.cum pluribus ſequentib. ſed prædicta opi. eſt uerior, debet tamen is qui petit totum reuendi, ſatiſdare de dando partem ſocio. per l. 1. §. ſi pecuniam in ſacculo.uerſic.ſed ſi res. ff. depoſi. Quid
40 enim ſi duo fratres dum ſtarent pro communi, et indiuiſo,uendiderint cenſum pro cõi et indiuiſo ſuper quadam domo ſita in terra ſancti Seuerini cũ pacto de retrouendendo,deinde diuiſerunt hæreditatem,et fuit dictumꝙ omnia quæ ad eos pertinebant in terra ſancti Seuerini eſſent vnius tantum, an illud ius reluendi ſit tantum illius? In quo Fran. Aret.in cõſ.6. i 2.dubio,uiſo inſtrumẽto diuiſionis,

 dicit

dicit quòd eſt utriuſque & non unius tantum, & idem conſuluit Alex.in conſ.76.uiſo themate, &
41 maturata.lib.6. Sed quid ſi duo inſolidum uendiderint Annuum cenſum cum pacto reluendi,& unus iſtorum fuit per emptorem admiſſus ad reluendum pro eius parte, an uideatur liberatus etiam a' ſolutione cenſus pro alia parte, cũ eſſet inſolidum obligatus ad ſolutionem cenſus? & uidebatur dicendum quòd ſic,per ea quæ no.Doct. in l.ſi creditores. C. de pact. ubi habetur ꝙ propter receptionem ſolutionis ab uno ex correis debendi,ſibi pręiudicat ne'poſsit amplius inſolidum conuenire,& hoc eſt uerum, quando emptor admitteret illum ſic ad reluendum pro parte ſua cẽſum, tanquam reluentem quò ad partem ad eum ſpectantem,& ſic ſimpliciter eum admitteret per no.per Cy.Oldra.Bal.& Saly.in d.l.ſi creditores at ſecus ſi ſimpliciter reuendidit partem cenſus,reſeruata alia parte; quia non uidetur ſibi pręiudicaſſe,item intellige niſi emptor reſeruaſſet ſibi ius ſolidi expręſſè,uel tacite':quod ex coniecturis perpendi poterit,& uide Alcia.in d.l.ſi creditores.
42 Sed quid ſi emptor cum pacto de retrouendendo deceſſerit ſuperſtitibus pluribus hæredibus, an ſufficiat conueniri unum eorum inſolidum ad retrouendendum?& dicas quod ſic ſecundũ Soc. in conſi.293.lib.2.& hoc ſi cõmuniter eum cenſum poſsideant,quia non ſolũ nec ſimpliciter tenetur emptor ad reſtituendum cenſum, ſed ad eum tradendum; ut uoluerunt Richar.et Car.& Saly. in l.2.C.de pact.inter emp.& uẽdi.ſed obligatio rẽ tradi cũ ĩdiuidua ſit,ẽt obligatione,et ſolutione, trãſit ad quẽlibet hęredum in ſolidum. ut declarat Bart.in l.4.§.Cato.in 2,oppo.ff.de uerbo.obliga.

& ibi

& ibi quoq; Ang.Imol.et Rapha.Cum.& Paul. Caſtren.& ſequitur Hiero. Cagnol. in rep.d.l.2. in 15.q.de quo uide Tiraquel.in tit.de retraict cõuentionel.§. 1.gloſſ.6. num.44.ſed conſidera quia Doct.ſupra allegati loquuntur quando uenditus eſt fundus cum pacto de retrouendendo,demum mortuo emptore ſuperſtitibus pluribus hæredibus fundus poſsidetur in totum per unum ex eis, hoc etenim caſu non eſt dubium quòd teneatur ille inſolidum,& inſolidum poſsit conueniri, ſed dubium ſtat in cẽſu uendito, quo caſu ego diſtinguerem,nam aut facta eſt diuiſio inter ipſos hęredes, & cenſus remanſit penes unum ex eis, & tunc ille tantum eſt cõuenniendus,& tenetur retrouendere,aut illi hæredes ſtant pro communi & indiuiſo cõiterq; poſsident, ſeu quaſi poſsident illud ius percipiendi cenſum,& tunc non uideo quomodo eo caſu poſsit unus tantum hæredum conueniri ad retrouendendum cenſum,cum regulariter hæredes non poſsint conueniri niſi pro parte,licet defunctus tenebatur inſolidum,per ea quæ habẽtur per Bart.Bald.& Saly.in l.3. C.de nego.geſt. Sed quando totum ius percipiendi cenſum perueniſſet ad unum, æquum eſt ꝙ ipſe ſolus teneatur ad retrouendendum,per not.per Floria.in l.ſi pendentes.§.ſiquid cloacarij. ff.de uſuf. & per Spec. in tit.de feu.§.quoniam uer.9.quæritur.ubi dicunt ꝙ ſi plures hæredes debitoris obligati ad homagiũ pro certa re,ſi res illa perueniſſet ad unum tãtũ,ille ad quem peruenit tota illa res tenetur inſolidũ ad homagiũ:non alij cohæredes. ſic ẽt dicendum eſt de fundo, quòd ille tantum teneatur, ad quem totus fundus perueniſſet. & ſic in practica tenendum arbitror. Quid,n,ſi duo fuerint

41 emptores,

emptores,an unus eorū poſsit cogi qui retrouendat partem ſuā,ſoluto pro eadē parte pretio? & dicas ꝙ ſic,ſecundū Stepha.Bertrā.in cōſ.41.licet cōtractus lib.3.& Rom.cōſ.304.quo ad ſeptimū & ita uoluit Tiraq. in loco ſupra citato numero 45. ſed de hoc habes ueritatem ex his quæ late dixi ſu
44 periori loco,uide ibi. Quid ſi hmōi pactū de retrouendēdo ſit factū nō in inſtrumēto, ſed extra, in quadā apocha & ſcriptura,an ſit ualidū? dicas ꝙ ſic,l.publica.§.ulti.ff.depoſ.& l.generaliter.C. de nu.pec.l.cū Tabernā.§.idē quæſiit & ibi. Bar. in 1.no.& Ang.ibi.ff.de pign.& gl.i ſcripturas,in uerbo notarij,& ibi.Bald. C.qui po. in pi. habea. Immo dico unū,ꝙ licet pactum de retrouendendo nō ſit poſitū in inſtrō,ſed ab extra ex interuallo,nihilominus cenſetur cōtractui ineſſe, per tex. in l.pacta conuenta.ff. de cōtrahen. emp. ubi habetur quod pacta quæ ex interuallo fiunt ad dimi nutionem emptionis cenſentur contractui ineſſe, ſed pactū de retrouendendo nō eſt dubiū ꝙ dimi nuat de emptione,ergo cēſetur ineſſe, & hoc tāto magis habet locum in caſu noſtro, ex quo uirtute Regiæ Pragma. nō aliter cōtractus cēſualis ualet niſi adiecto pacto,unde ut cōtractus ualeat debe mus dicere,quod pactū licet ex interuallo appoſi
45 tū,cenſetur contractui ineſſe. Quid ſi emptor cēſus obligauit & ſubmiſit illū cēſum nōnullis perſonis,demum redimitur per uenditorē, an illę ſubmiſsiones, & obligationes reſoluantur? & dicēdū eſt,quod ſic ſecundū Bart.in l.ſi ex duabus. §.ſed et Marcellus. ff. de in diem adiect. & ſequitur ibi Bal.& Frācif. Curt.Seni. in conſ. 12. Lucius. col. penul. Fabia.in trac. emp. & uendi. in 4.quæſtio. 7.quæ.prin,Philip.Dec. in l.ſi ſotius. colum. 2. ff.

ſi certum

ſi certum petatur,& conſi. 88. ualet ſtatutum col. 2. uerſi. & ſpecialiter in propoſito, & conſi. 238. proponitur quod nobilis colum. ultima in v.dubio, & Hieroni. Cagnol.in repet.l. 1.in v.quæſt. C.de pac. inter emp.& uendi.quod ego puto uerum quando reuenditur infra tempus præſtitutũ reuenditioni, aliàs ſi elapſo tempore reuenditioni præſtituto ex gratia emptor reuenderet,uel prorogauit tempus ad aliud tempus longius,tunc in prędiudicium cereditorum puto non potuiſſe fieri, argu.tex.in l.ait Prætor.§.ſi cum in diem. ff. quæ in fraud.credito. et l.omnes debitores.§.ſi uir uxo
46 ri,eod.titu.& l.ſi pignus eodem titu. Nunquid ſi uenditor uoluerit redimere cenſum debeat offerre pretiũ tantũ an etiam cõſignare,& deponere? & uidetur quod opus ſit conſignatione ſeu depoſito, per tex.in l.ſi a te, & ibi glo. Bar.& Saly.de pac. inter emp.& uendi.et gl.in l. 2.& in uerbo oblatam,& ibi Ioan.Fab.C.eo tit.& Io.And. in c. illo uos colum.ulti. extra de pigno. licet aliqui teneant ſufficere ſolam oblationem,ſecundum Ioã. And.ſibi contrarium in addi. Specu.in rubrica de empt.& uendit.& Bal.ſibi contrariũ.in l.acceptã in quinta quęſt. C.de uſur. & ibi Alber.columna ſecunda.in verſi.ſed hinc obſtat. C. de uſur.Paul. Caſtren.in d.l.ſecunda. C. de pac. inter empt.& uendi.quos ad inuicẽ conatur concordare Tiraq. in loco de quo ſupra de contraịct conuentione l.§. 4.glo.vi. numero quarto, ut primi loquantur ad effectum lucrandi fructus a die conſignationis & depoſitionis,ſecũdi uerò quando non ſit oblatio
47 ad effectũ lucrandi fructus. Et eſt aduertendũ quod ſi uiuat emptor cenſus facta conſignatione, et depoſito, nõ currit amplius cenſus,ſed ſi mortuus

tuus fuerit, currit cenſus, donec facta non fuerit fides de pacto de retrouendendo hæredibus. argumen.l. ſi quis inficiatus, & quæ ibi no. Bart.ff.depoſi. & ita uoluit Hiero. Cagno.in repet.l.2. C.de pac.inter empt. & uendi.colum.7.uerſicu.intellige prædicta procedere, & ita dicit ſe aliàs obtinuiſſe, & ſequitur nuncupatim Tiraquell. ubi ſupra. §.3. glo.nu.5. Ego autem puto contrarium eſſe ſeruandum in terminis noſtrę Pragm.nam retrouenditio nedum fieri debet in terminis cenſus ex uirtute pacti præſtiti per uenditorem & emptorem in contractu, ſed etiam uirtute legis noſtræ, cuius quidem ignorantiam minime allegare ualent, toto titulo. ff.de iur.& fac.ignoran.maxime, quia hæredes tractant de acquirendo, uenditor autem de lucro perdendo.per text.in l.iuris ignorantia.eo.tit.& ſi diceretur quod licet non poſſent allegare ignorãtiam, an teneantur ad reuendendum an non, poſſent tamen allegare an tempora reuenditioni præſtitutæ largiantur ita uel ne.ad hoc reſpondeo, nam aut uẽditor facto depoſito & facta citatione hæredibus quod uelint retrouendere, de cætero nihil ulterius agit, & hæredes emptoris agunt poſtea ad cẽſum, & uenditor dicat non teneri uirtute depoſiti facti, & tunc repelluntur hęredes per uiam exceptionis, quia agentes ad cenſum debuerunt & debent inueſtigare de iuribus eorũ, & uenire inſtructi, aliàs non excuſantur ex ignorantia.l. qui in alterius. & ibi Bart.ff.de re.iur.& ideò caute ſe gerit uenditor ſi facto depoſito nihil agit, & non ſoluit cenſum, aut de cętero agit & proſequitur litem, & eo caſu forte poſſet dici quod teneatur facere fidem de pacto, ſi tamen ſit extra inſtrumentum uenditionis cenſus dictum pactum, & idem dico in ſuperiori

caſu,

caſu,ſed ſi eſt pactum in eodem inſtrumento,puto
non neceſsitari uenditiorem ad oſtendendum ſeu
ad faciendum fidem de inſtrumento ſeu pacto, ad
tollendas tamẽ omnes ſuſpitiones cautius ſe gerit,
48 ſi facit fidem de pacto ipſo. Nunquid ſufficiat
ſi apparet de confeſsione depoſitarij confitentis ſe
habere depoſitum penes ſe, an uerò requiratur ꝙ
appareat de uera numeratione? & uidetur dicen-
dum quod ſufficiat confeſsio, nam in depoſito ſo-
la cõfeſsio probat numerationem, nec tunc poteſt
opponi exceptio non numeratæ pecuniæ.l.publia.
§.vltimo.ff.depoſi.& l.in contractibus. C.de non
numera.pecu.& uoluit expręſſe Bald.in con.257.
actum fuit depoſiti libro primo, & iterũ cõſi.270.
quidam nomen.l.proponit in fine libro primo, &
conſ.364.tribus rationibus libro ſecundo. hanc igi
tur quæſtionem latiſsime tetigit Tiraquel.in trac.
de utro.retra.titulo de retraict conuentionel glo.6.
§.4.nume.8.cum pluribus ſequentibus, ubi tandẽ
concludit non ſufficere eam confeſsionem, ſed re-
quiritur quod appareat de uera numeratione, nec
allegata ratio obſtat, quia habet locum quò ad p̃-
iudicium confitentis, non autem tertij, nec confeſ-
ſatum depoſitum habet priuilegia ueri depoſiti,
prout dicit uoluiſſe Bald.conſi.384.duo ſunt uiden
da in fin.libro primo, & ſequitur Socyn.conſi.143
diù perfecto colum.ulti.verſicu.confirmantur prę
dicta lib.1.hinc dos confeſſata non habet priuile-
gia ueræ dotis aduerſus tertium, ſecundum glo in
l.aſsiduis in uerbo datæ per illum text. & ibi Cy.
Ray.Forli.& Bal.ante fin.qui eam glo.dicit aureã.
C.qui pot.in pign.habe.& idem Bald.in l.diuerſis
eo.titu.immò unum plus dicit Tiraquel.in eo.loco
quod ſi ultra confeſsionem, conſtaret fuiſſe uiſum

ſacculum & marſupium plenum, ſi non fuit nume rata pecunia adhuc dicit non ſufficere, ſed ſi emptor recuſaſſet recipere tūc credit et cōfeſsionē ſolā ſufficere, ut ibi per eum, ego autem diſtinguerem quòd aut confeſsio depoſiti eſt facta in iudicio pe nes acta, per actuarium, uel alium, & tunc quia cō feſsio in iudicio facta, tamen de iure communi, ha bet paratam exequutionem, ſecundū Bar. & Doc. in l. 1. in 3. no. C. de confe. tum ēt ſecundū formam Ritus magnæ curię Vicariæ incip. item ſeruat ipſa curia ꝙ quandocunq;. & hoc tam ad utilitatē eius pro quo præſentialiter fuit facta obligatio, & confeſsio quàm eiús qui fuit abſens tempore quo facta fuit, ut habetur in deciſ. 135. per Afflict. ſequitur quòd iſto caſu perinde habetur ac ſi facta eſſet numeratio, maximè quo' ad effectum ne currat cē ſus, & imo' ubi aliàs requiritur numeratio, & con ſignatio ſufficit in iudicio ſola uerbalis oblatio per tex. in l. ſi rem. §. fina. ff. de pigno. actio. & ibi not. Bart. & in l. item ſoluitur. §. qui paratus. ff. qui. mo. pig. uel hypo. ſol. & ꝑ Bal. in l. inuicem. C. de compen. & per glo. & doct. in l. nec creditores. C. de pi gno. actio. & uoluit Pet. Phi. Cor. in conſi. 85. num. 8. in 4. lib. Aut confeſsio facta fuit per aliquem extra iudicium, & tunc aut de mandato iudicis, & tunc idem puto dicendum, per not. per Bal. in l. acceptam. C. de vſur. in 10. q. & probat ille text. aut fuit facta confeſsio extra iudicium, non mandante iudice, & eo caſu non ſufficit non apparente de numeratione, ſi tamen uenditor cenſus cum ſacculo paratus extra iudicium requireret emptorem, ut retrouenderet cenſum, & caperet pretium ꝙ demonſtrabat in ſacculo, & ille emptor recuſaſſet, tunc ſi poſtea ſequatur confeſsio extraiudicia-

lis

lis ſcripta ſuifficeret; quia recuſante creditore recipere pecuniam, ſufficit ſola ablatio uerbalis p tex. ſingu.in l.qui Romæ.in prin.ff.de uerb.oblig.& in c.eum qui de dol.& contu.et c.1.de eo qui mitti.in po.& glo. ulti. in cap. paſtoralis extra de offi.ordi.Bal.in l.1.col.2.uerſi.modo quæro vtrum C.ne li.ter.pro.& uoluit Alexan.in l.ſi ſeruus.ff.de vulga.et pupil.col.2. et Bar.in l.qui ſolidum in prin.ff. de lega.2. et hoc quoque admittit Tiraquel. in eo loco nume.21.ergo tanto magis, ſi vltra oblationem extat confeſsio fidi mercatoris dicentis habere pecuniam penes ſe. Aut fuit facta confeſsio extra iudicium non de mandato iudicis,nec pręceden te oblatione uerbali ,et recuſatione creditoris, ſed ſola cõfeſsio fieret per fidum banchum;et tunc idẽ eſt dicẽdum ac ſi fuiſſet facta in iudicio,uel de mãdato iudicis, et ita ſeruatur hodie in omnibus par-
49 tibus Regni. Item eſt aduertendũ ꝙ depoſitum pretij cenſus redimendi debet eſſet integrum, ad effectus ne cenſus currat à die facti depoſiti, alia's vno nummo deficiẽte cẽſus curreret,et emptor nõ tenetur retrouendere. uoluit Cepo. in conſ.46.col. 2.uerſi.præterea etiam ſi appareret,et ſequitur Iaſ. in authen.qui rem colum.5. C.de ſac. ſan. eccle. et in l.ſancimus col.3.verſ.8.extende. C. de iudi.pro quo facit id ꝙ tradit Angel. in l. acceptam colum. 1.2.nota.et ibi Saly. col.2.uerſic. conſtat autem et Paul. Caſtren.col.1.C. de vſur. quòd ſi in obligatione totius pretij et vſurarũ deſit vnus nummus, nullus effectus inducit ex oblatione per l.quandiu. C.de diſtra.pig. et ſequitur ultra omnes latiſsimè And.Tiraquel.ubi ſupra nu.23.cum ſequen.quòd quidẽ dicit eſſe intelligendũ ſi ſciẽter omiſſus eſt il le nummus,at ſecus ſi per errorẽ calculi, uel igno-

ranter fuerit omiſſus, nam tunc nocere non debet per tex.in l.quamuis.ff.de cõdi.et demon.ſed hoc, dicit ipſe habet locum quando tractatur de excuſatione pœnæ,tunc enim uerum eſt ꝙ error in tam modica re excuſat à pœna, ſed quo ad effectus, ut emptor teneatur retrouendere pro non integro p̄tio,hoc quidem dicẽdum non eſt. ego autem in caſu noſtræ materiæ cenſualis, dico quòd ſi factum eſt depoſitum deficiens, & non integrum ſcienter, & ex induſtria, ꝙ emptor non tenetur retrouendere (niſi uellet redimere partem cenſus per allegata in ſuperioribus locis) & cenſus currit donec,& quouſq; integrum pretium non fuerit depoſitatũ; Curritt etiam tempus datum, & præſtitutum reuenditioni, per allegata in ſuperiori loco,ſi uerò ex errore depoſitum non integrum fuerit factum,tũc non currit cenſus a' die depoſiti,nec currit tempus reuenditioni præſtitutũ. tenetur tamen emptor retrouendere, ſi conſtito de errore depoſiti non integri offeratur in promptu partis deficiẽtis ſolutionem fieri.

40 Et ſi contigerit facto depoſito emptores abſque iuſta, & leg.cauſa recuſare depoſitum recipere, & facere retrouenditionem, et iſtointerim depoſitum pereat, debet perire periculo, et riſico ipſius emptoris, ſecus ſi ex iuſta et legitima cauſa recuſaſſet recipere dictum depoſitum per.l. qui decem in princip.et l.creditor oblatam in princip.et ibi.Bar.et Doc.ff.de ſolu. & l. 1.C.de ſuſcep. et Archi.lib. o.et in l Acceptam.et ibi Bart. col.2. C.de vſur.Rapha.et Pau.de Caſt.in l. qui Romæ. in princip.ff.de verb.obli.ubi intelligunt ita demũ prædicta procedere ſi depoſitum factum ſit congruo loco, et tempore, aliàs ſemper perit conſignãti quòd quidem ego ſubintelligo niſi deponens feciſſet

ciſſet id quód quilibet diligens paterfamilias, & ſagax feciſſet; & taliter feciſſet, ut erat conſuetum fieri in illo loco in ſimili caſu, licet leges aliter diſponant de modo faciendi depoſitum.
51 Alias autem ut depoſitum legitime fiat, debet fieri authoritate iudicis, uel in ſacris Aedibus, alias ſi fieret penes aliquem mercatorem electum per ipſum deponentem non legitime' erit factum depoſitum, ſecundum Bartolum in l. acceptam paulò ante finem. C. de uſur. ut refert Tiraquellus. ubi ſupra. §. 4. gloſſ. 7. numero vndecimo. dicit tamen quòd contrarium tenuit ipſemet Bartolus in l. ſi ſoluturus. ff. de ſolut. ſed ſalua pace ipſius, quià Bartol. non tenuit contrarium, ſed idem quód dixit in d. l. acceptam, nam dicit quód electio mali depoſitarij eſt in culpa, & ideo' eſt periculum eligentis, & ideo' eſt tutius quód fiat depoſitio apud ædem ſacram, uel apud aliquem, quem declarauerit iudex ſecundum formam. l. acceptam. C. de uſur. & ſic uides Bartol. ſibi ipſi non contrariari, & licet ſubdat ipſemet Bartolus in eo loco quód putat quód ſi quis eligeret nummularium talem, de quo omnes diligentes communiter confidiſſent, ſatis eſſet, ut non poſsit imputari culpa, argumen. l. eum. §. fina. ff. commò. non ex hoc poteſt dici tenere contrarium eius quod tenuit in dicta l. acceptam, quia exceptio firmat regulam, & non deſtruit per iura uulgaria, & id quod dicit Bartolus in dicta l. ſi ſoluturus. ſequitur ibi Alexand. in addi. quod ſequitur Bald. in dicta l. acceptam. quaſt. 9. C. de uſuris ubi firmiter tenuit, quòd iuri eſt ſatisfactum ſi depoſitum fieret apud fidum mercatorem, Tiraquellus vero' tenet oppoſitum quód niſi fieret apud iudicem, uel mā-

dato ipſius, aut in ædem ſacram, non legitime dicitur fieri depoſitum, allegat ita tenere Alexand. in addi. ad Barto. in dicta l. ſoluturus, & ſi uidebitur tenere idem quod Bartol. ibi, & ita etiam tenuit in additio. ad Bald. in dicta l. acceptam. refert etiam hanc ſuam opinionem tenuiſſe Alber. in dicta l. acceptam, & quod dicit ſe de facto obtinuiſſe, quod quidem in libro meo minimè dicit, hanc etiam opinionem dicit tenere Bald. in l. ſi reus paratus. ff. de procur. ſed dico quod minime tenet ibi contrarium eius, quod tenuit in dicta l. acceptam, nam ibi dicit quod ſi non reperitur perſona cui fiat oblatio pecuniæ, debet adiri iudex, & coram eo, uel eius mandato debet fieri depoſitum, quod quidem nec Bald. in d. l. acceptam, nec Bart. in d. l. ſi ſoluturus, nec alius negare poterit; nec etiã negant, ſed an ſi fieret depoſitum penes fidum mercatorem ſeu nummularium. hoc aperit Bald. in dicta l. ſi reus paratus, an ſit legitime factum, vnde de hoc ſtandum eſt eius dicto in d. l. acceptam, poſtquam expreſſe contrarium non reperitur tenere, & quod legitimum ſit depoſitum factum penes fidum mercatorem, tenuit Angel. in l. ſi à bonæ fidei. ff. de rei uendi. quem ad hoc allegauit Alexand. in additio. ad Bartol. in dicta l. ſi ſoluturus, cuius Ange. verba formalia hæc ſunt (Not. non imputari ei qui credit homini integræ opinionis reputato, & facit multum pro tutoribus & curatoribus qui depoſuerunt pecuniam minorũ apud campſores, ad quorum fidem communiter currebatur, ut non teneantur perditis pecunijs per fugam, & ceſſationem dicti campſoris.) Ad quod dicit facere text. in l. pignus. ff. de pigno. actio. & dicit eſſe caſum in l. ſi res pupillaris. ff. de admi. tuto.

&

& pro hac opinione faciunt ea quę congerit Tiraquell. ipſemet in tracta. de nobilita. in capi. 20. numero 27. cum pluribus ſequentibus, & hanc opinionem teneo maxime, quia ex conſuetudine, & paſsim depoſita hodie fiunt penes mercatores & 52 nummularios. Item aduertendum eſt quòd depoſitum debet fieri abſque conditione, & liberè, ut legitimè factum dicatur, ſecundum Bartolum in dicta l. ſi ſoluturus. in fine. ff. de ſolut. de quo per Franciſ. Curt. in conſil. trigeſimonono. tertia col. verſicu. nec obſtat, & per Alexand. in conſil. 26. in ſexto libro. ultima. colum. quod quidem intelligo procedere quando apponeretur in aliqua cõditione illud ad quod de iure nõ ſtringitur ille pro quo fit depoſitum, alias ſi id quod ponitur in conditione deberet adimpleri per eum, ante receptionem depoſiti, non cenſeretur tunc depoſitum conditionale; vt bene ſentit idem Fran. Curt. ubi ſupra ſi recte ponderetur; verbi gratia ſi diceretur; non liberari depoſitum niſi factis debitis cautelis, et excomputatis omnibus quantitatibus, receptis uel aliter, conditio enim quæ tacite ineſt non habetur pro conditione. l. conditionibus. §. hæc ſcri-
53 ptura. ff. de condi. & demonſtra. Quid enim ſi ruſticus, miles, uel mulier non fecerint legitimè depoſitum, an reſtituantur in integrum. Iaſ. in l. 1. colum. 55. C. de imphyteo. tenet quòd non, quia hi non reſtituuntur niſi in caſibus exceptis. l. penul. in princ. in quibuſdam cauſis. ff. de iur. & fac. ignorã. & not. in l. ulti. et ibi Alber. & alij. ff. de condi. ſine cauſ. & glo. in §. ulti. 2. q. 4. Fulgo. Roma. & alij in l. iuris ignorantia. C. qui admit. Roma. conſil. 125. mater & vxor, & conſi. 506. in re præſenti. col. 2. Fel. in c. quoniam uterq;. in ult. no. de ſimo. et ita ẽt

tenuit Tiraquel. in titu. de retraict conuentionel. §. 4. glo. 7. nu. 13. quo ad terminos ſuæ conſuetudinis, licet cōtrarium tenuerit V ber. de bob. & poſt eum Alber. à Roſa. in l. 2. C. de iure emphy. nu. 4. per. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſ. omnium iu. Ego autem in terminis noſtræ Pragmaticæ teneo indubitanter reſtitutionem dari, & concedi per allegata per me in ſuperioribus in ea quæſtione, an concedatur reſtitutio minori, ſeu etiam maiori aduerſus tempus præfinitum ad retroemendum. ad quę dicta me remitto nam nullum præiudiciū eſt parti, poſtquam ei reſtituitur pecunia ſua cum expenſis, uel ſaltem iudicandum eſt tale prǽiudicium modicum, ut tenuit Alber. in l. quotiens. C. de præ. impe. offe. & habetur in c. quæ in eccleſiarum extra de conſti. in antiquis, Item quandoq; à iure communi receditur, ut res priorem ſtatum aſſumat, & induat, ut eſt gl. in l. ſi unus. §. pactus ne petei et. ff. de pact. & eſt glo. notabilis in capi. ab exordio. 35. diſtinc. quæ docet nemini iniuriam fieri, ut quis ad priſtinum ſtatum reſtituatur, & per Fely. in c. cum acceſsiſſent extra de conſti. nec uera uidetur ratio Iaſ. ꝙ non ſubueniatur ruſtico, & mulieri niſi in caſibus exprǽſsis nam in contrarium eſt tex. in l. diuus. ff. de in inte. reſti. quam ad hoc propoſitum allegat Mauri. in trac. de reſti. in inte. c. 348. ubi habetur reſtitutionis auxilium non ſolum in caſibus exprǽſsis concedi, ſed etiam ubicunq; ſuggerit æquitas, & hoc tanto magis procedit in Regno, cum minor & mulier ęquiparentur quo ad beneficium reſtitutionis in integrū

54 per conſti. obſcuritatem. Eſt quoq; notandum quòd ſi uenditor facto depoſito uoluerit illud reaccipere penes ſe, poteſt antequam emptor declaue

rit uelle ſe recipere, ſecundum Bart.in l.acceptam paulo ante fi. per illum tex. ibi Pau.& Saly. col. 1. & Ang. in 4.not.C.de uſur.& Bald.in l. ult. in fi. C.de com.ſer.ma.& Philipp.Dec.in conſ. 443. in caſu propoſito. col. ult.uerſi. in dubio, & uoluit Tiraquel. in trac. de utro.retra. in titu. de retraict conuentionel. §.4.gloſ.9. q̃ quidem primo intelligit quando ſua ſponte depoſuit, ſecus ſi iudex cũ coegit deponere apud ſequeſtrum lite pendente, ut plerunq; fit, nam tunc is repetere non poteſt niſi lite finita, & aduerſario uicto.ſecundo intelligit ut procedat quando quis depoſuit ex ſolo ipſius deponentis conſenſu, ſecus ſi ex conſenſu utriuſq; partis altera earum depoſuit, nam eo caſu nõ poteſt repeti depoſitum, niſi finita cauſa ob quã fuit factũ depoſitũ, uel niſi ſtet per alium, quominus ſit finita; itẽ intelligit niſi uſurarius depoſuerit pecunias, aut etiam aliud quippiã pro reſtituendis uſuris apud alium, nam non poteſt pœnitere, nec depoſitum repoſcere, ego autẽ licet paſsim Doct. tranſeant cum hac opinione, ſemper dubitaui de huiuſmodi dicto, & credo dicta doctorum procedere ſanè quando uenditor non feciſſet citare emptorem ad retrouendendum, & q̃ deberet penes ſe recipere depoſitum,& nõ fuiſſet in mora declarandi uelle depoſitum. Nam licet a principio fuiſſet in mera poteſtate uenditoris non deponere pecuniam, tam ea depoſita,& emptore intimato,ut reciperet depoſitum, & eo non exiſtente in mora, non uidetur in poteſtate ſua recipere depoſitum, niſi expreſsim renuntiet iuri ſuo per tex. in l.nemo poteſt. ff. de reg.iur.pro quo facit id q̃ notauit Io. de Imo. in c.interpoſita.§. ille deniq; de appella. ubi ponit quæſtionẽ de eo qui appellauit à ſen-

tentia, demũ uult renuntiare appellationi qui poteſt (ſecundũ eum)renuntiare ante citationem factã parti aduerſæ,ſed poſt citationem factam non põt,quia effecta eſt appellatio cõmunis,ut plenè ꝑ ſcribentes in d.§.ille deniq;.& habetur per Afflict. in conſti. Appellationũ tempora in fi. per citationẽ enim tenent ibi omnes Doct.rem fieri communẽ, ſed nos habemus,ꝙ quando quis promiſit retrouẽdere,& ille promiſit retroemere,ꝙ eo caſu uẽditore non retroemente, põt cogi,ut retroemat,quia illud pactum de retrouendendo eo modo factum eſt cõmune,et ex conſequenti non poteſt una pars renunciare in præiudicium partis, ut habetur per Paulum de Caſtro in l. ſi hęres.§.ſi tamen. ff.de eo quod certo loco, & plenè per eundem Tiraquellum in fine tracta.numero 102. ea ratione quia pactum eſt commune, ità pari modo dicendum eſt in caſu noſtro, quia per citationem depoſitam uidetur factum contemplatione utriuſque partis, & effectum eſt commune, ius enim mihi quæſitum ſine facto meo auferri non poteſt l. fina. ff. de pa-
55 ctis. Item pro hoc facit quia citatio facit reſcriptum prę ſentatum eſſe commune,quod ante citationem non erat commune, etiã ſi erat præſentatũ quo caſu poterat retrahi,& lacerari,ſecundum Hoſti.Io. And.& Doct.in c. ex conquęſtione de reſti-
56 tu.ſpoli. Item citatio inducit litis pendentiam ad effectum impediendi innouationem lite pendente, ſi facta eſt exprę ſſo eo ad quod citatur ut poſsit inſtrui,& ſi eſt facta congruo tempore, & à competenti iudice,& peruenit ad notitiam citati; uel per eum ſtetit ne perueniret,ut eſt tex.in Clemen. ſecũda,ut lite pendente,& ibi not.Cardi. ſic ergo,ſi per citationem inducitur pendentia litis,ut nihil lite pẽ-
dente

dēte innouetur,ſequitur ꝙ facta citatione, & intimata non poteſt innouari,ut repetatur depoſitum; & ita teneo ſaluo ſemper meliori conſilio cui me
57 ſubijcio. In eodē quo ſupra loco Tiraq.in gl. de cima.§.4. ſubijcit quæſtionem de eo qui depoſuit pecuniā,& deinde recipit depoſitum & cōuertit in vſus proprios,an uideatur renūtiare iuri redimēdi? & dicit ꝙ ſic,& dicit eſſe caſum in l.debitor, & ibi Floria.ff.de uſu.& l. 1.in fi.& ibi Bal.& Angel. C. qui potior.in pignor.habeantur,& l.ſi priuſquam. C.de diſtr.pig.& dicit uoluiſſe gl. in l. ſi creditrici. C.de uſur.Hoſt.in ſumma.in rub.de obla.§.1.uerſ. item neceſſe eſt,& Bal.in l.obſignatione.C.de ſolu.cū alijs de quibus per eum. Ego autē puto contrarium eſſe de iure uerius, nam aut quęrimus ſi facto deponens cōuertat depoſitū in uſus ſuos, tempuſque præſtitutum reuenditioni effluxerit, ita ut ex toto ſit elapſum tempus datū ad retrouendendū,et eo caſu dico renūciatum eſſe iuri redimendi, non tantū pro repetitionē depoſiti ſed per lapſum temporis, nā eo caſu depoſitū poſtq̄ fuit repetitū & conuerſum in proprios uſus deponentis habetur pro non facto,et ſic non facit ut tempus nō currat,nec habet priuilegia depoſiti, et in iſtis terminis loquitur tex.in d.l.debitor, dum dicit ꝙ ex tempore accepti depoſiti currunt uſuræ,& ita etiam loquitur text. in d. l. 1. C. qui pot. in pigno. hab. & ibi Bald.& Ange.Aut loquimur utrum per ſolam repetitionem depoſiti uideatur renunciatum iuri redimendi? & proculdubio dicendum eſt quòd nō, quia poteſt ſi largiantur tempora iterum deponere, poſtquam primum depoſitum habetur pro nō facto, nam ſi feci depoſitum ante tempus, poſſum repetere iure permittente depoſitum.l. 1. §. ſi

ſic depoſuero,& ibi Bart.ff.depo. repetens autem in illud tãtum periculum incidit, vt depoſitum habeatur per non facto, adeò quòd ſi iterum nõ fieret intra tempus,cenſetur renunciatum iuri redimẽ
58 di & ita intelligo procedere prædicta. Et ſi emptor fuerit in mora retrouendendi, proculdubio à tempore moræ non tenetur uenditor ad cenſum; per tex.in l.2.C.de pac.inter em. & uen. & uoluerunt Guliel.Cu.in l.petens.& ibi Bal.col.vlti.verſicu.quæro de duobus.C.de pact.Bart.Alex.& alij
59 in l.qui Romæ in prin.ff.de verbo.oblig. Tenetur tamen ſoluere cenſus præteritos, immò redimens ante tempus conſtitutum ſolutioni cenſus,tenetur ſoluere cenſum eius anni integrum,argum.l. qui Romæ in princ. ff. de uerb.obli. & eius quod uoluit glo.in l.qui pecuniam.ff.ſi.cer.peta. & facit etiam text.in l. à uobis.ff. de annu.legat. attamen. Guido Pap.in deci.27 r.ſi debitor dicit quòd de cõſuetudine illius patriæ Delfinatus, ſeruatur ut ſi p duos uel tres menſes redimatur cenſus quod non tenetur ad aliquem cenſum ipſe redimens,ſed Cagnol.in repe.l.2.C.de pac.inter emp.& uen.nu.77. tenet contrarium, concludens in effectu quod tenetur ad cenſum pro rata temporis,& ita practicatur hodie, quod quidem intelligo procedere niſi factum eſſet pactum de retrouendendo in fine duorum annorum, quia tunc emptor lucratur cenſum integrum pro illis duobus annis,licet uenditor uelit redimere ante,niſi emptor conſentiat retrouen-
60 ditioni ante tempus. Nunquid autem minor emens annuum cenſum; poſsit ex interuallo facere pactum de retrouendendo ſine decreto & uidebatur dicendum quod non, per tex.in l.ſi ad reſoluendam.C.de prædi. mi.eum.n.text. intelligit ibi

gloſ.

gloſ.in uerbo emiſit, cum pactum fiat ex interuallo, & facit etiam tex.in l. 1.C. quando decre. opus non eſt, & ita concludit Do. Tiraquell.in fine tracta.nu. 1. Ego.autem in terminis noſtræ Prag.teneo contrarium, quod tam incontinenti, quam ex interuallo minor, & Prælatus ſine decreto, & non ſeruatis ſeruandis poſſunt huiuſmodi pactum de retrouendendo facere, & me mouet ea ratio, quia iſtud pactum prouenit ex huius l. diſpoſitione, & tendit ad ualidandum contractum ipſum cenſualem, quia (ut ſupra dixi) ſine dicto pacto contractus non eſſet ualidus, & ſic minor & Prælatus faciendo tale pactum uidentur potius geſsiſſe rẽ utilem & expedientem quàm aliter, læſus.n.non poteſt dici minor propter dictum pactum, cum fecit id quod de iure facere tenebatur. l.inter eos.§.cum
6 inter.ff.de fideiu.& ibi ſunt Concor.in gl. ſſ. An autem minor ipſe, vel Prælatus poſsint ſine decreto & debitis ſolẽnitatibus prorogare terminum præſtitutũ reuenditioni? in quo Tiraquel.in fi.trac. nu. 17. & 18. videtur quod non poſsint, mouetur quia ſi dubiũ eſt an tutor, curator, aut quiuis alius adminiſtrator, poſsint prorogare debitori pupilli uel minoris, aut alterius cuius adminiſtrationem gerit, tempus ſolutioni debiti præſtitutum, ut habetur p Doc.in l.qui Romæ.§.calimacus.ff.de uerbo.obli.in quo affertur modicum præiudiciũ, quia non aufertur.§.libertas, & ibi glo.inſti.de ſingu.re. p fideicõ. relic. quanto magis dicendum eſt in prorogatione pacti de retrouẽdẽdo per quam immobilia alienantur, non poſſe fieri. Ego autem puto minorem, & Prælatum poſſe terminum præſtitutum reuenditioni nondum elapſum, prorogare ad lõngiorem dilationem, nam in caſu noſtro cen-
ſuali

ſuali nō poteſt conſiderari aliqua læſio pupilli, minoris,ſeu Prælati, quia à principio non emerunt cēſum, nec emere poterant liberè, ſed cum dicto pacto de retrouendendo,quod quidem ex diſpoſitione legis fieri debebat, & ſemper in mente contrahentium fuit, & præſumitur fuiſſe dictum cenſum perpetuò non duraturum penes ementes ipſos, & licet prorogare terminum præſtitutum, ſit ex gratia prorogantis, tamen quia & ſi ter.eſſet elapſus (vt ſupra concludebam),adhuc intra modicum tēpus admittitur uenditor ad redimendum : ergo p̄dicti ter.nōdū elapſum poſſunt prorogare,ad modicam tamen dilationem, ſtante quia de iure etiam abſque prorogatione admitteretur uenditor ad redimendū ſaltim p uiā reſtitutionis in integrum, ut ſupra dixi, & ſic facere id quod à iure conceditur non affert læſionem, per l.inter eos.§. cum inter.ff. de fideiuſo.immò facere prorogationem eſt actus laudabilis & commendandus quia per eam exoneratur conſcientia, quia nulli dubium eſt quod venditor propter dictum pactum minori pretio uendidit illū cenſum, quam uendidiſſet libere abſque pacto, item quia (ut ſupra dixi) ſi poſſunt apponere pactum de retrouendendo,pari etiam ratione poſſunt terminum præſtitutum prorogare, intelligerē tamen hęc, quando emptio eſſet facta per ipſum minorem,ſeu prælatum , cum dicto pacto, at ſecus ſi per defunctum patrem ipſius minoris, ſeu prædeceſſorem prælatum : cogita tamen.
62 Sed quid ſi minor cum authoritate tutoris & ſeruatis ſeruandis vendiderit Annuum cenſum cum pacto de retrouendendo , an ſine ſolemnitate & decreto minor cum authoritate tutoris poſsit huic pacto renūtiare? Alexan.In ſimili in conſ.27. attentis narratis

lib.3.

lib. 3.col.vlti.verſicu. plus uidetur, dicit exequutorem teſtamenti qui rem immobilem hæredis pupilli vendiderat.cum hoc pacto, non poſſe ei pacto renunciare, nam idem iudicandum eſt de actione ad rem ſicut de ipſa re.ſecundum gloſſ. Bart. & Alios in l. 1. C. ſi aduer. tranſa. & ita concludit Tiraquell. ibidem nume. 19. quod quidem abſque dubio pu-
63 to uerum. Sed an minor poſsit Alteri uendere hoc ius redimendi quod habet ex pacto patris? et dicendum eſt quod non abſque decreto et debitis ſolemnitatibus requiſitis in alienatione rerum pupillarium. ſecundum Alexan. in conſi. 27. attentis
64 narratis col. 2. uerſ. plus uidetur lib. 3. An autem valeat pactum quod ius redimendi non poſsit uendi, ſeu cedi alteri? & uidetur quod tale pactum ualeat, & fieri poſsit, nam contractus, ex conuentione legem accipiunt l. 1. §. ſi conueniatur. ff. depo. & ita uoluit Cagno. in repe. d. l. 2. C. de pact. inter emp. & ven. col. 8. uerſi. limita niſi pactum, ad quod quidem facit id quod uoluit Guil. Pa. conſi. 8. ex facti narratione, in 1. dubio, vbi uoluit, quod ſi in uenditione dictum ſit, ne uenditor poſsit id ius redimendi ei conceſſum, alteri uendere, quin ipſe emptor alteri præferatur, ualeat iſtud pactum, ex eoque aſtringitur uenditor præferre emptorē Alteri: & ſi aliter fieret, impeditur alienatio, & ita refert fuiſſe iudicatum in curia parlamenti Delphi. & in deciſio. 569. pactum, & ita tenuit Andr. Tiraquell. de vtroque retra. gloſſ. 3. §. 16. folio mihi. 627. numero quadrageſimotertio. Ego autem diſtinguerem, nam aut emptor nullo iure nec aliqua ratione arctabatur ad faciendā promiſsionem uēditori de retrouendēdo, et tunc ſi facit poteſt eam promiſsionem limitare & diſtinguere prout ipſe uoluerit per l. uideamus. §.

iurare,

iurare, & l. in actionibus. §. 1. ff. de in lit. iuran. & hac ratione vtitur Tiraq. ubi ſupra, at ſi cōtractu, uel aliter aſtringitur ad faciendum dictum pactū, prout in contractu cēſuali, ſecundum formam huius Prag. tunc dicerem ꝙ tale pactum, quòd alteri non poſsit cedi facultas redimendi, non poſſet fieri ſimpliciter, ceſſat enim eo caſu ratio ſupra allegata. nam pactum de non alienando id quod proprium eſt, non ualet. l. nemo. & ibi Bar. ff. de pac. et habetur per Specu. in tit. de feu. §. quoniam. verſic. 19. & Alex. in d. l. nemo, & Imol. in l. qui Romæ. §. coheredes. ff. de verb. oblig. & ſine dubio hoc procedit præſuppoſito quòd fiat pactum, ut alteri nō poſsit cedi aut uendi dicta facultas, ſed ſi diceretur quòd uolens uendere aut alteri cedere dictam facultatem, teneatur uendere & cedere ſibi potius quàm alteri, tunc ualet pactum iſtud etiam in cenſu, & ita quam optimè declarat Imol. in d. §. cohæredes, comprobatur per l. dudum. C. de contrahen. empt.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Pretium cenſus quod ſit iuſtum?*
2 *Iudex arbitrabitur quale ſit iuſtum pretium.*
3 *Aeſtimatores ſunt eligendi ad pretium iſtum definiendum.*
4 *Aeſtimatores an debeant iurare?*
5 *Pretium corporis permanentis qualiter ſciri debeat.*
6 *Teſtes qualiter debent deponere de latitudine et longitudine.*
7 *Ripa an debeat menſurari uendito fundo.*
8 *Foſſata debent menſurari uendito fundo.*
9 *Superficies qualiter menſuratur.*
10 *Ripæ montuoſæ qualiter menſurantur.*
11 *Sepes debent menſurari.*
12 *Foſſata qualiter & quando menſurantur.*
13 *Plateæ & loca quæ vadunt ad agrum an menſurantur?*

Domus

14 *Domus qualiter menſuratur?*
15 *Prædium alteri obligatum minus ualet.*
16 *Fundus plus ualet in uno ſitu quàm in alio.*
17 *Pretium rei diſcernitur ex fructuum quantitate.*
18 *Pretiū rei conſideratur ex eo an fundus ſit arboribus plenus.*
19 *Pretia rerum non taxantur ex eo quia aliàs res uendita fuit pro tanto pretio.*
20 *Pretia poſſunt diſcerni ex eo quòd ſolet ſimilis res uendi.*
21 *Menſura ſuper terram nòn eſt poſsibilis quòd fiat.*
22 *Aeſtimatio ueri pretij fit habito reſpectu ad onera adiecta uenditioni.*
23 *De eodem.*
Dominus Author inuehit contra A lex.
24 *Caldaria uendita ad pondus non debet ponderari manica.*
25 *Pretia rerum non conſtituuntur ex affectione ſingulorum.*
26 *Vſura non committitur quãdo eſt conformitas unius ad aliū.*
27 *Vſura an poſsit permitti ad decem per centenario.*

1 VIDISTIS enim ſuperiori loco tex. noſtrum ita tamen contractum cenſualem permittere, ſi pactum de retrouendendo in eo contractu apponeretur, nunc uerò hoc in loco aliud dicit debere interuenire ſcilicet iuſtum pretium, ut annualis cenſus huiuſmodi non excedat decimam partem pretij recepti, hoc enim reputãtem iuſtum pretium. ante autem hanc Prag. nonnulli dicebant ꝙ emere vnum pro quindecim erat iuſtum pretium. per l. ſi quis argentum. §. ſin autem donator. uerſic. in reditibus. C. de dona. alij dicebant quòd 20. pro vno erat iuſtum pretium, per glo. in l. perpetua. in verbo iuſta, quæ eſt ultima. C. de ſacroſan. eccle. quatenus dicit iuſtam penſionem eſſe eam, quæ 20. annis ualorē rei conficit. per text. in §. ſi uerò alicuius eccleſiaſtici, in authen. de non aliena. v. ſi et id not. Ange. et Rapha.

Rapha. Fulg. & Paul. de Caſtr. in d. l. perpetua, & Alij plures ſequuntur quos congerit Tiraq. in tra. de.utro.retra.in §.1.glo.(.in uerbo rentes.num. 19. Alij uero dicebant ꝙ unum pro decem erat iuſtũ pretium, ut habetur per Paul.in ca. ſolum in l.ulti. §.prǽterea colum.2. uerſic.adhuc eſt dubium, C.de iure.do.& in capit.conſultationibus colum. 2.uerſicu.ſed nunquid ualeat extra de offi. dele.& ita re fret Tiraquel.apud nonnullos fuiſſe ſeruatum, & hanc ultimam opinionem (ut uides) approbat hæc noſtra Prag. Et cum hæc Pragmatica arbitretur, & ſtatuat huiuſmodi eſſe iuſtum pretium, iuſtiſsi

2 mum & æquum reputari debet. Aliquando illud dicitur iuſtum pretium quod per iudicem arbitrabitur ſecundum Bald.in l.per diuerſas.C. mã. 12.q.& iudex ſecundum nonnullas circunſtatias, & præſertim ſecundum qualitatem perſonarum debet declarare ꝙ ſit iuſtum pretium, nam ſæpe expedit uni ꝙ alteri non expedit, & id uoluit Bart. in l.non dubium, §.fi.ff. de leg.3.per text. in l.alũno.§.ſi quis ex lege.ff.de fideico.liber.et ultra eum eſt tex.in l.fi.in fi.C.de iure dot.Impe.et tex. in l.ſi qui ex pamphila.§.fi.ff.de leg. 2.et ibi Bar. et not. Bar.in l. 1.ad fi.C.de re.uc.et in l.et ſi equo.ff.de lega.1.et per Abb.in capitu.cum cauſam el ſecundo de teſtibus. et faciunt nota per Barto. et alios in l. unica in fin. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt, poteſt enim inſpicere, et conſiderare iudex rẽ, et ſe informare de eius qualitate ſecundum Alex. in l.pretia rerum ff.ad falcid. et hanc informationẽ poteſt capere a fam liaribus, et domeſticis, ſecundum Do. meum Io. Bolo.in l.uni.C.de ſenten.quę pro eo ꝙ inte.deficientibus tamẽ alijs probationibus; dicit tñ pulchrè D.Abb.in c.cum cauſam ex-

tra de teſti. ꝙ iudex poteſt ſe informare de iuſto pretio, per rei qualitatẽ, per fructuũ quãtitatẽ, per cõem uenditionẽ rei, per oportunitatẽ, et qualitatem loci, & tẽporis, & ſic de ſingulis, & ſi fortaſſe ſecundum dictas qualitates eſſent diuerſæ æſtimationes, media uia eſt eligenda per l. ita vt omnes. ff. man. et ibi not. Saly. & Bal. in l. vnica. penul. col. verſic. quæro ſexto. C. ſi ſer. exter. ubi dicit eſſe notabilem text. & per Bar. in l. diem proferre. §. ſi plures. ff. de arbi. & Fely. in d. c. cum cauſam. 2. colum.

3 Vbi autem iudex non potuerit pretium rei diffinire, et declarare, ſeu ſolus noluerit, ſecũ aſſumere debet æſtimatores et peritos in arte, nam per peritos in arte, poteſt probari; et probatur pretium rei præſtito prius eis ſacramento, per text. in l. hac ædictali. §. is illud. C. de ſecun. nu. et in auth. de nõ alie. §. quòd autem. collat. 2. et eſt practica tradita per Bar. in l. ij. C. de reſcin. uendi. et habetur plenè per Alexan. in l. pretia rerum. ff. ad l. Fal. Et ad id quod dictum eſt, ꝙ periti in arte debent iurare, intellige ſanè qñ iudex eligit, ſed ſi fuerint electi periti de uoluntate partium, nõ requiritur iuramentum ſecũdũ Bart. in l. Theopompus. C. de dot. præleg. et uoluit Fel. in c. propoſuiſti. de proba. et ſic male cum Reuerentia dicebat Do. meus Io. Bo. in repe. l. vnic. C. de ſentẽ. quæ pro eo quod inte. nu. 155. quatenus dicebat ꝙ indiſtinctè æſtimatores electi debent iurare, et ſupra loquebatur de electis à partibus, et à iudice, niſi referas uerba ſua ad electos à iudice, nõ à partibus. Nec mihi cũ Reuerẽtia ſatisfacit practica ſua ibi data, circa electionem æſtimatorum, vt fiat mandatum partibus ad dicendum, et opponendum quare æſtimatio fieri non debeat, quia uera practica quæ in iudicijs uiget hodie quando


pro-

probandus eſt ualor rei, vt fiat mandatum partibus ꝙ eligant appretiatores, vel ꝙ dent liſtam ſuſpectorum, & confida orum, & tunc ipſis non eligentibus, uel diſcordãtibus eligere, data liſta iudex eliget illos quos utraque pars non allegauit ſuſpectos, & ita practicatur ubique nec requiritur fieri mandatum ad dicendum cauſam quare non debet fieri æſtimatio, niſi dixeris requiri dictum mandatum, quando tractatur de probando intereſſe, ,put ipſe loquitur, uel dicas procedere eam practicam quando inter partes eſt differentia an fieri debeat æſtimatio ita, uel ne, eo tñ caſu bene dicit ipſe, & facto illo mandato, & nihil allegantibus partibus ipſis quo impediatur ęſtimatio, tunc fit mandatum ꝙ dent liſtam ſuſpectorum, & confidatorum, ut
4 ſupra dixi. Eſt tamẽ aduertendum quod in caſu quo ęſtimatores eliguntur, & debent iurare, iuramentum præſtandum debet eſſe credulitatis, nõ autem ueritatis, quia uenit ex iudicio intellectus, & ita dicit Do. meus Io. Bolo. ubi ſupra debere intelligi. l. 1. ff. de ven. inſpi. & gloſ. in l. iuſiurandum. ff. de tutel. & rat. diſtra. & Doct. in cap. fraternitatis. de fri. & male. intellige tamen non procedere quando facienda eſſet ęſtimatio ꝑ menſuram, quia mẽſuratores debẽt iurare de ueritate, & non de credulitate, quia poſſunt haberi pretia certa determinata de ipſo facto ſuper quo iuratur ſecũdum Bal. & Alexan. in prima conſti. fforum. §. omnes, & Felyn. in cap. iudicantem de præſcrip. & hoc eſt uerũ ſi tantũmodo prætenditur ſciri menſura, ſed ſi ideo deuenitur ad menſuram, ut ſciatur ualor, puto in eo
5 caſu requiri iuramentum credulitatis. Eſt etiam aduertendum, quod quando tractatur de ſciendo ualorem ad iuſtum pretium corporis continui permanentis,

manentis, ut fundi, uel alterius rei, neceſſe eſt tunc deueniri ad menſurationem, & ideo in ciuitatibus ſtatutæ ſunt certæ menſuræ, & pondera ſecundum quas rerum quantitas menſuratur, et diſcernitur, ut putà ſunt pes paſſus, cantarium, modium, ſtadium, & hijs ſimilia, ut palmus, cubitus pertica, & digitus, & ſic de ſingulis pes habet quatuor palmos ſemipes duos. Et eſt pes triplex ſcilicet porrectus, contractus, & quatratus Porrectus eſt pedalis menſura in lõgum protenſa, contractus eſt pedis menſura in longum, & latum conſiderata. Quadratus uerò eſt menſura pedalis in lõgum, latum, & ꝓfundũ extenſa. Paſſus uerò ſimplex habet pedes duos, & dimidiũ. Paſſus uerò duplex habet pedes quinque. Cantarium uerò continet rotulos centum. Stadius uerò continet octauam partem miliarij, uidelicet pedes. 615. qui faciunt paſſus. 125. Palmus cõtinet digitos quatuor, ſed palmus maior geometricus continet longitudinem quæ eſt à radice iudicis uſque ad medium vnguis eiuſdem digiti. Digitus uerò continet quatuor ordei grana prolatum diſpoſita. Cubitus continet pedem vnum & dimidium, uel habet pedes duos, ſed cubitus magnus continet pedes nouem. Pertica continet decem pedes. Et dicitur pertica quaſi portica à portando. ſunt tamen alia pondera apud antiquos, & modernos etiam in vſu. ut Statera, Quadrans, Drachma, Scrhupulus, Obulus, Semiobulus, Siliqua, Punctus, Minutum, & Momentum, Rotulum, Vntia, Quartum, Barrelis, Quarantenum, Semiquarantenum, Tumulus, Semitumulus, & ſic de ſingulis.
6 Et ſi q̃ratur de menſurando rem per longitudinem, ut fundum, debent ipſi extimatores reddere cauſam ſciẽtiæ optimam, tam ſi producuntur ut teſtes, quam ſi


ut periti aſſumpti, ut ſupra uidelicet quod eſt tantę longitudinis diſtinctę, quia menſurauerunt particulariter, ut docet Bar.in tract.de teſt. in uerbo qualitas, alias ſi dicerent eſſe tantę longitudinis, quia uiderunt, non eſt optima & concludens cauſa ſcientiæ, & ex conſequenti non probarent, niſi eſſet lõgitudo rei parua, ut decẽ pedum, nam poteſt quis iudicio intellectus per uiſum comprehẽdere quod aliqua res ſit longitudinis decem pedum, licet non menſurauerit, nec menſurari uiderit, & ſimiliter ſi indeterminatè quæratur de latitudine & longitudine poteſt teſtis deponere aliquam rem eſſe tantę lõgitudinis, & latitudinis, quia uidit, licet non menſurauerit, nec menſurari uiderit.
7 Eſt tamen ſciẽdum quod ripa fundi debet menſurari cum fundo, ad eo quòd ſi quęratur de pretio fundi, debet etiam extimari & menſurari ipſa ripa, & hoc ſi ipſa ripa eſt arabilis, aliàs non, ſecundum Bart.in tract. Tiberia.in 2.Char.verſi.idem dico de ripis. Bal.verò in rub.C. de cond.emp.4.q. dicit quod aut de ripis fit mentio in inſtrumento ut termini terminantes excluſiuè, & tunc nòn menſurantur, aut incluſiuè, & tũc ſi in ripis conſiſtit utilitas notabilis quantitatis, puta quia ibi eſt Salycetum ita quod eſt ueriſimile quod uenditor non fuiſſet gratis conceſſurus, tunc dicit quod ripæ debent menſurari, de quo per eundem Bald. in l. riparum.ff.de rer.diui. ubi poſt multa idem tenet, & Bald.in rub.ff. de re.diui. & ꝑ Spec.in tit.de emp.& uen.§.ſciendum ad fi.uerſi. ſi uerò minus. in quibus etiam locis dicunt quod uendito fundo cenſetur uendita ripa quæ adiacet.
8 Item uendito fundo debent menſurari foſſata priuata, quæ inter agrum ſunt, & menſurabuntur in ſuperficie, per text. in l prædia martiana,§.ſi ita.
ff.de

ff.de fun.inſtru.& ita uoluit Bald. in rubri.ff.de re. diuiſio.nume.26.& menſurabitur omnis terminus terminatus, ſed non terminus extra terminans ſecundum eundem Bald. ibidem. Et ſi contigerit tractari de mẽſurando ſuperficies montis, uel ſemi circularis, hoc modo menſurabitur, nam ſi quis ſcire uelit continentiam ſuperficiei, debet multiplicari medietas circunferentiæ in medietatem diametri, & productum dabit aream, ut gratia exempli, ſit circulus, cuius circũferentia.44.& Diameter.14. erit area. 154. aut ducatur Diameter in ſe, productum multiplica. per 11. producti decimaquarta pars erit area; uel ducatur Diameter in circunferentiam, producti quarta pars erit area quæſita, quod ſi ſola circunferentia nota ſit, multiplicetur in ſe, & productum rurſum multiplicetur per 7. productũ diuidatur per 88. & patebit area. ſi autem ex area nota, ſcire uolueris circunferentiam, multiplica aream per 88. a producto tolle partem ſeptimam, huius latum quadratum erit periferia quæſita, ut ſequenti ſigno colligitur.




Si verò Semicirculi area quanta ſit ſcire velis, hoc ordine reperies, nam multiplicetur baſis per ſemidiametrum, productum rurſus per 11. ducatur producti decimaquarta pars aream dabit. verbi gra-


tia eſt ſemicirculus, cuius baſis eſt.28. ſemidiameter.14,erit area.308,ut hoc ſigno patet.



Et hæc uolui tantum dicere de menſuratione ſuperficierum, licet multa alia eſſent dicenda quę relin-
10 quo geometris. Et quia ſupra dixi ripas debere menſurari,quæro qualiter menſurantur ripæ montuoſæ,ut ſciatur area ſuperficiei mōtuoſæ? & in hoc eſt ſciendum quod debet conſiderari circuitus uerticis, & ſimiliter pedis & aſcenſus, quo facto iungantur circuitus pedis, & circuitus uerticis producti medietatem accipe, quam per aſcenſum multiplica, & productum oſtendit quæſitum,exemplū, ſit mons,cuius uerticis circulus ſit.300. pedum,circulus pedis ſit.1000.pedum, aſcenſus uerò ſit.800. pedum, erit area tota.520000. pedum,300. Et ſi mōs in circuitu uerticis medietatis, & pedis multum diſcrepauerit, ita vt quaſi piramidaliter aſcēdat, tūc colligi debet numerus circuitus pedis medij, et uerticis in ſummā vnā, cuius tertiā partem per aſcenſum multiplica, & patebit quæſita area, ut ſi circuitus pedis ſit pedum.2500. circuitus medius.1600. circuitus verticis.100.aſcēſus uerò.200. area erit.2800000. pedum, ſi verò mons



mons in aſcenſu ſimiliter, et in circuitibus inęqualis fuerit,indaganda eſt area alia uia,nam debet iũgi circuitus pedis circuitui uerticis producti accipiatur medietas,& ſic aſcenſum colligas, colecti medietatem ſumas, hanc per priorem medietatem ſumas multiplica, & productum area dabit,nã ſic mons cuius uerticis ſit.200. circuitus pedis.1400. aſcenſus lõgior, aſcenſus breuior. 750.erit area. 640000. & hæc ſufficiant.



Eſt etiam ſciendum quod
11 debent menſurari ſępes.i. tertia illa in qua ſunt ſæ-
12 pes ſecundũ Bal.l.riparũ.ff. de re.diui. Itẽ eſt aduertendum ꝙ foſſata quæ ſunt extra ſæpes.1.iuxta ſæpem & uiam publicam nõ menſurantur:licet ſeruiant fundo. ſed ſi eſſent intra fundum menſurari deberent,(ut dixi ſupra)ita uoluit Bal.in l.riparum.
13 ff.de re.diui. Item plateæ & loca quæ uadunt ad agrum meum,quem uendo ad menſuram non debent menſurari, & eſt ratio, quia non ueniunt in comertio, uel contractu, ut ff. de de peri. & co.rei uendi.l.id quod.§.1. & uoluit Bald.in rub.C.de cõ
14 trahen. emp.4.q. Si uero tractatur de menſurationibus domus & approbatio. & tunc quia domus conſiſtit ex parietibus, area, & tecto.l.ſolum. ff.de rei.vendi. & Barto.in l.1.§.deinde.ff.de.cloa. & tunc debent menſurari parietes, & appreciari quid intecto,quid in tignis, alijsq; cementis, potuerit expendi,quid in fundamentis, quid in area, & quid in ſitu, ſecundum conſuetudinem regionis, & ſic de facili habebitur notitia pretij domus. Item debet conſiderari an ſeruiat, vel libera ſit, quia minori pretio extimanda eſt propter ſeruitu-

15 tem quam ſi eſſet libera, & ſic deſingulis. Nam habitis menſuris domus & fundi, quorum iuſtum pretiũ ſciri prætẽditur, debet cõſiderari ſi fundus ſint alteri uel domus obligati, et ſi cũ ſeruitute uendãtur vel ſine, uel cum aliquo redditu, uel cũ pacto de retrouendẽdo uel ſine, nã res minus ualet, & puls ualet, habito reſpectu ad obligationes, ſeruitutes et onera, comoditates et dilationes datas adſoluẽdum pretium, & hiis ſimilia, ut habetur in l. fundi partem, ibi ideo filius fundum uendidiſti, & ibi gl. in d. verbo uẽdidiſti. Ibiq; Bal. & Saly. ff. de cõtra. emp. & eſt optimus text. in l. ſi uẽditor. §. ſi quid emptor in fi. ff. de ſer. expor. ex quo Bal. no. rẽ uẽditam cum aliquo pacto minus ualere, quã libere uenditam, & dixi ſupra in uerbo. inſtrumento
16 gratiæ. Item debet conſiderari in qua regione. contrata, ſeu ſitu, eſt fundus, uel domus; nam plus ualet fundus, uel domus in uno loco; quam in alio & ſic de cæteris rebus, ut habetur per Doct. in l. 2.
17 C. de reſcin. uend. & maxime per Ang. Item debet Conſiderari cuius reditus ſit', nam pretium rei & eius ualor extimatur & conſideratur ex rei qualitate, & reddituum quantitate, ut probatur in l. ſi
18 quos. C. de reſcin. uen. & ibi no. Ange. Debet ẽt conſiderari an fundus ſit arboribus & uitibus, ac aliis fructibus bene munitus, uel ſi ſit aptus ad ſeminandum; ut docet idem Angel. in d. l. ſiquos. C.
19 de re. uen. Item eſt aduertendum quod non debet haberi reſpectus ad pretium quo alias fundus uel domus emptus fuit: quia non ſequitur res tali pretio empta fuit tali tempore, ergo tantum ualet quia ex uarietate temporis uariantur pretia rerum ut habetur in l. alienus. §. corpora. ff. ad l. fal. & ibi
20 not. per Alex. Item poteſt haberi reſpectus ad id quod

id quod alij fundi ſimiles & in eadem contrata tanto pretio uendi ſolent; ſecundum gloſſ. in l. 2. C. de reſcin. uendica. ſed hæc eſt probatio coniectu ralis, non plena; ſecundum Bal. ibi. in pen. colum & ideò cum miniſterio dixi poſſe haberi reſpectũ.

21 Item eſt aduertendum quòd ſi fortaſſe fundus non patiatur per terram ex loci diſpoſitione ad me ſurandum, quia forte' paluſtris uel ſpinoſus ſit, tũc per aerem menſurabitur. quę menſura ſit cordul per directum traſducta, tamen eſt poſsibilis mena ſura cuiuslibet diſtantiæ per aſpectum. ſed hoc nõ omnibus, ſed geometris tantum. ſi de hoc determinatè loquimur. Indeterminate uero eſt commu niter cognoſcibile ſecundm Bart. in trac. de teſti.

22 num. 55. in uerbo uicena. Et adeo uerum eſt id quod ſupra dixi, quod minori pretio extimanda eſt res quæ uenditur cum aliquo onere, quam extimatur illa quæ liberè & francha uenditur, quòd ſi in uenditione eſt adiectũ pactũ de retrouẽdẽdo, licet nõ ceſſet remediũ. l. 2. C. de reſci. uen. ex dicto pacto ut poſt Odo. & Nicol. Macta. uoluit Bal. in d. l. 2. in 8. q. & ibi. Saly. col. 4. in 9. q. Pau. Ca. col. 2, 4. limi. & Imol. in ca. cum cõtingat col. 5. 7. uerſ. 3. caſu quando dubitatur extra de Iur. iuran. tamẽ ad reputationem extimationemque iuſti pretii in caſu d. l. 2. id conſiderandum eſt, quòd tale pactum minuit ualorem rei, ut ad hoc propoſitum expreſſe declarat Pano. in d. cap. ad noſtram colum. 2. in in 2. caſu de emp. & uen. & Roma. in d. l. ſiquis cũ aliter ubi ſupra, & Socy. in dicta l. prima. §. ſi hæres. ff. de ſena. treb. & conſi. 57. in cauſa reſtitutionis lib. 4. & Philipp. Dec. in conſi. 308. In caſu ad nos traſmiſſo. Vbi ex hoc dicunt quòd quis probando ſimpliciter pretium rei uenditæ, nõ de-

bet obtinere in remedio d.l.2.quando fuit appoſitum pactum de retrouendendo,ſed debet probare pretium rei uenditæ cum hoc pacto, & idem dicendum eſt de aliis oneribus & pactis ac conditio
23 nibus quibus oneratur res uendita. Item eſt aduertendum quod dicit Do.Alexand. in l.pretia rerum.ff. ad.l.fal.ex mente Ange.quòd res plus ualet ſi ematur abſque grauamine uenditoris, vel cũ minori grauamine quam fieri poteſt,pro quo allegat tex.in l.4.§.melior.ff.de in diem adie. uoluit allegare tex. in l. eum qui emi. §. melior, ſed parcat mihi reuerentia ſua, nam totum contrarium eius quod refert, eſt.nam ſi res uenditur abſque fideiuſſione euictionis, uel abſque promiſsione euictionis, vel ſi pretium ſoluatur ſtatim, & in oportuno loco, etiam pro minori pretio eſt aſsignanda emptori,quam ſi emptor uoluiſſet fideiuſsionem,uel uoluiſſet ſoluere pecuniam ſtatim, uel licet uoluiſſet ſoluere ſtatim, tamen in alio loco quam contractus,uel non in pecunia numerata,& ſimilibus modis,& ſic quanto magis grauatur uenditor, tanto magis res debet extimari, & quanto minus grauabitur tanto minus debet extimari, & hoc uoluit di
24 cere iudicio meo. Item eſt ſciendum quod ſi uẽditur caldaria ad pondus,non debet ponderari manica ferrea caldariæ. ſecundum.Barto. in l.cum au
25 rum in princi.ff.de aur.& arg.leg. Item eſt aduertendum quòd pretium rerum non poteſt neq; debet conſtitui & conſiderari ex eo quod unus obtuliſſet tantum dare & ſoluere, quia pretia rerum non conſtituuntur ex affectione ſingulorum. l.pretia rerum.ff. ad l. fal. & l.ſi ſeruus.ff.da l.aquil. & ideo dixit glo.in l.2. in gloſſ. magna in ulti. quæſt. C.de reſcin.uendi,quòd iuſtum pretium eſt extimã

dum

dum non ex unius aut alterius licitatione, ſed com muni regionis æſtimatione, ex rei qualitate, ex quã titate reddituum, hęc enim uolui dicere in materia iſta, licet uideantur extra materiã, tñ non erũt omnino inutilia, quia cenſus ſolet cõſtitui ſuper re quæ illud onus ſupportare poſſet, & ideo conuenit, vt ſciatur ualor; item ſolet conſtitui redditus, ex qua litate & valore bonorum, cenſu oneratorum. Redeundo temen ad rem unde diggreſsi ſumus, vides diligẽtiſsime lector ex noſtra Prag.' ſatis reputari ineſſe cõformitatem emere unum pro decem,
26 & ſic non eſſe eo caſu uſuram. Et pro certo quã do eſt conformitas unius ad alium non committitur uſura, ut ſingu. dicit Bald. in l. prima in ſ. colũ.
27 C. de ſum. tri. & fi. catto. Et alias uſuræ poſſunt permitti & taxari per ſtatutum ad decem pro centenario, ſecundum Barto. in l. in lege la. 3. ad l. fal. ſed uerius eſt, quod nec in uno nummo permitti poſſunt, ut. 10. diſt. c. non liceat cum gl. & per Bal. in authenti. ad hęc. 2. colum: uerſicu. ſed dubitatur. C. de uſur. & in l. 14. colum. uerſi. & quia de uſuris eſt mentio. C. de ſum. tri. & in l. cum allegas. 3. col. C. de uſur. & probatur in cle. 1. cum glo. in uerbo facere eodem tit. & ibi. Cardi. q. 21. niſi per Papam nimirũ igitur ſi in caſu noſtro (ut ſupra dixi) duplex authoritas atque poteſtas fuit in condendo hanc legem. de quo, d. c. late ut ſupra dixi.

SVMMARIVM.

1 *Iura an ueniant appellatione Bonorum.*
2 *Iuriſdictiones regulariter non poſſunt obligari?*
3 *Feuda & iuriſdictiones pro defenſione cenſus an poſsint obligari ſine aſſenſu?*

Vide

3 *Vide Ludoui. Gozadi. conſ. 4 nu. 29*
4 *Qualibet ſillaba legis non cenſetur fruſtra poſita.*
5 *Verba ſtatuti debent intellgi ut aliquid operentur.*
6 *Verba ſtatutorum intell guntur ſecundum communem uſum loquendi.*
7 *Verba ſtatuti debent intelligi cum effectu.*
8 *Opinio Dom. Authoris*
9 *Iuriſdictione obligata: omnes redditus cauſarum ciuilium & criminalium ſunt obligati.*
10 *Iuriſdictio dicitur eſſe in patrimonio*
11 *Iuriſdictio an ſemper ſit feudalis?*
12 *Fæminæ ſuccedunt in iuriſdictione*

CVM miniſterio particularem mentionem fecit noſtra Pragma. de iuribus, quia an continean ur Appellatione bonorum mobilium, et immobilium, ſat intricata quæſtio uidetur, de qua latiſsimè ultra omnes per Tiraq. in §. 1. de retraict
2 lignaier glo. 7. ad quem me remitto. Et quatenus text. noſter dicat iuriſdictiones poſſe obligari, eſt maximum priuilegium ad cõtractum cenſualẽ cũ alias iurisdictio non poteſt obligari nec pignorari, niſi in caſu extremæ neceſsitatis, ſecũdum Bart. in l. is qui. §. iur. ff. de pigno. & uoluit Io. Neuiza. in conſi. 12. num. 150. inter conſilia Alber. Bru. in feu
3 dalibus. Et ex hoc alias dicebam quòd contractus cenſualis habet unum ſpetiale, quod pro tuitione, & defenſione cenſus empti poſſunt obligari iuriſdictiones, & feuda, adeo quòd non requiritur aſſenſus, quia datur hic licẽtia & poteſtas obligandi, attamen nunc recte intuenti mihi uidetur
4 contrarium poſſe dici, quòd non obſtante quòd hic uidetur poteſtas obligandi iuriſdictiones, quòd nihilominus requiritur aſſenſus domini, & quod

hoc

hoc ſit uerum adduco notabilem doctrinam Specu.in titu.de leca.§. nunc aliqua uerſ. 94. quem ibi ſequitur Io. And.ubi uolunt ꝙ ſi dominus in contractu emphiteotico concedat emphiteotæ licentiā uendendi,& concedendi cuicunque uoluerit,tamē non poteſt uendere ſine conſenſu domini, prout ēt de iure cōmuni fieri debet, quia illa clauſula continens licentiam uendendi,debet intelligi ſecūdum ꝙ eſt de natura actus ſuper quo interponitur.l.ſi ſtipulatus in princip.ff.de uſu.l.ſi quando in prin.C. de ino.teſta. Et hanc opinionē in indiuiduo tenuit conſulendo Alex.in conſi. 104.in 4. lib. uiſo thema te inſtrumenti conceſsionis. num. 4. cum puri. ſed in conſi. 173.aliàs. 317.in ſecundo lib.uiſo themate & ſcriptis tenuit contrarium, per Docto. Salyce. in l.ultima. C. de iure emphyte. in principio ubi Salyce. exprꝫſſe tenuit contrarium, quia alias illa licentia nihi operaretur, & hanc contrariam opinionem tenuit etiam Ioan. de Imo. in capitu. potuit.48.colum.& Ludo.de Ro.in ſingu. 350. incip. emphyteota non poteſt alienare ſine conſenſu domini, motus per bonum ſimile nam creditor non poteſt pignus uendere niſi prius requiſito conſenſu Domini, & ſufficit una denuntiatio ſibi facta.l. fina.C.de iure.do.impe.niſi ſit factum pactum ex prꝫſſum in contrarium,ꝙ alienare non poſsit,quia tunc,ut alienatio teneat requiritur trina monitio,ſut es tex. ſingu.in l.ſi conuenerit in fi.& ibi Bar. ff.de pig.actio.pone modo quod ſit factum pactū ſimpliciter inter creditorē & debitorē ꝙ cræditor poſſit pignus uendere,nunquid tale pactū intelligitur factū ſecūdū formā legis ſi facta denūtiatione Domino?& certe nō,ut eſt gl.notabi. in l. creditor. la. 2.in uerbo ſtatuto,C.de diſtra.pigno. ergo idē dicendum

cendum eſt in caſu noſtro Afflict.in deciſio.307.in ſecundo dubio ſimpliciter tenuit licentiam datam alienandi feudum intelligi impetrato aſſenſu Domini. Sed opinio quæ eſt contra Specu.bene facit quod quælibet ſillaba legis cenſenda eſt non fruſtratorie' appoſita.l.prima in princ. & ibi not. ff.quod met.cau.& l.1.in fi. cum ibi not. ff.ad muni.cum nōnullis alijs allegatis per Aymo. Craue. in conſi.201.ſecundo lib.& ſecundum Ariſto.in 2. lib.rhetor.nihil eſt ſine cauſa ſi ergo uera eſſet opinio Spec.Certè uerba iſta iura,iuriſdictiones, &c. fruſtratoria eſſent, quia nulli dubium eſt quod mediante aſſenſu poſſunt obligari iuriſdictiones, &

4 (margin, line "mini.")

5 feuda. Item ueba ſtatuti debent taliter intelligi, & interprætari, ut aliquid operentur.l.1.ff.ad munu.& habetur per Bald.in Rub. C. qui accu. non poſ.l.ſi quando.ff.de lega. 1. & in Rubrica. C. de contra.emp.9.quæſt.& per Alexan.conſ.66.4.parte, Bart.in l.4.§.præter.ff.de dam. infe.

6 Item quia uerba ſtatutorum apta ad ſenſum iuris, & ad communem uſum loquendi, debent intelligi ſecundum communem uſum,ſecundū Bar. poſt gloſſ.in l.ſtipulatio iſta. §.hęc quoque ſtipulatio ad fi.ff.de uerb.obliga.ſi ergo intelligimus uerba noſtræ Prag.quod abſque aſſenſu poſsint iuriſdictiones obligari, certè eſt ſecūdum communem uſum loquendi, quia data licentia per habentem dare aſſenſum nihil ulterius eſt quærendum.

7 Itē quia uerba ſtatuti, & legis ſunt intelligenda cum effectu.l.1.et ibi Ang.et Alex.ff. quod quiſq; iur.ſic ergo quando dicitur poſſe obligari iuriſdictiones debent hęc uerba intelligi, de obligatione cum effectu, intelligere enim quod requiratur aſsenſus,non eſſet potentia, et poteſtas obligan-

id

di cum effectu quare de ſtricto iuris rigore, Abſq; dubio ego tenerem opinionem contra Specul. in practica tamen uidi ſemper ſeruatam opinionem ipſius Specu. ut non obſtante hac licentia data in Regia Prag.impetretur aſſenſus,et tutius eſt ad ef-
8 fugiendas opiniones. Et facta obligatione iuris dictionis cenſentur obligati omnes redditus cauſ- ſarum criminalium,et ciuilium, ut dicit Bald. in l. fina.in 1.lectu.col. 1. uerſi. item nota quod ſi prin- ceps.ff.de conſt.prin.et Io.Fab.in §.item ſi quis uer ſic.quid ergo ſi quis habens redditus inſti. de re di
9 ui. Item iuriſdictio eſt in patrimonio, et fru- ctu, ſicut alij redditus cle. ſtatutum. et ibi Cardi. et Bonifa. de uita. de ele.et habetur per Boerium
10 q.227.in fi. Sed quæro An omnis iuriſdictio ſit feudalis?in quo Alex.in cõſi. 87.incip.accuratè pro uiribus col.2. li.6.dicit reperitur iuriſdictio quæ eſt allodialis, imo in dubio præſumitur iuriſdictionẽ ſpectare ad habentem tanquam allodialem quam ut feudalem, ut dicit haberi per Hoſtien. et Ioan. And.in c.nimis de iur.iuran.et Io.And.in cap. fi.in uerbo reſpondere de iudi. et Ioan. And.in addi. Specu.in titu.de ferijs.§.quoniam ſuper uerſic. 20. in addi.incip.ceſſante,et Bal.in c. 2.ſi de feud. fuer.
11 cõt.inter do.et agna. Hinc eſt quod in dubio in iurisdictione ſuccedunt tam maſculi quam fœmi- næ aſcendentibus,et trãſuerſalibus ut in ca. dilecti, et ibi expreſſe not. Hoſtien.et Io. And.de arbi. fa- ciũt not.in l. fi.C.de arbi.et in c.noua.de pœn.et re mi.et in c. 1.§.fæmina cum ibi not.per Bald.in titu. per quos fiat inue. et quod iuriſdictio etiã ſit allo- dialis tenuit Purpu.in l.more colum. 6.ff. de iuriſ. om. iudi. et caſſa. in conſue. burgu. in §. 8. in titu. quant. le ſegne. uerſic. ſeigntur de la haulte iuſtice
nume.

num.3.fol.81. adde ꝙ Caſſa.ſibi ipſi contrarius in conſi.Bur.rub.3.§.4.in titu.des fiedz,le vaſſal eſt te nu.nume. 18.fol. 110. teneit contrarium quòd omnis res dicitur feudalis ,in qua qüis habet iuriſdi-
12 ctionem ſaltem ratione iuriſdictionis. Sed poſtquam iuriſdictio reperitur quædam allodialis(utui diſtis);quæda uerò feudalis,an lex.noſter.intelligatur de vtraque in quo puto dicendum quòd intelligendus ſit tantummodo de Allodiali, quia quantuncunque diſpoſitio ſit generalis, non comprehendit feuda, niſi ſpecificè fiat mentio de eis,de quo ꝑ Dyn.conſi.2.in princ.& Alexan. de Imo.conſi.ſecundo.in prin.4.lib.& Socyn.ſen.conſi.74.col. 3.in 3.lib.Phil.Dec.conſi.139.in fin. 1.lib.Car.par.cõſ. 7.nume.13.cum ſequen. 1.lib. & conſi. 12.num.62. in eod.lib.& conſi.20. 1.lib.& Io. Campegius cõſ. 2.nu.34.inter conſi.Alber.Bru. & ſic ceſſare uideatur difficultas de qua ſupra.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Clericus pro cenſibus an poſsit ſe ſubmittere iudici ſeculari?*

Vide Do.Pet.Lenauder,*in tract. de oneri.Doct.* quæſt. 61. *4.partis*.

2 *Clericus an regulariter poſsit ſe ſubmittere iudici ſeculari?*

3 *An uaſſallus unius poſsit ſe ſubmittere iuriſdictioni alterius?*

4 *Baro an poſsit præcipere uaſſallo quod in praiuditium ſuæ iuriſdictionis non agat alibi?*

5 *Rex an poſsit ſtatuere quod uaſalli Baronum in præiuditiũ eorum poſsint ſe ſubmittere iuriſdictioni alienæ?*

6 *Rex obligatur ex Contractu.*

7 *Rex eſt Dominus legum non morum.*

8 *Rex non poteſt ſuo contractui contrauenire.*

9 *Fides plus exuberat in contractibus principum quã priuatorũ.*

Fides

10 Fides recta in Principe requiritur.
11 Immunitas conceſſa per Principem ex contractu non poteſt reuocari.
12 Suceſſor Principis tenetur contractum prædeceſſoris ſeruare.
13 Reſcriptum Principis non reſcindit eius ſtatuta.
14 Diſpoſitio generalis non extenditur ad iurata.
15 Princeps non poteſt derogare priuilegio conceſſo per pecuniã.
16 Princeps non poteſt quempiam priuare dominio rei ſuæ.
17 Princeps ſi aufert ius quæſitum dicitur tirannus.
18 Verba priuilegij impropriantur ne inferant tertio præiudiciũ.
19 Princeps poteſt uenire contra contractum ſuum in regalibus.
20 Princeps poteſt conditionẽ apponere contractui à ſe facto.
21 Legum poteſtas eſt in pectore Principis.
22 Modum alterare in feudo non eſt diſueſtire.
23 Princeps poteſt apponere conditionem ſuo contractui in cuius defectum non ualeat contractus.
24 Princeps poteſt reuocare iuriſditionales conceſsiones. Opinio Dom. Autho.
25 Beneficia Principum non debent reduci ad uaſculum.
26 Princeps utitur communi iure in contractibus.
27 Princeps an poſsit uaſſallos alteri ſubijcere ipſis inuitis?
38 Contractus Principis continens magnam læſionem nõ ualet.
29 Iuriſdictio conceſſa per Principem poteſt per. l. generalem limitari.
30 Baro non poteſt in caſu cenſuali petere uaſſalli remiſsionem.
31 Prorogantes iuriſdictionem quando poſsint ſe pœnitere.
32 Priuilegium conceſſum per Principem an poſsit reuocari?
33 Statutum in præiudicium non ſubditi quando poſsit tolli.
34 De eadem re.
35 Iuriſdictio conceſſa per priuilgium quando reuocari poſsit.
36 Priuilegium conceſſum non ſubdito quando lædit concedentẽ an reuocari poſsit?
37 Priuilegium conceſſum ſubdito quando poſsit reuocari?
38 Iuriſdictio conceſſa tendens in maximam læſionem Regis poteſt reuocari.
39 Iuriſdictio poteſt reuocari ſi Barones ea malè utantur.

1 NVNQVID Clericus ſubmittens ſe foro ſeculari in contractu cenſuali poſsit per iſta uerba aſtringi, & conueniri in eo foro? & uidetur dicendũ quod non quia Papa non poteſt tollere priuilegium Clericorum, quò ad forum, quia illud eſt de iure Diuino non cerimoniali, ſed morali, contra qđ Papa nõ diſpenſat. 25.q. 1.c.ſunt quidam. & ſequitur Sicul.in c.2.de maiorita. & obe. & veluit Zabbar.in repetio. c.perpendimus de ſenten.excom.licet poſſet dici, id procedere quando Papa uellet ex toto tollere dictum priuilegium, ſecus autẽ ſi vult quo ad aliquos, uel in certo particulari, ſeu ſecundũ Zabar.in c.lector.34.diſtin. & not.Archid.in cap. ſunt quidam.25.quæſtio.1.& eſt c. vnicum de cleri.coniu. lib.6. & facit capitu. uerum de foro competen.& capitu.Romana.§. debet de appella.libro ſexto, tanto magis, quia clecrici pro cenſibus & tributis poſſunt coram ſeculari conueniri, eo quia uidentur potius conueniri res Clericorum tanquã affectæ, quam eorum perſonæ. Ita tenet Guliel.de Cuneo in lege de his.C.de Epiſcop.& Cleri.alleg. l.uiros de pala. ſacra. largi. libro vndecimo & iſta opinio communiter approbatur ubi tales poſſeſsiones & bona habent onus perpetuum annexum & inuariabile, quia talia tranſeunt ad clericos cũ oneribus ſuis, pro quod facit Clemen.prima, de cenſi. ut plenè habetur per Domin. Stephan. Aufrer, in tract.de poteſta. ſecula. ſuper eccle. perſo.in ſecunda regula, numero 27, & hanc oppinionem approbauit Remig.in tract.de chari. ſubſi.fol.mihi.252.

2 Regulariter autem clericus non poteſt ſe ſubmittere iudici ſeculari etiam de expreſſo conſenſu Epiſcopi, c.ſignificaſti & cap, ſi diligenti extra de foro com-

competen.& tenet Cappe.quæſtione.cxxi. tamen Stephan. Aufrer.in dicto tracta. de poteſt. ſecula. ſuper eccle.pro ſecunda regula nu.20.dicit quod licet id ſit de iure,tamen de conſuetudine ſeruatur ut clerici ſe ſubmittentes curiæ ſeculari cum obligatione bonorum, poſsit fieri exequutio per ipſam curiam ſecularem in bonis patrimonialibus ipſorũ
3 clericorum. An uaſſallus in præiudicium Baronis poſsit ſe ſubmittere alteri iuriſditioni? & uidetur dicendum quòd non,ut exprę ſſe tenuit Bal.cõſil, 121.in tertio libro,et eſt ratio ſecundum eum ꝙ uaſallus eſt ſubditus ſuo Baroni, ſicut clericus ſuo Dioceſano,& habetur per Domi. Abba.in conſil. 82.in primo lib. & Socy. Seni. conſil.87.colum.2. in 3.uolumi.ſed in contrarium uidetur dicendũ,pro quo bene facit gloſſ.in cap.Romana. in princip.in verbo Clericorum de foro competen.in ſexto.quę iuncto.tex.probat quod prę terquam in clericis regulariter poteſt fieri prorogatio alterius iuriſditionis, etiam ſine licentia ſuperioris,& ita dicit tenendum Barto.in l.prima.§.& poſt operis. ff. de noui operis nunciatio. Si tamen eſt aliquis ſubditus uaſallus,quia tenet feudum à ſuo Domino,nõ poſſet iuriſdictionem alterius prorogare abſque licentia ſui ſuperioris,ſecundum Innoc.in cap. cæterum de iud.& ibi Domi.Anto.& ibi Felyn. plene ubi dat 14.limitationes,& per Boer.in deci. 114. in prima parte, & Hoſtien. in ſummã titu. de foro competen. §. primo.uerſi.& uidetur. & Anto. in capi. ex trãſmiſſa, & in cap.ex tenore de foro competen.et Ludo. & Modern. in d. §. & poſt operis, ſed hoc haberet locum quando uaſallus uellet litigare ſuper re feudali, ſecus ſi ſuper alia re. Ita tenuit Ang. in l.prima.ff. de iudi.ſecundum Iaſo.in d.§. & poſt

operis,& qđ poſsit ſubditus alterius ſe ſubijcere iuriſdictioni alterius iudicis, habetur in l. eſt receptū. ff.de iuriſdi.om.iudic. ſecundum Alber. de Roſa.in l. 1.ff.de iudi. ubi dicit, quod poſtquam ſe ſubiecit non poteſt ſe pœnitere,argum. l. 3.§. tamet ſi. ff. de arbi.& l.ſicut.C.de actio.& obliga. & hoc uerum dicit quando facta eſt prorogatio in iudicem præſentem,& acceptantem, at ſi ſubiecit ſe quis in iudicem abſentem, & tunc habet locum pœnitentia ante litem conteſtatā, intelligendo, quando ſe quis ſubiecit pacto nudo, ſecus ſi per ſtipulationē, quia tunc poteſt agi ad intereſſe & pœnam, etiam coram illo iudice cuius iuriſdictio eſt prorogata, dicit tamen Alber.in l. ſi conuenerit.ff.de iuriſdi.om.iudi. quod ſi fiat pactum quòd quis poſsit conueniri Romæ Capuæ, & vbiq; locorum (vt fieri adſolet) & promittatur fieri ſolutionē in dictis locis, quòd tunc non eſt dubium, quòd ſi ibi reperiatur, quòd poteſt conueniri, nec habet locum pœnitentia.

4 Nunquid Baro poſsit præcipere uaſallis quod in præiudicium ſuæ iuriſdictionis non agant alibi quā in ſuo tribunali,dicas ſic, prout uoluit Cardi.Alex. in c. 1. §.præterea.col. 3. de prohib.feud.aliena. per Feder. & habetur nouiſsime per Domi. Mar. Fric. in ſuo ope.feu. in x.autho. libro 2. & miror quod ad hoc non allegauit in terminis Paris de Put. in libro ſindi.in titulo de exce.Baro. in uerbo an Baro, ibique in ſpecie dicit quod poteſt prǫcipi uaſallis per Barones, quod in præiudicium eorum iuriſdictionum non adeant Curiam Regiam, hodie autē adeo moleſtè ferūt tribunalia Regia, quod tempore meo uidi carcerari, & male tractari officiales

5 Baronum propter dictum bannum. Nunquid potuit in præiudiciū Baronum ordinari quod poſſint

ſint vaſalli ſe ſubmittere iuriſdictioni alterius Baronis, ſeu alterius cuiuſuis officialis? & ſic an Rex poſsit præiudicare iuriſdictioni Baronum? & uidebatur dicendum quòd non, nam Princeps & ēt Deus debent ſeruare contractum, & pactum. l. 1. & l. iuriſgentium. §. prætor ait. ff. de pactis. & c. 1. extra eodem, & dicit Bal. in rubri. de conſtit. in primis uerbis quod conſtitutio. pacta ſeruabo, proceſsit ab ore Dei, & habetur in 5. Prouerb. fili ſi ſpopondiſti, illaqueatus es uerbo oris tui, & dicit ēt Bald. in d. l. 1. ff. de pact. quod Deus etiam ligatur pacto, & Corn. in repet. l. ſi paciſcenda. C. de pact. 2. quæſt. princi. tenet quòd forus fori, & forus poli concordant in hoc, quòd pacta ſeruentur, & Lancel. in l. non amplius. §. 1. ad fin. ff. de lega. 1. dicit ꝙ Deus ſi poſſet contrahere obligaretur ex contractu, & dicit Scotus in 4. ſenten. diſtin. 34. quod etiã maligni ſpiritus, qui ſunt mẽdaces, pactiones, quas habent cum hominibus ſeruant, & dicit Bald. in conſi. 366. lib. 3. quod nulla maior iuſtitia eſt illa, quam quæ oritur ex pacto & contractu, & in conſil. 90. libro 2. dicit quòd licet per legem nouam tollatur lex uetus, non tamen tollitur pactum uetus, quia eſſet contra iuſgentium tollere naturalem obligationẽ, & illam naturalem iuſtitiam, quæ orta eſt ex conſenſu non improbato, unde ſi princeps conceſsit iuriſdictionem per ſuum contractum te-
6 netur illum contractum ſeruare. Quia Princeps obligatur ex contractu ſicut priuatus, cap. primo, de probationibus. & capitu. primo in titulo de natu. feud. in uſibus feudorum. nam licet Deus ſubmiſerit Principi leges, non tamen ſubmiſit pacta, & contractus, ſecundum Bartolum, & Baldum, et alios in l. digna uox, C. de legi. et licet ſit ſolutus le-

gibus, non eſt ſolutus lege diuina, uel naturali, ſub quá ſunt actus ſui, Clemen.paſtoralis.de re iud.& ita exponitur illud Ioſue primo cuſtodias, & facias
7 omnem legem. Et licet ſit dominus legum, non tamen eſt morum, ſecundum Baldum in repeti.l.ſi aquam.C.de ſeruitu. & aqua, nec eſt ſupra legem contractus, ſecundum Stepha.Aufrer.in repe.Clemen.primæ.de offic.ordi.& Deci.conſi.48. & in c. 1.de conſtitu.& cap. 1. de probationibus. vbi poſt Paulum de Caſtro in l.digna uox.C.de legibus.
8 Dicit quod Princeps contractui ſuo non poteſt contrauenire, etiam de plenitudine poteſtatis, et habetur per Socynum in conſilio 87. viſis inueſtitura. verſicu. poſtremo. & Decius conſil. 151. in ſecundo dubio, & Barbat.in conſi.20. libro 2. dicit, quod inſolitum & inauditum eſt, quod Princeps ueniat contra conuentiones, & non ſeruet pacta, & ange.in §.ſi.inſtitu.quibus modis teſtamen.infirm. per illum text.qui formaliter dicit, licet legibus ſoluti ſumus, tamen legibus viuere uolumus, & eſt. digna uox in maieſtate Regnantis, legibus alligatum ſe principem confiteri dicta lege digna uox.
9 Quinimmo in omnibus contractibus Principũ plus exuberat fides, quàm in aliјs contractibus inter priuatos. hinc dicimus quod contractus cum Principe omnes ſunt bonæfidei, propter fidem in eis exuberantem, ſecundum Bald. de pace conſtã. §.ſi qua uerò, & Præpoſi. in capi. primo, in titulo de natu. feud. & Iaſ. in §. actionum. inſtituta. de actionibus, & in l.ſi inſulam.ff.de uerborum obligationibus. & in l.ciuitas, verſic.item attende.ff.ſi
10 certum petatur. Nihil enim eſt quod lumine clariore prȩfulgeat, quam recta fides in Principe, epiſtola inter claras, C.de ſumma trinitate, & fide ca-
tho-

tholica. & Alexan. conſilio quinquageſimoquar-
11 to. viſo puncto, lib. quarto. Item pro hac par-
te facit illud quod uoluit Barto. in l. omnes populi.
ff. de iuſti. & iure. in quarta quæſti. 3. q. princi. dum
vult, quòd licet aliàs immunitas conceſſa alicui
ſubdito per priuilegium poſſet ex cauſa reuocari,
ſecus tamen eſt ubi eſt conceſſa per contractum,
uel quaſi contractum, quia debet obſeruari, & ſe-
quitur eum ibi Bal. de ſanc. Seueri. & Io. de Mon-
teferra. & Thom. Parpal. & Ancha. in repeti. cap.
canonum ſtatuta de conſtitutionib. in decimaquar-
ta quæſtione principali, & Iaſ. in l. ciuitas. in princ.
ff. ſi certum petatur. Canoniſtę, & ibi Deci. in cap.
primo, de probationib. in cap. nouit. de iudic. Mon-
teferratus in c. 1. de conſtit. lib. 6. Parpal. in repeti.
l. placet. C. de ſacro ſanctis eccleſ. Iaſ. in l. Barba-
rius. de offic. prætor. verſic. 12. inter conſil. Alber.
12 Bru. per totum. Et hoc caſu ſucceſſor Principis
tenetur illum contractum ſeruare, ſecundum Bal.
in c. 1. de na. feu. & ibi ſequitur Præpoſitus. ſequitur
Iacobi. in eius inue. feu. verſicu. ſed an princeps, &
Ana. in cap. ſi. ne prælati vi. ſuas. & Ro. pulchrè in
conſi. 52. & in conſil. 116. viſis neceſſarijs, & latè
13 Feli. in cap. 1. de probationib. Hinc princeps per
ſuum reſcriptum non vult ſtatuta reſcindi, ſecun-
dum gloſſ. in capitulo addita. verſicu. non intelle-
ximus. de reſtit. ſpolia. & ſic poteſt dici quòd diſpo-
ſitio noſtræ Pragm. non extendatur ad iuriſdictio-
nem per cantractum conceſſam Baronibus.
14 Quia diſpoſitio quantumcunque generalis non
trahitur ad iurata cap. conſtitutus. de reſcript. vbi
Felyn. & Deci. congerunt concordantia ad ſatu-
15 ritatem. Et hoc tanto' magis procedit, ſi Prin-
ceps pro conceſsione iuriſdictionis habuit pecu-

niam,quia tunc nullo modo reuocari ſeu derogari, aut alienari poteſt, ex quo tranſit in contractum ir reuocabilem, ſecundum Bald.in l.qui ſe patris.C. unde libe.uerſicu. hoc ſcias . Roman. ſingul. 457. an iudex, Cardin. in conſil. 147. Dominus noſter Papa,Fely.in dicto cap.primo de pro.& in cap.no uit in uerſi.dicitur autem ſecundum ipſum, & ibi
16 Areti.de iudicijs. Item quia Princeps nō poteſt quempiam priuare dominio rei ſuæ.l.item ſi uerbe ratum.ff.de rei uendicatione. Roch. in tractatu de conſuma.uerſi.limitatur tamen primo,Felynus,& alij in cap.quæ in eccleſiarum de conſtitutionibus, & ibi dicit Panorm. & Dec. hoc procedere etiam ſi unus Iudęus eſſet, refert Guido Pap.in conſ. 95. libro tertio.facit cap.ſicut Iudęi,de Iudęis. nec etiā Papa poteſt clericum Dominio rei ſuæ priuare, ſecundum Dominum Antonium, & Panor.in capi.
17 conſtitutus de religioſis domibus. Immo Princeps auferendo ius quæſitum ſine cauſa,appellatur Tirannus,quia plenitudo poteſtatis non extenditur ad aliquod iniquum, ſecundum Cur. in conſil. 73.in fin.& Fulgo. conſil. 61. Domina Catherina qui ibi dicit quod uulgo de Deo cœleſti dici ſolet, quod omnia poteſt,non tamen poteſt iniuſtum facere,quia id nihil eſt. Io.c. primo habet per Barb. in lib.2.conſi.24.& Cardi.conſi.142.punctus quęſtionis,& Alexan.li.1.conſ.37. uide omnino Gomeſ.in regula de non tollen.iur.quæſi.prima.q.fol. 69.& Alexand.conſi.216.2.lib.incipien.nec arguē
18 do . Et ideo potius impropriantur uerba priuilegij quam quod tertio præiudicium inferatur,ſecundum Dec.in conſi.11.diuino igitur,& Roma.conſ. 334.circa primum,& Iaſo.in l.ex facto. 4. not. ff. de uulg. & pup. etiam ſi dicatur non obſtantibus.
Princeps

Princeps enim concedendo priuilegium tertio mo-
tu proprio,non uidetur tertio præiudicare,ſecundũ
D.Ant.Imol.Panor.Aret. & Fel.in c. cauſam quæ
el 2.de teſtib. & Rotam in antiquis deciſi. 445. in
19 contrarium uidetur poſſe dici ex pluribus. Et
primo,quia licet uerum ſit non poſſe Principẽ ue-
nire contra contractum ſuum,id tamen non habet
locum in Regalibus et iuriſdictionalibus conceſsis
per ſuum contractum,ut uoluit Bald.in titu.de pa.
conſtan.in uerſi.amplius conſueuerunt, quem ad
hoc allegant Moder.Cano.in capit.primo de pro-
ba.de quo etiam per eoſdem Moder.Cano.in cap.
ad audientiam de præſcriptionibus. Ad quod etiã
facit, dum dicitur in iuriſdictionalibus ius, & au-
thoritatẽ ſuperioris ſemper intelligi reſeruatũ,quia
talia non poſſunt niſi eius autoritate exerceri,cum
in eo reſideat ſuprema poteſtas inſeparabilis, &
poteſt iuriſdictionem quarumcũque ſingularium
perſonarum,et etiam ciuitatum ſupprimere.uerba
ſunt Bal.in l.qui ſe patris.C. unde libe. cui cõſonãt
uerba Spec.Io.And.& Bal. addi.Specul.in titu. de
iuriſd.om.iud.in uerſi. quæ etiã meri Imperij ſunt.
20 Item pro hac opinione adduco doctri. Bald. in
l.fina. in princip. ff. de Sena. dum dicit quòd facta
conceſsione à Principe,& translato etiam Domi-
nio rei conceſſæ, poteſt Ab ipſo conditio apponi,
21 non ex ui contractus,ſed ex ui legis. Quia om-
nis poteſtas legum eſt in pectore ſuo. allegat l.qui
22 fundos.C.de omni agr.deſer.lib. 11. Item dicit
Bal.in conſi.288.incip.ad intelligentiam ſequendo
rum.3.lib.quod alterare modum in feudo, non eſt
diſueſtire, & priuare uaſallos, ſed ponere illos ſub
quadam regula iuſtitiæ & æquitatis, & habetur
per Ioan.Campe.in conſil. 2.inter conſilia Alber.

23 Brun. Item dicit Luc.de Pen.in d.l.qu fuodos, ꝙ illa lex eſt mirabilis, quòd Princeps in conceſſionibus ſuis etiam perfectis, et quod plus eſt, aliјs iure priuato quæſitis poteſt conditionem appo-nere in cuius defectu perfecta conceſsio, & quęſitum dominium reuocatur; & illa.l.ad hoc notauit Bal.in l.nuptę.ff.de ſena. & cumulauit ad hoc multa Barb.in cap. fina.de offi.dele.col. 17. uerſicul.in quantum, dicit tamen Sigiſmu. de loffre. in conſil. 39.in feud.num.3.ꝙ iſtud nō admitteret ipſe in cōceſsione facta per pecuniam, ſeu in quæſitis per cōtractum per not.in cap.nouit de iudi. & cap. 1. de prob. & in l.digna uox.C.de legi.Item Albe.Bru. clarè concludit ꝙ poteſt Princeps reuocare priuilegium a ſe conceſſum in conſi. 1.in feuda.& quod poteſt uni ius auferre, & alteri concedere, ſecundū

24 Alber.Bru.d.conſi. 1.num.47. Item pro hac opinione adduco conſi.Albe.Bru.num.97.ubi dicit ꝙ Princeps poteſt etiam ſine cauſa reuocare iuriſdictionales conceſsiones pro quo allegat Bald.in l. qui ſe patris.C.unde lib.uerſicu. item in conceſsis ubi limitat id nō procedere ſi iuriſdictio eſſet conceſſa cum directo, uel utili dominio, ut in feudo habente iuriſdictionem, uel niſi Princeps propter cōceſsionem cōſequutus eſſet emolumentū, & quòd ubi cōceditū iuriſdictio poſsit reuocari uoluit Fely. in d.capit.nouit de iudi.numero 9.in prima limita.

Quid igitur dicendū in tanta Doctor. uarietate. Ego puto diſtingedum eſſe, quòd aut quærimus de conceſsis per Pincipem per uiam contractus, ſeu priuilegiј tranſeuntis in uim contractus, aut de cōceſsis per uiam priuilegiј ſimpliciter ſeu per uiam gratię.primo enim caſu dico per ſupra allegata ꝙ non poteſt tollere nec reuocare conceſſa nā Princeps

ceps in contractibus priuatus conſideratur ſecun-
dum Sigiſ.Loffre.in conſi.38.num. 28.& Iaco. de
Leonar.in conſi. 114.inter conſilia Alber.Bru. nu.
126.& conſil. 117. nume.99.& ibidem dicit,quod
Principi conuenit illud uerbũ quod ſcripſi ſcripſi.
25 Item quia dicit Do.Sigiſ.de loffre.in conſi.7.nu.
17.quòd abſurdum eſt reducere beneficia Principũ
ad uaſculum, per ſtrictam interprętationem,& ꝙ
non poſsit reuocare contractum à ſe geſtum, late
habetur per Fely.in cap.primo de probatio. & ibi
cæteros Docto. & maxime Dec. & idẽ uoluit Bal.
in l.pen.C.de dona.inter ui.& uxo.in l.fina.ad fin.
C.de tranſa. & in cap. primo in princip.per illum
26 tex.de natur.feu. Nam ſecundum Deci.ibi in cõ
tractibus requiritur æqualitas, & ideo Princeps cõ
muni iure utitur ſecundum Bald.in l. ex imperfe-
cto ad fin.C.de teſta.nam quamuis Princeps lege
poſitiua nõ obligetur, dictamine tamẽ rationis nõ
eſt ſolutus,quia animal rationale eſt,ut refert Dec.
tenere Bald.in l.ſi aquam colum. 11. uerſ. 18. C.de
ſer.& aqua.& ſi aliter diceremus(dicit Dec.ubi ſu
pra)nullus inueniretur qui contraheret cum Princi
pe,& ſic hominum priuaretur conſortio, quòd eſ-
ſet ualde graue l.hi qui. C.de apo. & hanc rationẽ
adducit Roma. in conſi. 352. incip.queritur primo
27 nunquid circa fin. Et retenta hac cõcluſione pro
uera, & communi, illa limitatur per ſcribentes, &
pręſertim Fely.& Dec.in dicto cap.primo de pro-
ba.ut procedat quando Princeps per ſuum contra
ctum uellet uaſallis inuitis eos ſubijcere, nam illud
facere non poſſet ſecundum Hoſtien. quem ibi Io.
And.Anto.de But. Abb. & Alij ſequuntur in cap.
dilecti de maio.& obedien.not.Bald.in c.primo.§.
ſi quis uerſic,adde dicit Hoſtien.quo,tem.mi.

Item

28 Item ſi contractus Principis contineret, magnã læſionem, & diminutionem ſuæ iuriſditionis, nam non teneret ſecundum dictos Docto. etiam ſi continerer iuramentum. cap. dilecto, & ꝙ ibi Bald. extra de iur. iuran. & idem dicit Barto. in l. prohibere. §. planè. ff. quod ui aut clam, ſed Dec. ibi dicit quod licet contractus non teneret iſto caſu in præiudiciũ tertij, tamen in præiudicium ipſius Principis, ut teneatur ad intereſſe, bene tenet plures alias limitationes dat Fely. ad prædictam concluſionem, quas
29 per te uideas. Vnum tamen eſt ſciendum, quòd etiam ſi Princeps conceſsiſſet per uiam contractus iuriſdictionem Baronibus, poteſt tamen per legẽ generalem illam limitare reſtringere, & arctare, ſecundum Barto. & Saly. &c. Doctor. in l. omnes. C. ſi contra ius uel utili. publi. & Caſſa. in conſue. Bur. in §. 8. fol. 81. in titu. quant. le ſigne. nu. 5. intellige tamen ſi concurrit publica utilitas, non aliter, et ex hoc infero, quòd ualet bannum emanatum in hoc Regno quod qui præuenirit in capiendo malefactores non teneatur remittere ad Dominum, & Baronem eorumdem. ſic etiam dicendum eſt in caſu noſtræ Pragma. quòd ſanctiſsimè proceſsit eius permiſsio, quod obligantes ſe ad cenſum poſsint ſe ſubijcere cuicunque foro, uerſatur enim in hoc pu-
30 lica utilitas. Et operatur præſens noſtra prouiſio ꝙ licet aliàs poſsit Baro mandare ſuo uaſallo proroganti iuriſdictionẽ in alium, ſine eius uoluntate, & corã alio iudice litigãti, ne procedat, & agat corã eo iudice. Cuius iuriſdictionem prorogat, & etiã petere remiſsionem cauſæ, ſecundum Card. Alex. in cap. primo, §. præterea colũ. tertia. de prohi. feu. aliena. per Feder. & per Do. Iac. in l. prima de iudi. tamen ſtante prouiſionis noſtræ Prag. in cauſa cẽ-

31 ſuali non poſſet. Item licet aliàs circunſcripta præſenti prouiſione ſit maxima diſceptatio inter Doctor. an habeat locum pœnitentia inter eos qui ſe ſubmiſerũt iuriſdictioni alterius iudicis; nam gl. in l. prima. ff. de iud. dixit quod licet aliàs teſtes ſe ſubmittant iuriſdictioni alterius iudicis ipſo iudice præſente, tamen ante litem conteſtatam poterũt uoluntatem mutare, licet Guliel. de Cun. Guid. de Suza. Iaco. But. Alber. de Roſa. Ange. & Paul. de Caſt. in d. l. prima uoluerint ꝙ ſi partes in præſentiam iudicis prorogaſſent iuriſdictionem ipſo iudice præſente, quod ille iudex ſtatim acquirit iuriſdictionem, adeo quod etiam ante litem conteſtatam non erit licita pęnitentia, nec poterunt partes quæ ita ſe ſubmiſerunt mutare uoluntatem, & recedere ab eo. de quo tamen pleniſsime addo uidendum Do. Iaco. de ſan. Geor. in d. l. prima. ff. de iudi. tamẽ in cauſa cenſuali utcunque ſit ceſſat hæc difficul
32 tas ſtante prouiſione noſtræ Prag. Secundo uero caſu ſi loquimur de priuilegio conceſſo an poſſit reuocari per Principem, & tunc diſtingue aut priuilegium conceditur non ſubdito, & tunc non poteſt reuocari, ſecundum Inno. in cap. nouit de iu. quem ſequitur Lap. & Roma. conſi. 41. uidendum eſt, colum. fin. in prin. lib. 1. & in conſi. 352. quæritur. 1. colum. 4. & Alex. conſi. 101. uiſis inſtrumentis colum. 2. lib. 1. & conſi. 54. uiſo puncto colũ. 5. lib. 4. & eſt ratio, quia in non ſubditum ſtatutũ nõ poteſt ualere & lex. cap. 2. de conſt. in 6. unde tenet in effectu, ut contractus ualeat, ſecundum Cardi. conſi. 147. uidetur prędictam colum. fin. & Roma. conſi. 352. licet hæc ratio impugnetur per Dec. in d.
33 cap. nouit. Ampliat ibi Dec. hanc concluſionem quòd ſicut non poteſt tolli ſtatutum in præiudiciũ non

non ſubditi cui ius quæſitum fuit, ita pariter in prę iudicium eius diſpenſari non poteſt; ſecundū Dom. in cap.licet canon in prin.colum.penul.uerſi.an au
34 tem epiſcopus de electio in 6. Item ampliat vt etiam cum cauſa ius quæſitum nō ſubdito tolli nō poſsit, ſecundum Pau. de Caſt. in conſi. 281. pri-
35 mum dubium colum. pen. Limitatur primo ut non procedat ſi per priuilegium eſſet conceſſa iuriſdictio, quia tunc priuilegium reuocari poſſet: quia in conceſsione iuriſdictionis authoritas ſuperioris uidetur excepta cap. uenientes de iur. iura. ſed Dec.in d.cap.nouit impugnat dictam limitationem, & dicit eſſe aduertendum, ꝙ ſi ab ipſo Imperatore uel Papa aut alio non recognoſcente ſuperiorem, recognoſceret tale priuilegium, ceſſaret illa ratio de authoritate ſuperioris. Item. 2. conſiderandum eſt, quia illa authoritas ſuperioris quæ reſeruata uidetur, facit quod ipſe ſuperior reuocare poſſet, & non ille qui priuilegium dedit. tertio, illa ratio etiam poſſet habere locum in alio priuilegio, quia ſemper reſeruata intelligit authoritas ſuperio
36 ris in l.fin.in prin.ff.ad municipa. 366. Secundo limitatur niſi priuilegium conceſſum non ſubdito ex poſt facto enormiter lęderet concedentem præter eius intentionem, tunc enim poteſt reuocari tale priuilegium. ut eſt textus in capitulo ſuggeſtum, & ibi habetur extra de deci. & de hac limitatione uide plenius per Fely. & Dec.in d. cap.
37 nouit de iud. Si uero nos loquimur de priuilegio conceſſo ſubdito, ſeu de gratia eidem facta, & tunc dicit Fely.in d.cap.nouit, ꝙ aut per illud priuilegium eſt translatum dominium rei cōceſſę per priuilegium, ſequuta traditione uera uel ficta, & tunc uidetur, ꝙ tale priuilegium non poſſet reuocari

cari ſine cauſa: ratioq; dominium quod eſt per priuilegium translatum eſt de iure gentium, contra quod princeps non diſpenſat ſine cauſa, vt auferat ius quæſitum alteri, ut late dicit tradi per Bart. in 1. conſtitu. digeſtorum. Aut per priuilegium non eſt quæſitum aliquod ius de iure gentium (puta quia eſt priuilegium exemptionis, ſeu immunitatis) & tunc dicit ꝙ ſi ſtatur in meris finibus priuilegij, poteſt reuocari, authen. qua in prouincia. in verſiculo priuilegio non obſtante. C. vbi de crim. agi. opor. aut priuilegium non ſtat in meris finibus & terminis meri priuilegij, ſed tranſit in contractum, & tunc non poteſt reuocari ſine iuſta cauſa. l. fundi. C. de fun. patrimo. libro vndecimo. & eo caſu nec à ſucceſſore poteſt reuocari. ſecundum Cynum, & Baldum in l. digna uox. C. de leg. & idem dicendum in ſtatuto ciuitatis, quòd quando tranſiuit in contractum non poteſt reuocari. quod quidem ut ſupra intelligendum eſt, niſi ex iuſta cauſa, quia illa ſuperueniente poteſt princeps & ciuitas reuocare decretum, uel priuilegium ſuum, licet tranſierit in contractum; quæ omnia probantur in l. Lucius. §. fina. ff. ad municipa. & in l. quod ſemel. de decre. ab ord. fa. & eſt ratio, quia ſi ius ſubditi non ortum à principe, poteſt per eum ex cauſa reuocari, ut probatur in d. l. Lucius. ff. de euictio. à fortiori poteſt reuocare illud quod habuit ortũ ab ipſo Principe, de quo uide late per Fel. & Deci. in d. c. nouit. de iudi. Afflictus uerò in conſtitu. ea quæ ad decus latiſsimè tetigit hanc quæſtionem, tandem tenet, ꝙ ſi conceſsio iuriſdictionis facta eſſet Baronibus ob remunerationem ſeruitiorum, tunc ſiue Barones eſſent ſubditi, ſiue non ſubditi, non poſſet fieri reuocatio niſi ex cauſa, ſimiliter ſi iuriſdictio eſſet mediãte pe-

te pecunia conceſſa Baronibus, tũc licet ſit clarum de iure ꝙ iuriſdictio non poſsit uendi, nihilominus Rex ſi conceſsit non poteſt reuocare, niſi ex cauſa publicæ utilitatis legem generalem condendo, pro quo facit text. in l. quod ſemel. ff. de decre. ab ordi. faci. & dicit Alex. in conſi. 115. in 2. lib. 5. colum. ꝙ creditur Regi dicenti ſe reuocare ex cauſa publicæ
38 vtilitatis. Item ſi conceſsio iuriſdictionis tenderet in maximam læſionem Regis, puta quia ex hoc turbaretur tranquillitas Regni, tunc poteſt reuocari. argu. cap. ſubiectum. de deci. & dicit Bal. in l. fin.
39 ff. de ſen. Item ſi Barones male uterentur iuriſdictione affligendo uaſallos: poſſet reuocari. ſecũdum And. de Iſer. in d. Conſt. ea quæ ad Deum, & uide Caſſa. in conſue. Burgu. in titu. des iuſtices, & droict de Icelles. rub. 1. §. 5. nu. 187. fol. 61. mihi.

SVMMARIVM.

1 *Emptor cenſus non poteſt ultra pretium ſolutũ recipere.*
2 *Correlatiuorum natura an ſit ut diſpoſitum in uno ex correlatiuis extendatur ad alterum?*
3 *Emptor ſi ultra pretium ſolutum quid accipit quid erit?*
4 *Contractus quando reddatur nullus promiſsione in eo contenta quòd ulltra receptum pretium aliquid ſoluatur?*
5 *Inſtrumentum falſum in uno capitulo an ſit falſum in totum?*
6 *Liber mercatoris in uno reprobatus an uitietur in totum?*
7 *Sententia lata vltima meta iuriſdictionis non ualet etiam quo ad concernentia iuriſdictionem iudicantis.*
8 *Decretum pro parte latum in caſu uero & pro parte in caſu falſo non ualet.*
9 *Donatio facta de omnibus bonis præſentibus & futuris non ualet etiam quo ad præſentia.*
10 *Iudex conpetens procedens cum incompetenti facit oĩa nulla.*
11 *Laudum non ualet ſi unus arbiter eſt habilis alter inhabilis.*

Vtile

2 *Vtile quando uitiatur propter inutile.*
3 *Confeſsio erronea in uno capitolo in cæteris erit erronea.*
4 *Metus torturæ non minus conſideratur in uno capite confeſsionis quam in cæteris.*
5 *Additio inutilis non uitiat cætera.*
6 *Authoritas falſi tutoris non reddit falſam authoritatem ueri tutoris.*
7 *Ratio non ſuſpecta facit ut credatur rationi ſuſpectæ.*
8 *Iudex procedens ex capite incompetenti cum poſſet ex competenti an uitiet quid facit?*
9 *Actio inepte expræſſa an uitiet.*
10 *Gabella nõ ſoluta an faciat ut res licitæ & illicitæ cõfiſcētur.*
11 *Vtile per inutile non eradicatur.*
12 *De eadem re.*
Opinio Domi. Autho.
13 *Pactum quod uenditor teneatur ad impenſas factas in emptione an ualeat.*
14 *Pactum quod uenditor redimens teneatur ad Gabellam ſolutam an ualeat?*
Opinio Dom. Autho.
15 *Venditor an teneatur ſoluere debita fiſchalia emptori?*
16 *Et teneatur ſoluere id quod ſolutum proxenetis.*
17 *Venditor an teneatur ſoluore impenſas inſtrumentorum.*
18 *Emptor an poſsit paciſci quod uenditor teneatur ſi redimit ſoluere inſtrumentorum impenſas.*
Opinio Do. Autho.
19 *Pactum quod uenditor redimens reficiat expenſas facta in ratificatione an ualeat?*
20 *Pactum quod mota lite teneatur uenditor ad omnes impenſas an ualeat?*

1 VT vides hic, non poteſt emptor in retrouenditione cenſus vltra pretium ſolutũ pro eius emptione aliquid petere, uel habere, & ſimiliter uenditor nõ peterit emptori ultra dare, & vt uerba ſonant, nec ſponte nec pacto

2 pacto ſolui aliquid ultra poteſt. An ſi dicebatur in hac pragm. quôd nihil ultra percipiatur ab emptore,& potuiſſet intelligo quod uenditor nihil ultra daret, & uidetur quod ſic,nam emptor, & uenditor ſunt correlatiua, & ſtatutum in vno,cenſetur ſtatutũ in alio, ſecundum Bart.in l.pen. C.de indi. uidui tolle.ubi dicit ꝙ ſi ſtat ſtatutum ꝙ nulli liceat uendere frumentum , niſi in platea ſub certa pęna, etiam quod nihil diceret de emptore, nihilominus decidit quod ex quo ſunt correlatiua ꝙ ſtatuitur in vno, cenſetur ſtatutum in alio & pro hoc bene dicit facere text.in l. 1.C. de cupre.lib. 11.& idem uoluit in l.fi.ff.de accepti. quod quidem ſequitur Bal. in l.nemo martires.C.de ſacro.ſan.eccleſ.ſed in cõtrarium eſt gloſſ.in c. 1.extra.loca.in uerbo ſub excommunicatione, vbi uoluit quod pœna appoſita vni excorrelatiuis non extenditur ad alterum, & eam gloſſ.ad hoc ibi not.Abb. & dicit etiam quod eſt ſimilis gloſſ.contra Bar.in clemen.vnica de cõſan.& affi.iũcto tex.ubi apponitur pœna contrahẽti matrimonium cum moniali, & eadem replicatur in ipſa moniali, quaſi pœna appoſita in maſculo non extendatur ad ipſam fœminam contrahentem: vnde ipſe Dom. Abb. in d.cap.dicit quod eſt diſtinguendum, quod aut non eſt eadem ratio in altero ex correlatiuis,et nõ debet eadem pœna extendi, Aut eſt eadem ratio, ut puta, frumentũ non extrahatur de ciuitate, imponitur pœna uendenti frumentum forenſibus,nunquid pœna intelligatur repetita in emptore, & in hoc caſu dicit ipſe, quod eſt dubium probabile, uerum credit quod ex identitate rationis debet extendi conſtitutio, ſed nõ pęna conſtitutionis, & ſic contrafaciens inuoluitur peccato,ſed nõ pœna conſtitutionis,& ita per tranſit

ſit ipſe cum hac opinione, ſed ipſemet contrarium tenuit in prohem. Decre. ubi ad hoc allegat Butrig. in authen. qui ſemel. C. quomodo, & quando iu. & idem Abb. ſimiliter contrarium tenuit in cap. quia clerici de iur. patro. vbi dicit illam eſſe communẽ opinionem, quod etiam in pænalibus ſtatutum in vno etiam reſpectu pænę cenſetur ſtatutum in alio ex indentitatę rationis, & ita etiam uoluit in ca. fi. in 3. colum. de reſcin. & ita poſt multa dixit tenendum Fely. in prohem. decre. quicquid dixerint cõtrarium tenentes, quod quidem intelligendum eſt, quando non eſſet diuerſa ratio in vno ex correlatiuis, & per hæc uidetur dicendum quod ſuperfluò fuerunt appoſita illa uerba (vel exhibeatur à uenditore) ſed defendendo tex. poteſt dici quod illa uerba non ſunt ſuperflua, ſed prorſus neceſſaria, nam quia hic tractatur de materia vſuræ ideo pæna, ſeu conſtitutio loquens in dante ad uſuram, non extenditur ad recipientẽ, & econtra, & eſt ratio, quia diuerſa eſt ratio in eis, ut patet ex not. in cap. ſuper eo. de vſur. & habetur per Abb. in cap. 1. loca. et ad ea quę ſupra dicta ſunt, quòd ſtatutũ in vno ex correlatiuis, habet locum in alio, etiam in pænalibus, adde, quod procedunt in pæna legali, ſecus in pæna conuentionali ſecundum Bal. & Ia. de Aluar. in cap. 1. qualiter do. proprieta. priue. & habetur per Bap. de ſan. Blaſ. in tract. dę corre. in uerbo uenio ad quartum nume. 7.
3 Sed poſito quod vltra pretium ſolutũ pro emptione cenſus accipiatur aliquid retrouenditione per ipſum emptorem, quid erit ꝰ text. ultra non procedit, attamen dico indubitanter, quod contractus eſt nulus, quia tex. iſte dat formam, & actus factus contra formam per legem datam eſt nullus, cap. cum dilecta de reſcrip. c. cum

uenerabili de offi.deleg.& habetur per Bal.in l.ꝑlatam colum.penul.uerſic. & not.quod.C. de ſen. & inter.om.iudi.& in l.prima ff.de liber.& poſth. ſed uidetur dicendum quod aut ex pacto aliquid ultra promittitur in inſtrumento,& tunc illud nō debetur,et non credo quod contractus ſit nullus. quia actus nullitatis eſt pæna.c.dece. de immu. eccle.in 6.& per Gomes in regu.Canc. 14. & 16.in fin.aut nihil ex pacto promittitur, ſed accipitur, & debet
4 reſtituere. Sed dubium ſtat poſito quod actus redderetur nullus an contractus in totum reddatur nullus uel tantum in ea parte, qua promiſſum eſt aliquid ultra pretium receptum, & videbatur dicendum quod in totum reddatur nullus, cum contractus de retrouendendo uidetur quod ſit indiuiduus, & ideo uitiato in vno in totum redditur uitiatū per tex.in l. 1.§.illud & §.trebatius.ff.de aqua quoti. & æſti. & l.ſi ego. ff. de iniuſto teſtamento, & l. 1.§.generaliter & ibi. Bartol. ff. de dona. inter uir.& uxo. & per Dyn. in cap. vtile de regu.iur.in
5 6.& latè per Do.And. Tiraquell. Item pro hoc facit,quia ſi inſtrumentum eſt falſum in v no capitulo in totum erit falſum.l.ſi ex falſis. C.de tranſa. & ibi latè per Docto. de quo aliàs dixi in practica mea.ca.cri.in uerbo item falſitatem commiſit.
6 Item ꝑ hoc facit,quia liber mercatoris in caſibus in quibus probat, ſi fuerit reprobatus in vna partita in cæteris uidetur reprobatus.de quo per Iaſ.& Doc.inl. admonendi. ff.de iur. iurā. ſed de ueritate per Pau.de Caſt.in conſi.3 14.miſſo.primo in 2.li
7 bro in nouis. Item pro hoc facit,quia ſi iudex nō poteſt cognoſcere niſi uſque ad certam ſummam, ſi cognouit in maiori ſumma quàm ſua ſit iuriſdictio,non ualebit etiam in minori, quia inſtātia iu-

diti

ditij non poteſt pro parte ualere, & pro parte non ualere.l.cum certa ratione. C. quando pro. non eſt
8 ne. Item ſi iudex miſit aliquem in poſſeſsionem pro debito q̄d eſt parte uerum,& pro parte falſum per ſuum decretum, erit in totum decretum nullū, quia decretū iudicis eſt indiuiduum.l.prima §.hæc uerba ne uis fiat ei,& l.in hoc iudicio.ff.famili.herciſcundæ. & l.ſi non ſortem §.certum. ff. de condi-
9 ctione indebiti. Item quia ſiquis donat alicui omnia bona ſua præſentia, & futura,licet valuiſſet donatio ſi ſimpliciter facta foret de præſentibus, uel de futuris,tamen quia de omnibus dictum eſt,uitiatur in totum, ſecundum Bald.in l.certi.§.quoniam.
10 ff.ſi certum petatur. Item quia ſi iudex competens procedit ſimul cum incompetenti putans eſſe ſuum collegam in iuriſdictione delegata, uitiatur quicquid agitur, capitulo cum ſuper extra de offi.
11 delega. Item quia quādo duo ſunt arbitri unus habilis, alter inhabilis, tunc quia forma compromiſsi non poteſt ſeruari,ideo laudum non ualet le-
12 ge pedius.§. primo. ff. de arbi. Item quia quando inutile eſt contra naturam contractus tunc proculdubio uitiat utile & validum, lege actus. ff.de regulis iur.in caſu igitur noſtro abſque dubio recipere pluſquam pretium ſolutum pro emptione cēſus,uidetur contra naturam contractus cenſualis,ergo etc. & alijs caſibus utile per inutile uitiatur ,put notatur per Bald.in d.l.cærti.§. quoniam.ff. ſi cert. peta.& per Mayner. in l.non ſolent.ff.de regu.iur.
13 Item pro hoc facit quia ſi inquiſitus de aliquibus criminibus confitetur omnia delicta,ſi demum reuocat confeſsionem ſuam,& probat errorem confeſsionis in vno capite, in cæteris capitibus ipſius confeſsionis præſumitur erronea ut voluit pulchrè

Rapha.Cuma.conſi. 154. & uoluit Altia.in tracta: de præſump. in 11.præſu. dicebat Do. meus Ioan. Bolog. quòd hoc non poteſt eſſe uerum in confeſſione habente plura capita, nam licet erraſſet quis ĩ vno aut duobus capitibus nõ ex hoc debet irritari dicta cõfeſsio quo ad alia capita,quia licet id uerũ eſſet ubi daretur falſitas, ꝑ tex.in l.ſi ex falſis, ideò eſt,quia in falſitate cõſideratᷓ dolus, ſed ĩ errore nõ põt dari dolus,immò, põt eſſe quod ĩ vna parte dicat quis uerum,et in alia erret & licet nihil allegaſſet,tamẽ allego Bal. in l.nec exemplum. C.de fal. ſed ego dico hoc eſſe uerum in confeſsione ſpontanea, at ſecus in confeſsione extorta per tormenta, cui quidem non ſemper ſtandum eſt,cum ſit res fragilis & periculoſa, & quæ ueritatem fallat,nam plerique patientia ſiue duritia tormentorũ ita tormenta contemnunt, ut exprimi ab eis ueritas nullo modo poſsit. Alij tanta ſunt impatientia, ut in quouis mentiri quam pati tormenta uelint, & ita fit ut etiã uario modo fateantur, ut non tantũ ſe,uerum ẽt alios criminentur, uerba ſunt text. in l. 1.§. quęſtioni.ff.de quęſtion.& ideo debet confeſsio extorta per tormenta uerificari per alias probationes. & coniecturas, uti bene dicebat idem Cuma. ubi ſupra, ubi autem non eſſet uerificata, & appareret erronea in vno uel duobus capitibus, in cęteris præſumitur erronea, ſic in totum reuocabitur.

14 Item quia metus torturæ à quo cauſatur confeſſio,non magis conſideratur in vno capite confeſſionis, quam in cæteris capitibus,ergo ſi uitiat vnũ caput ſeu duo ipſius,probato errore,debet pariformiter uitiare cętera capita, nam ſi confitens falſum dixit mætu torturæ in vno, præſumitur ita in cæteris eodem mætu feciſſe, mætus enim uitiat conſen-

ſum quando cadit ſuper eodem ſuper quo conſenſus, ſecus ſi ſuper diuerſis, ſecundum Inno. in cap. cum locum de ſponſa. & Bal. in tract. ſciſma. quem ponit in rubrica. C. ſi quis al. te. pro 11. col. & 8. co. metus enim in caſu noſtro (ut dixi) cadit in omnibus capitibus confeſsionis, & ſic licet confeſsio contineat diuerſa capita, ſuper omnibus enim cadit metus, ergo omnia uitiat, Ceſſat enim ratio Domin. mei Bolog. nam licet dolus nõ det cauſam cõfeſsioni in caſu noſtro, dat enim cauſam ipſi cõfeſſioni metus, qui pariformiter uitiat actum. putarẽ tamen, quod ſi poterit apparere quod data opera quis cõfeſſus eſſet non uera, ut infringeret uera cõfeſſata, (ut puta quia eſſet aliquis literatus, aut perſona practica & ſagax) quod tunc etiam probato errore in vno uel duobus capitibus, non præſumitur erronea in cæteris capitibus, & ex his omnibus dicendum uidetur quod ſi contractus reddatur nullus in vna partita, in cæteris redditur nullus.

15 Sed iſtis non obſtantibus uidetur dicendum, qđ dictus contractus non erit nullus niſi in ea partita qua promittitur ſolui certum quid vltra pretium ſolutum pro emptione cenſus, & hoc ex pluribus, & primo, quia inutilis adiectio non uitiat, ut habetur in text. l. non ſolent. ff. de regu. iur. ubi in ſpecie dicitur, quod non ſolent, quæ ſuperabundant, uitiare ſcripturas, & habetur in l. certi. §. quoniam. ff. ſi certum pet. ubi inutilis ſtipulatio adiecta numerationi pecuniæ non uitiat, ſic ergo uidetur dicendum in caſu iſto, quod licet vltra pretium ſolutum aliquid promittatur non tamen ex hoc totus contractus debet annullari, ſed tantum in ea partita.

16 Secundo facit id quod habetur in l. 1. §. 1. ff. quod fal. tuto. aut. ubi ſi falſus & uerus tutor præſtet au-

thoritatem pupillo,authoritas falſi non reddet inu
17 tilem authoritatem ueri tutoris. Tertio facit, nā ſi ſuſpectus & non ſuſpectus edunt rationes credi tur tamen editioni propter fidem non ſuſpecti, ut habetur per Mayne.in d.l.non ſolent.& Bald.in d.
18 §.quoniam. Item et quarto ſi iudex putās ſe habere iuriſdictionem ex vno capite,et nō habet, ſed habet ex alio capite, & procedat ex capite in com petenti non uitiabitur proceſſus ſecundum Innoc. in cap.cum ex officij extra de præſcrip.facit tex.in l.1.§.de iudi.ubi hoc tenet Ange.& allegat Specu. ita teuuiſſe in titu.de iuriſdi. omnium iudicum.§.1. verſic. ultimo not. quod uerum eſſe dicit, quando litigantes procedunt ex capite competenti, & ita caſus in dicto §. primo, ſecus ſi iudex & litigantes ſimul errarēt, ut eſt text.in l.ſi in ſeruum.§.ſiquis iu
19 dex.ff.de arbi. Item & quinto ſi narratio,mediū, & concluſio libelli bona ſint, tamē actio eſſet ineptè concepta, non uitiat inutilis exprçſsio actionis ſecundum Innocentium in capitulo examinata extra de iudic. nam tacitè ex bona narratione concluditur actio competens, ſed Bald. in dicto §.quoniam igtur, tenet contrarium, quia peccat in forma, & aptitudine libelli, nec intelligere tacitè proponi vna actio, ex quo alia exprimatur, quia exprçſſum facit ceſſare tacitum, ut lege rogaſti.§. ſi tibi.ff. ſi certum petatur, & debet imputari illi, qui ineptam actionem exprçſsit; ut l. prima.§.primo.ff.ſi meſſ.fal.mod.di.& ita tenet Mayner.in d.
20 l.non ſolent. ff. de regul.iur. Item ſexto pro hoc facit,quia ſi quis portat multas res d quibus ꝑ par te debet ſolui gabella, & pro parte non, ſi gabella non ſoluatur de illis de quibus ſolui debet,illicitę tantum confiſcantur, & non licitę; caſus eſt in l.ſi

publica-

publicanus.§.de rebus. et ibi Bar.& Doct.ff.de pu. licet in contrarium uideatur text. in l.3. C. de nau. fæn.& in l.cotem ferro. §.dominus & ibi Bar.ff.de pu.quod quidem dicit Barto.ibi.uerũ eſſe niſi portans licita cum illicitis contra deuectum puniretur pæna capitis,& pub. bonorum, ſecus ſi ex forma ſtatuti puniretur alia pæna. Ioannes verò de firmo in tract.gabell. in ultima parte in quæſtio.8. refert plures opiniones tandem ex mente Saly. in l.3.C. de nau.fæno.diſtinguit,quòd aut quæritur de rebus quæ portari poſſunt licitè, ſed non ſine ſolutione gabellę, & in illis licentia data de Cert. quantitate prodeſt pro ea, & ſi quid amplius portatur quod non denuntietur,& gabella non ſoluatur & illud plus perditur, & incidit in commiſſum,& nõ aliud de quo ſolui non debuit d.l. ſi publicanus. §. de rebus. Aut quæritur de rebus quæ licitè portari non poſſunt etiam cum ſolutione gabellę,ut ſunt res de quibus in dicta l.tertia. C. de nau.fœno. & tunc ſi ſunt alterius quam portantis, & dominus rerum non fuit conſcius, & tunc nõ publicantur licitè ſed illicitè tantum; & hoc niſi expreſsim aliud ſtatuto caueatur, ſed nauta uel mulio ad intereſſe damnũ paſſo tenet.l.iubemus.§.nulla. de ſac.ſan.eccleſ. et ideò Bar.in l.2.C. de naui.non excu.li.11.dicit mulionem portantem res meas contra deuectum teneri fiſco ad æſtimationem rerum, ut ſic damnum ſit ſuum,non meum,ſi uerò res licitę & illicitę ſunt portantis,& tunc de iure cõmuni omnia bona ſua ſunt publicanda,propter talem portationem,ſed ſi omnia non ueniunt confiſcanda, & tũc ſi licita portantur ſeparatim cum illicitis, puta ſuper diuerſis animalibus, uel curribus, uel nauibus, nõ confiſcãtur licita propter illicita, ſi uerò portãtur ſuper eo-

dem mulo, curru, uel naui, & tunc eſt dubia quæſtio; ſed dicēdum eſt (ſecundum eum) ut ſupra di-
21 ctum eſt: Item ſeptimo pro hoc facit, id quod habetur in Euangel. Math.c. 13. de zizania ſuperſeminata inter frumentum, nam dicitur ibi ꝙ non debet eradicari frumentum propter zizaniam, &
22 ſic utile per inutile non debet uitiari. At etiam pro prima opinione optimè facit id quod habetur in Epiſt.ad Corinthios c. 5.& ad Gallatas.c. 5. ubi ſcribitur quòd paululum fermenti totam maſſam corumpit. Item facit, id quod ſcribitur per Ioann. Chriſo.in caput Math. 10. homil. 26. in Litera D. (nam bonum inquit, quandiu fuerit mixtum & cum malo iacet, & mortuum eſt, quia non poteſt bonum eſſe coninnctum cum malo: cum autem a malo fuerit ſeparatum, tunc ſurgit & uiuit) licet poſſet dici quòd hoc faciat potius pro ſecunda opinione quàm pro prima, quid igitur dicendum in caſu noſtro? Ego puto dicendum, quòd contractus tantummodo uitiatur in eo quod excedit; per allegata pro iſta opinione & tenuit Bal. in d.l.certi cō dictio.§.quoniam igitur.ff.ſi cer.peta. numer. 3.ſed credo puniri contrahentes de uſuraria prauitate, ſu
23 per quo cogitandum eſt. Quid enim ſi fiat pactum, quòd ſi reemptio contigerit fieri non multo tempore poſt emptionem, quòd tunc uenditor teneatur ad impenſas factas fortè in emptione, an tale pactum ualeat? & uidetur dicendum quòd ſic, nam ſi uenditor ſtatim uoluit reemere, et emptor fecerit nonnullas expenſas, et tamen nihil ſeu parum habebit de cenſu pro illo paruo tempore, licitè poteſt petere illas impenſas ſi nihil de cenſu percepit, aut deducet pro rata cenſus non percepti per l. qđ ſi ſumptus ff. de peti.hær, ubi bonæ fidei poſſeſſor,

ſi nihil

ſi nihil percepit fructuũ, poteſt repetere huiuſmodi impenſas, & ad hoc faciunt not.in ſimili p And. de Iſer. Aluar. & Cardi. Alexan.in §. his conſequenter in tit. hic fi. lex quod quidem ego puto uerum, ſi impenſæ ſunt maiores cenſu percepto.

24 Quid ſi de cõtractu deberet ſolui gabella, an fieri poſsit pactum quòd uenditor redimens teneatur ſoluere gabellas ſolutas? & in hoc dico, quòd aut gabellã ex forma ſtatuti tenetur ſoluere emptor & non uenditor, & tunc non poteſt fieri tale pactũ poſtquam onus ſoluendi gabellã, principaliter ſpectet ad ipſum emptorem, ideo non poſſet repetere argu.tex.in l.neque.ff.de Impe. in rer. dota.fac. ubi maritus ſolu.matri. & dote ad uxorem reuerſa, non poteſt ab eadem exigi ſtipendium aut tributũ ob dotem ipſam præſtitum; ſi ergo non poteſt repetere, ego multominus non poteſt in pactum deducere, ſtante diſpoſitione noſtræ,l. And. verò Tirequel.in tract.de vtro. retra.in tit. de retraict conuentionel.§.6.glo.2.nu.2.tenet oppoſitũ, per tex. in l.debet.in fin.ff.de ædi.ędict.quòd etiam ꝙ onus ſoluendi gabellam ſpectaret ad emptorem, nihilominus ſi poſtea reſcinditur venditio ex uoluntate utriuſq;, emptor debet indẽnis cõſeruari, ſed ego dico ꝙ hoc ꝓcederet quãdo ſtatim eſſet facta reemptio, adeò quòd nullum, ſeu non tantum emolumentũ percepiſſet emptor de emptione illa quantum ſoluit de gabella, & in iſtis terminis loquitur

25 tex.in d.l.debet. An autem uenditor teneat ſoluere emptori debita fiſchalia ante contracta ab ipſo uenditore, quæ ipſe emptor ſoluit? & dicendum eſt ꝙ ſic, per l.Imperatores.ff.de publica.& vecti. & uoluit in ſimili Bal.conſ.303.ad euidentiam prę

26 mittendum eſt. lib. 1. An emptor poſsit à uenditore

tore petere illud quod fortè ſoluit, pſonetis, ſeu me diatoribus? & in hoc dicendum eſt, prout dixi ſu-
27 prade gabella ſoluta. An autem uenditor teneatur emptori ſoluere impenſas inſtrumentorum uēditionis? & uidetur ꝙ ſic, per ea quæ in ſimili dicunt Doct. ꝙ debitor tenetur creditori refundere impenſas prædictas, ut per Bald. & Saly. in l. vlti. C. de condi. ex. l. & Bald. in l. non ignorat col. 2. uer. modo ego quæro. & ibi Saly. col. 2. verſ. quęro an impenſa. C. de fruct. & lit. expē. quod quidem ꝓcederet in caſu noſtro, quando ſtatim fieret reemptio, ita ꝙ nihil de cenſu fuit perceptum, per ipſum
28 emptorem. Sed eſt notandum, quod licet prędicta, & alia fortè teneretur uenditor retroemens ſoluere emptori, tamen non poteſt ea in pactū deducere, aliàs contractus eſſet uſurarius, etiam circumſcripta diſpoſitione. l. noſtræ. nam Panor. in cōſil. 76. in pręſenti col. 2. verſi. 4. coniectura lib. 1. reponit inter coniecturas quibus contractus præſumendus eſt uſurarius, hanc ſcilicet, quòd dictum eſt in contractu uenditionis, quòd ſi uenditor redemerit teneretur reſtituere gabellā emptori & ſumptus inſtrumentorum, quia (inquit) emptor nollet ſuſtinere, ac ſuffere quippiam ſumptum, ſed liberè & ſine aliquo onere lucra fructus. Ego autem puto poſſe fieri huiuſmodi pactum de ſoluēdis dictis impenſis in eum caſum ubi ſtatim contigeret redimi cēſus uēditos, & ſic nihil apud emptorem remaneret, in hoc etenim caſu bene procedit diſpoſitio d. l. debet in fin. ut conſeruari debeat indemnis emptor, non enim eſt iuſtum quòd emptor ſoluat pecuniam ſuam, cum qua abſque dubio potuiſſet lucrari aliter, & emat cenſum, & faciat nonnullas expenſas, & demum uenditor ſtatim redimat, & ipſum

ipſum remanere cum tot impenſis factis abſque lu
29 cro. Et pari ratione uidetur poſſe fieri pactum quòd impenſæ quæ fierent circa ratificationem ficndam per vxorem ipſius uenditoris,(vt pro obtinenda diſpenſatione aduerſus Prag.de Velleiano)vel pro obtinendo aſſenſum à Rege uel Barone in obligatione rerum feudalium, & ſimilia deberent reſtitui per ipſum uenditorem facta reemptione,ſi tamen illico fuerit facta reemptio,uel parum poſt, ita quòd cenſus receptus non aſcenderet ad eã ſummam impenſarum, licet And.Tiraquel. in trac.de vtro.retra.tit.de retraict lignagier.§.29.gloſſ.4.nu. 11.ſimpliciter tenuerit teneri venditorẽ dictas impenſas reſtituere emptori facta reemptione.

30 Poteſt tamen abſque dubio fieri pactum quòd ſi mota fuerit lis in cenſu uendito, quòd uenditor teneatur ad omnes impenſas & intereſſe,de quo tamen per text. in l.iam tamen. §. in hac ſtipulatione & ibi gloſſ.& Docto.ff.iudi.ſol.;& in l. 1. & ibi gloſſ.& Docto.C.man.& in l.ex parte in prin. & ibi gloſſ.in uerbo & obtinuit.& latè Floria.ff.fam. hærciſ.& in l.excep.& ibi.Bar.& Pau. de Caſt.ff. de fideiuſ.in l.qui proprio,§.litis.ff. de procu.

SVMMARIVM.

1 *Dictio tanquam quid importet.*
2 *De eadem re.*
3 *Dictio tanquam qualiter in textu ſumatur.*
4 *Exequutio cenſus non regulatur ab exequutione rei iudicatæ.*
5 *Sententia exequi non debet ſi de nullitate opponitur, et quãdo*
6 *Nullitas opponi poteſt coram exequutore.*
7 *Exequutio contractus cenſualis non impeditur prætextu nullitatis.*
8 *Exequutioni qualiter demandabitur res iudicata.*

De

9 De eadem re.
10 De eadem re.
11 Tertius ad impediendum exequutionem ſententiæ poteſt allegare nullitatem.
12 Exequutio cenſus fit contra tertios poſſeßores.
13 Exequutio parata ex inſtrumento habet locum contra nominatum in eo.
14 Exequutio ſententiæ qualiter fit contra hæredem.
15 Exequutio cenſus qualiter fit contra hæredem.
16 Exequutio cenſus qualiter fit contra tertium poſſeſſorem.
17 Exequutio fieri non poteſt contra perſonam hæredis niſi facta excuſſione.
18 Exequutio cenſus qualiter fiat contra perſonas hæredum.
19 Hæres poteſt capi pro debito defuncti ſtante ſtatuto quòd debitor capiatur.
20 Hæres cum beneficio legis & inuentarij non poteſt de perſona capi.
21 Hæres debitoris in Regno non capitur pro defuncti debito.
22 Sententiæ exequutio non poteſt fieri contra tertium poſſeſſorem.
23 Exequutio pro cenſu fieri poteſt contra tertium poſſeſſorem.
24 Hæres opponere poteſt contra cenſus inſtrumenta.
25 Aditio hæreditatis an debeat probari ut filius ad patris debita teneatur?
26 Inſtrumentum cenſus an exequutioni mandari debeat ad inſtantiam ceſsionarij?
27 Cenſus exigi poteſt à quocunque poſſeſſore.
28 Perſona poſſeſſoris ut ſit obligata eſt contra ius.
29 De eadem re.
30 De eadem re.
31 Statutum quod ſingularis ſucceßor teneatur de perſona ualet.
32 Tertius poſſeſſor quando de perſona poſsit capi pro cenſu.
33 Prioritas an detur in cenſualibus, reſpectu prioris ſolutionis cenſus factæ?
34 Poſſeſſorium non datur pro annuis præſtationibus.
35 Præſcriptio an currat contra cenſum?

Opi-

Opinio Domi. Autho.

36 De eadem re.

37 Exequutio parata an detur in inſtrumẽto cenſus poſt. xx. an.

38 Soluens cenſum cũ eſſet tutus exceptione quali remedio tueat.
Opinio Domi. Autho.

39 Exequutio fit contra tertium poſſeſſorem ſi tenet rem cenſu oneratam.

40 Citatio partis non requiritur quando aliqua fiunt ad liquidã dum aliquod ante citationem.

41 Exequutio an poſsit impediri per officium iudicis?

42 Appellatio ab exequutione cenſus an in totum repellatur?

43 Fideiuſſor cenſus an poſsit agere priuſquam contra eum fiat exequutio?

44 Appellatio non admittitur ad impendiendum exequutionem cenſus.

45 Appellatio tolli poteſt per Principem,

46 De eodem.

47 Appellare an poſsit tertius?

48 Appellatio an in totum hoc textu prohibeatur?

49 Cenſuarius an audiatur ſi vult dare fundum in ſolutum?

50 Inſtrumentum cenſus an ſtatim exequutioni demandetur?

51 Exequutioni inſtrumenti cenſus promiſsi pcocuratori: an poſſit peti ceſsione non aliter facta?

52 Procurator an poſsit petere exequtionem cenſus.

53 Parata & prompta exequutio qua nam ſit?

54 Exequutio cenſus an propria authoritate fieri poſsit?

55 Exequutio cenſus an fieri debet uirtute inſtrumenti non roborati ſecundũ diſpoſitionẽ conſtitutio. inſtrumentorũ robur.

56 Statutum tribuens exequutionem inſtrumento, intelligitur ſi inſtrumentum eſt liquidum.

57 Cenſus probatus per teſtes an habeat exequutionem paratã?

58 Dominus pro cenſu prefertur omnibus creditoribus.

59 Inſtrumentum Pactionatum an poſsit exequi?

60 Practica Hodierna in cenſualibus.

61 Cenſus conſtitutus in aliqua re an ſi deficit peti poſsit quod ſuppleatur?

Tan-

1 TANQVAM Aduerbium ſimilitudinis eſt, verbis ſubiunctiuis iungi ſolet ſecũdum Plin. de natu. hyſt. (tanquam neſciamus hanc eſſe ſolam quę nunquam iraſcatur) i. quaſi neſciamus, & Cælius ad Cicer. lib.8.5.3. (omnia deſiderantur ab eo tanquam nihil denegatum ſit ei quoniam paratiſsimus eſſet) qui publico negotio præpoſitus eſt (& Cice. 1. Tuſcu. 177.(gloria uirtutem tanquã umbra ſequitur) & in 2.de orat.24.oratorem in iudicia,& conciunculas,tanquam in aliquod piſtrinum detrudi. & cõpigi uolebamus) item è noſtris habemus eſſe notam improprietatis ſecundum Bar.in l.omnes populi.6.q.prin.uerſi.nota dictionem tanquam. ff.de iuſti.& iu.& Bald.in l.apud antiquos circa mediũ, uerſicu. circa hoc dic. C. de fur. per l.ſi pater.§.qui duos.ff.de adopt. & per Bald. plenius in l.1.1.col. C.de hære.inſti.& in l.meminimus uerſicu.not.dictionem tanquam.C.de leg.hære.item eſt exprę ſſiua ueritatis,ut in cap.nimis de excep. præla.item eſt ſimilitudinis,ut in cap.quoniam,ut lit.non conte.ad fi.ſecundum Car. in cle.1.in fi.de vſu. & per Dom.Socy.in conſi.107.incip. proſequendo ordinem circa princip.4.colum.verſic.12.& Franciſ.de Aret.in l.2.C.ubi in rem actio.& in l.pecuniam. ff.
2 ſi cer.pet. Eſt quoque aduertendum quòd Bart. in l.ſi is qui pro emptore.24.col.ibi tuo, uerſicu.ex prædictis.ff.de vſucapio.& in l.ſi maritus.2.§.1.de adulte.quem ſequitur But. in cap. nuper in fi.extra de biga.dicẽs,quòd ſi lex, uel ſtatutum diſponit in materia in qua poteſt diſponere uerè, ut in ijs, quę ſunt iuris, tunc dictio tanquam eſt expræſsiua ueritatis,exemplum, dicit ſtatutum quòd talis habeatur tanquam ciuis, ſecus in ijs quæ ſunt facti, ut ſi

dicat

dicat habeatur tāquam ciuis originarius. iſta enim eſt fictio, quia non poteſt ſtatutū facere quòd hoc nō factum habeatur pro uero facto,& ſic non poteſt fieri,quod ille qui non eſt ciuis originarius, habeatur pro ciue originario:idem ſi dicit talis habeatur pro præſente, nam eſt fictio ſimilitudinaria, & ideo dixit eleganter Bald.in cap.nonnulli extra de reſcrip. 2.colum.quòd ſi ſtatutum dixerit quòd talis puniatur tanquam falſarius, non intelligitur de pæna.l.corneliæ de falſis, ſed de pæna arbitraria ꝑ illum text.iuncta expoſitione Ioan.And. Regulariter tamen eſt dictio iſta nota improprietatis ſecū dum Bar.in l.omnes populi.ff.de iuſti.et iur.ut per
3 Felyn.in cap.nolite.de ma.& obed. Qualiter autem accipiatur in tex.noſtro, pro expræſsiua ueritatis, uel pro nota improprietatis, uel ſimilitudinariè? & uidetur dicendū quod accipiatur pro expræſsiua ueritatis, tum quia lex noſtra ponit iſtam dictionem; ſeu aduerbium tanquam, in materia in qua poteeſt uerè diſponere,nam uerè lex poteſt diſponere quòd contractus cenſualis habeat exequutionem paratam,ac ſi eſſet res iudicata,& ideo accipi debet pro exprſsiua ueritatis, per ſupra allegata. tamen etiam quia in diſpoſitione noſtræ.l. conceditur ſeu ponitur diſtinctè certitudine, & particulariter quomodo, & qualiter debeat executioni demandari contractus cenſualis, (ut eſt uidere in litera tex. uſque ad illa uerba penſiones autē) quo caſu tam dictio tanquam quàm ſicut, & quēadmodum, & prout, ac ijs ſimiles dictiones, quę regulariter ſolent ſtare conditionaliter, & ſimilitudinariè, ſtant diſpoſitiuè,& uerè deciſiuè; ex quo ponuntur in actu diſpoſitiuo ſecundum Bar.in l.cū qui.§.Iulia.per illum text. ff. de conſti.pe.& Abb.

3 in c.examinata ad fi.de confir.uti.uel inuti.& habetur latè per Fely. in cap. ex parte de reſcrip.in uerbo clauſula ſi præces, etc. uel ſi ita eſt nu.5. & uoluit gloſ.in regula cãcella.47.quod quidem confirmatur ex eo quia tex. dicit ibi planè circa executiones, etc. ibi certum & determinatum ordinem dare uolentes, & ſic patet uoluiſſe certitudinaliter ſtatuere, & non ſimilitudinariè aut impropriè.
4 Et ex hoc infero quòd executio contractus cēſualis non regulatur ab executione rei iudicatæ.
5 Et quòd hoc ſit uerum multis rationibus oſtenditur, & primo clarum eſt ꝙ ſi dicatur de nullitate sētentiæ per uiam appellationis, non poteſt interim ſententia executioni demandari, prout ita not. Cuma. in l. ſi expræſsim. ff. de appellatio. & habetur latè per Philip. Fran. in cap. dilecto de appella.nu. 25.cum ſequen.& idem eſt quando deducitur nullitas per modū exceptionis, quia impedit exequutionē, cū talis exceptio dicatur ſummaria ac peremptoria, & præiudicialis, ſi altiorem indaginem non expoſcit, ut ponit Rot.in Deciſio. 107.& 115. nota ꝙ caſu nullitatis,& Bart.in l.4.§. condemnatum, & in l. à Diuo pio. ff. de reg.iur. Affli.deciſio, 183.& Alexan.conſi.33.uiſo.in fin.lib.primo.
6 Item nullitas poteſt opponi coram exequutore ſententię non quòd ſuper ea nullitate exequutor ille habeat pronuntiare, ſed huiuſmodi incidentem quæſtionem remittere, & interim (ſi de exceptione conſtabit) in exequendo ſuperſedere poterit, prout per ſcribētes habetur in c.de cętero. & ibi Panor.poſt Inno. de ſen. & re iudi. & idem Panor.in cap.paſtoralis.§.quia uerò.col.2.in princ.de offi.de leg. Ancha.in cle.1.col. fi.de regu.iur. Inno.in cap. cum in iure de offi. de leg. Bart. in l. ſi prætor. ff.de iudi.

7 iudi. Et tamen exequutio cõtractus cenſualis nullo falſitatis, nullitatis, aut alterius cuiuſuis exceptionis obiectu impediri ualeat ut infra uidebimus, & tamen ſi regularetur ab exequutione ſentē
8 tiæ impediretur exequutio, ut ſupra dixi. Qualiter ergo res iudicata exequutioni demandabitur in quo dicendum eſt, quod ſententia à qua non eſt appellatum habet exequutionem promptam, & paratam. l. 2. C. de exequu. rei iudica. ſed in hoc eſt aduertendum, quòd uirtus cõſiſtit in modò practicãdi, nã aut exequutio ſententię petitur iure actionis, quia fortè intentatur actio in factum, uel actio iudicati, & eo caſu requiritur plena cauſæ cognitio, nam libellus debet offerri, lis conteſtari, iurari de calumnia, & probationes debent fieri, nam qui actionem intentat eam in libellum deducit, & ſuper ea opportet ꝙ procedatur ſecundum formam iuris auth. offeratur de iudi. debent tamen breuiores dilationes dari cum cauſa exequutiua ſit; & ſic intelligitur. l. item ueniunt. §. idem rectè. ff. de pet. hære.
9 & l. 1. C. quando ex fac. tuto. Si verò petitur exequutio ſententiæ officio iudicis, & tunc non requiritur libellus, nec litis conteſtatio, quia officium iudicis miſericorditer imploratur omnis enim cognitio eo caſu erit ſententiaria, attamen eſt aduertendum, quòd aut exequutio petitur in alia re quàm in petita, aut in re petita, aut petitur exequutio in perſonam condemnati, ut fortè qui capiatur, & in carcerē deducatur manſurus ibi, quouſque ſatiſfecerit, primo caſu quando petitur exequutio in alià re, dicendum eſt, quòd requiritur cauſæ cognitio, ut l. cum|vnus. ff. de bo. auth. iud. poſsi. et l. fulcinius. ff. qui ex cau. in po. ea. nam ſi eſt actum actione perſonali, & ſit exequutio ſententiæ ſuper re, debet

tunc ſummariè cognoſci & quilibet poteſt impedire miſsionem, oſtendens de iure ſuo, & eſt ratio, quia nunquam de iure ſuo fuit cognitum, & ita uolunt Bartol. & cæteri Docto. in l. à Diuo pio.§. ſi ſuper rebus.ff.de re iudi. & plenè per Bertran.in conſi.9.primo lib.& Bal. in l.ob maritorum.C.ne uxor pro marito, & ſic habes exequutionem ſententiæ poſſe impedire quẽlibet tertiũ, quando exequutio fit ſuper alia re, quam ſuper petita. Item ſimiliter quando fit exequutio ſententiæ in re petita,& tũc aut res illa à nemine poſsidebatur,et tunc quilibet tertius poteſt impedire exequutionem, argumẽto.l.ultime.C.de ædicto diui Adriani tollen. ſi uerò res illa non uacabat, ſed ab alio poſsidebatur,tunc tertius ueniens non impedit exequutionẽ, ſed cauebitur de indẽnitate poſſeſſori.l.is à quo ff. de rei uendica.& ita uoluit Bart. in dicta.l. à Diuo pio,§.ſi ſuper rebus ff.de re iudica. & ibi Alexand. ubi refert Imo. in capitu. ſuper eo extra eodem tit. in gl. uerſicu. appellationem. uoluiſſe,quod nũquã tertius impedit exequutionem, quando ſciuit litem motam,& ſententiam eſſe latam contra debitorẽ ſuper re, quã ipſe tertius poſsidebat, et à ſnia nõ fuerit appellatum, allegat c.quamuis.eod.tit.& l.ſepæ ff.de re iudica. & dicit quod hoc ſequuntur magis communiter ſcribentes,& hoc dictum multum commendare, Imol.in l. à ſententia in prin.ff. de appella.quinta colum. dicit tamen ibidem Alexan.quod quatenus Barto. dicebat quòd quando res erat poſſeſſa ab alio, quòd tunc tertius non impedit exequutionem,ſed cauebitur de indemnitate poſſeſſori.per l.is à quo,hoc eſt uerum ubi ipſe tertius non poſsideret, ſed poſsideret reus conuentus, ſed ubi poſsideret ipſe tertius ſe opponens, tunc

uide-

uidetur dicendum ſecundum eum,quod immo au diretur ipſe tertius, & ita uoluit Imo. in l.à ſententia in princi. quinta columna, de appellation. Sed adde quod uoluit Alexand. allegare Imol. in l.ab
11 exequutore.§.à ſententia.ff.de appella. Item eſt ſciendum quod tertius pro ſuo intereſſe ad impediendam exequutionem ſententię,pōt allegare nullitatem ipſius, & contra eum non poterit replicari quod ſint latæ tres ſententiæ conformes iuxta.Clemen.prim.de re iudica.¦prout ita dicit Ioan. de Ligna.& magis communiter Docto. ſecundum Ale
12 xand.in d.§.ſi ſuper rebus. In contractu uerò cēſuali pro cenſibus poteſt fieri exequutio abſque diſcuſsione bonorum principalis debitoris,contra perſonas, & bona quoruncunque poſſeſſorum,nec poteſt impediri exequutio per ipſos poſſeſſores, quocunque obiectu, etiam nullitatis, ut in litera tex. ut ibi Deo dante dicemus, quod ut uides in exequutione ſententiæ non fit: ergo cenſus exequutio
13 non regulatur ab exequutione rei iudicatæ. Regulariter enim quando ſtatutum tribuit exequutionem paratam inſtrumento,illud habet locum contra illum qui eſt ibi nominatus,ſed non contra tertium, ut traditur notabiliter per Imo. in l. ſi.qui appel.non lic.xiiij..colum.ar.capi.ſuper eo de offi. de lega.ut latè habetur per Alexan.in d. §. ſi ſuper rebus. 12. colum. uerſicu. & pro hoc bene facit, ſed qualiter in hoc practicatur per magnam curiam ui
14 cariæ infra dicemus. Item exequutio ſententiæ non poteſt fieri contra hæredem, niſi citetur & cognoſcatur ſummariè an ſua interſit, ſecundum Inno.in capitu.quia gu. extra de iudi. ut referunt ibi Doc.Ant.& Cardi. & uoluit Bart. in l. creditores.

C.de pignori.& in iſta ſummaria cognitione liquidabitur an hæres habeat cauſam ab eo qui condemnatus eſt,& dicit Ange.in repe.l.primę.C.de iudi.quod licet in exequutione non requiratur, citatio maxime ubi fit in eadem re de qua eſt facta cõdemnatio,tamen fallit ubi exequutio fit contra ſucceſſorem,quia debet citari,& Ange. in l. oratione. ff.de fer. dicit quod licet, defuncto datæ eſſent ſufficientes dilationes, tamen ſucceſſori adhuc dabitur vna:cauſa cogita,de quo plene per Felyn.in d.
15 c.gu.de iudi. Et hoc idem dico ſeruandum in cõtractu cenſuali per id quod uoluit Bald. in l.per diuerſas.C.man.in.6.colum. vbi dicit ꝙ ſi ex forma ſtatuti inſtrumentum guarentigiæ poteſt mandari exequutioni contra hæredem defuncti, ſicut ſentẽtia, oportet ꝙ prius citetur hæres, & ꝙ liquidetur an ſit hæres, & talis perſona contra quã poſsit fieri exequutio, de qua loquitur ſtatutum, allegando Inno.in cap.quia gu.de iudi.ubi etiam refert,& ſequitur eum Felyn.nu.4.citatio autem qualiter fieri debet caſu iſto, dicam infrà in traditione practicæ
16 huius Pragma. Et ita etiam puto indubitanter ſeruandum in tertio detentore, prout ita in particulari dicit do.Fely.in dicto cap.quia gu. allegat Bar. in l. 1.ff.ſi mul.uen.nom.& ſequitur Bal.in l.7.C.de exequu.rei iudi.& dicam infra ſuo loco latius.
17 Eſt tamen aduertendum ꝙ exequutio ſententiæ non poteſt fieri contra perſonam hæredis debitoris condemnati, niſi facta excuſsione bonorum in cõfuſo, ꝙ bona nõ eſſent,ut eſt gl. reputata ſingula in l.3.§.tutores.de ſuſpect.tuto. & uoluit Alexan.qui dicit hanc eſſe communem opinionem in l. à Diuo pio.§.in uenditione.ff.de re iudi.3.col. & hoc tenet

Pau.

Pau.de Caſt.in l.4.§.ait prætor.ff.de re iudi.licet de hoc dubitaſſet Bal.in l.fi.§.& ſi pręfatam.C.de iur.
18 delib. Tamen pro cenſu abſque aliqua diſcuſſione poteſt fieri exequutio contra perſonas hæredum, ut dicit manifeſte text.noſter,ſed in hoc puto aduertendum, ꝙ quatenus hæc Regia Pragma. concedit capturam perſonarum hæredū, debet intelligi præcedente citatione,& facta diſcuſsione an ſint hæredes, & aliter non poſſunt capi, & eſt ratio, quia etiam in rebus non poſſet fieri exequutio, niſi citatis ipſis hæredibus, & facta diſcuſsione an ſint hæredes (ut ſuprà dixi) & tamen captura perſonæ habet iniuriam in ſe,& ſic maior eſt quàm captura rerum; & hoc uoluit Bald. in l. per diuer.C.
19 man.in 9.q. Et ꝙ poſsint capi hæredes ſtante ſtatuto ꝙ debitor capiatur de perſona uoluit Barto.in l. poſtulante.ff.ad Treb. & ibi Angel.etiam ſi nulla fieret mentio de hærede,& ſequitur Philip.Fran. in cap. ex ratione de appella. nu. 87.dicit tamen ꝙ ante capturam debent citari, & diſcuti an ſint hæredes,& idem uoluit Socy.in conſ.231.cum in pręſenti conſultatione. 2.lib.ver.confirmatur hoc pen. colum.& Are.in l.qui Romæ.§.augerius de uerbo. obliga.& Felyn.in c.gu.extra. de iudi.dicit tamen ꝙ oportet ꝙ citentur (vt dixi) & liquidetur qui ſint hæredes, & ita uoluit Anto.de Cana.in tract.
20 de exe.inſtru.nu.66.in 3.q. Si tamen eſſet hæres cum beneficio.l.et inuentarij non poſſet capi,prout ita limitauit prædicta Saly. in l.fi.§. in computatione.C.de iure delib.& Socy.in d.conſi.231.& Bar. in §.in computatione, & idem uoluit Anto.de Ca-
21 na.in loco citato nu. 63. In Regno autem ſcitis, ꝙ eſt Ritus Magnæ curiæ uicariæ concedens exequutionem promptam,& paratam contra debito-

rem, & eius fideiuſſores, & tamen nunquam ſeruatus fuit nec ſeruatur, ut habeat locum contra hæredem debitoris, ut uoluit etiam alter Ritus eiuſdem Magnæ curiæ uicariæ incipiens. item ſeruat ipſa curia ꝙ ſi debitor; ſed in cenſu expræſſe (ut in littera tex. vides ſtatuitur quod habeat locum contra Hæredem, quod quidem qualiter procedat, dixi, et

12 dicam infrà. Item ſciendum eſt, ꝙ ſententia nõ poteſt exequi contra tertium poſſeſſorem, ut capiatur de perſona, ut habetur per Doct. in d. l. à diuo pio §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudi. & in l. 1. C. de iu. ꝑ Ange. & eſt ratio, quia non exequitur contra eum ueluti condemnatum, & debitorem, ſed tertium poſſeſſorem, & obligatio perſonalis non ſequitur poſſeſſorem. l. fin. §. fin. & ibi Bart. ff. de cont. emp.

13 Et tamen pro cenſu poteſt exequi contra tertium poſſeſſorem, etiam ut capiatur de perſona, nulla facta diſcuſsione bonorum principalis debitoris, dummodo ſit poſſeſſor illius rei, ſeu earum rerum ſuper quibus ſpecialiter eſt conſtitutus cenſus, ita aperte dicit littera tex. ibi, ſed etiam, quod quidem eſt contra diſpoſitionem iuris communis ſecundũ Iaſo. in l. certi condictio. §. quoniam. 5. colũ. ff. ſi cer.

14 peta. Vnum tamen notes ꝙ Bar. Caſſa. in cõſu. Burgun. in titu. des cenſes rubrica. 11. §. 6. fol. 363. nu. 6. & 7. dicit ꝙ licet inſtrumenta cenſus debeant exequutioni mitti contra hæredes, non eſt quin ipſi hæredes nõ admittantur ad aliquam oppoſitionẽ, & debet præcedere ſummaria cognitio contra hæ-

15 redem, ꝙ ſit hæres, ut ſuprà dixi. Nunquid autem ſufficiat probare cõtra aliquem ꝙ eſt filius, & ꝙ poſſedit bona patris, ſine eo quod probetur aditio, ad docendum ꝙ ſit hæres? & uidetur ꝙ ſic, per l. 1. C. de repu. hære. quæ dicit ꝙ ex poſſeſsione rerũ

hære-

hæreditariarū præſumitur aditio niſi liquido probetur quòd alia de cauſa res hæreditarias poſſederit,ſed in hoc contrarium concludit Roma.in conſi.154.in princip.& Socyn.in conſi.91. 2.colum.in 1. lib.quòd eſt probanda aditio. & habetur per Alexan.in l.non hoc in 2.colum.C.unde leg.& habetur per Aret.in conſi.136.in prin. & hoc etiam uoluit Caſſan.in conſuetu.Burgun.in titu. des ſucceſ-
26 ſions.§.19.in ulti.gloſ. An autem ad inſtantiam ceſsionarij debeat mandari exequutioni inſtrumētum cenſus, ſicut fieri debet ad inſtantiam principalis creditoris, & in hoc Bar.uidetur dicere quòd ſic, in l.1.ff.de actio.& obliga.colum.5. ubi quæro ex forma ſtatuti, ſed Bald.in l.per diuerſas. C.mā da.tertia,& quarta colum.ibi aduerte tamen.uidetur tenere contrarium, ſed Caſſan.in conſuetu.Burgun.in titu. des cenſes Rubrica.11.§.6.fol.362.nu. 8.dicit quòd procedendo de bono & æquo (prout dicit procedi apud gallos)non conſiderant hę ſubtilitates iuris, immò deuenitur ad effectum, qui ita conſideraretur in habente utilem actionem, quam in habente directam, & ex conſequenti ſi uia exequutiua habet locum ad inſtantiam cedentis, pari ratione debet habere locum ad inſtantiam ceſsionarij, & opinionem Barto.ſequitur Bald.in l.ex legati in fin.C.de lega.& Pau. de Caſt.in l.poſtulāte.2.colū.in prin.ff.ad Treb.& habetur per Alexā. in l.poſt dotem.3.colum.ff. ſolu.matrimo. & in d. l.poſtulante in 5.colū. & inſtrumento cenſuali non
27 eſſet dubium. Et pro certo eſt notandum quod hæc lex noſtra eſt mirabilis, nam licet onus impoſitum rei ſequatur rem quocunque vadat. clemen. 1.de cenſibus,ubi gloſſ. & l.reſcripto.§. ſciendum. ff.de mune.et hono, adeò quod ſi Eccleſia acquirat

rem feudalem obligatur ad onera uaſſalli, quia trã ſit res cum onere ſuo, ſecundum Innocen.in ca.uerum de foro competen.Hoſtien. in ſumma titul.de iure immu.§.à quibus prope prin. idem in fiſco ad quem tranſit res cum onere ſuo l.l.2. C. ad leg.Iul. de ui pub.Abba.in conſi. 14.colum.2.lib.2.& in terminis cenſus tradit Spec.in titu. de loca.§. nunc aliqua uerſicu.87.& Dec.in conſi. 164. colum.3.circa medium, ubi dicit ius petendi cenſum tranſire contra quẽlibet ſingularem ſucceſſorẽ, ſed tanquã bona ſint obligata pro tali cenſu.per l.hactenus.ff.
28 de uſufru. Sed quod ſit obligata perſona poſſeſſoris pro cenſu, uidetur contra regulas iuris, ut eſt in indiuiduo tex. in l.fin.§.fina.ff.de contrahen.emptio.quia regulariter (ut ſupra dixi)inſtrumentum habens exequutionem paratam,non habet locum niſi contra nominatos in eo. ut per Imol.in l.fina.
29 a qui. appellari non licet.14.colũ. Sed recte intuenti non uidebitur abſona diſpoſitio tex. noſtri, nã ſingularis ſucceſſor cui tradita eſt res ſuper qua conſtitutus eſt cenſus,ex quauis cauſa, cũ illo onere cenſus ſoluendi, in traditione & in inſtrumento nominati (prout ita intelligi debet tex.noſter)uideur ſe taciteè et expreſsè obligare ad ſoluendum cen
30 ſum illum. Nam pro illo onere cenſus minus ſoluit pro pretio illius rei (ſi emit) ſecundum Socy. in conſil.15.prima parte,uerſic.præterea,circa finẽ, et cap.cum Ioannes de fide inſtrumentorum,& ibi Abb.& licet debeatur cenſus ratione rei, nihilominus emendo, uel acceptando rem illam, cum illo onere cenſus, proculdubio uidetur præſtatio perſonalis,licet occaſione rei,per nota.per Albe.in d.l.fi. §.fi.ff.de cotrah. emptio.ſic ergo patet,cenſus exequutionem ideo fieri contra tertium poſſeſſorem de per-

de perſona,eo quia acceptando illam rem uidetur
31 acceptaſſe cum ſua cauſa. Nec dubitandum eſt,
ſi potuerit ſtatui per hãc Regiam Prag. quòd obli
gatio perſonalis tranſeat contra ſingularem ſuc-
ceſſorẽ,nẽ in terminis,pone proculdubio,et valere
ſtatutum, inquit Dec.in conſi. 88.colum. fin. & eſt
ratio, quia perſonalis obligatio non liget ſucceſſo-
rem ſingularem, eſt introductum de mero iure ci-
uili.l.ſi fideicommiſſum.,§. tractatum. ff. de iudi.l.
fina.§.fina. de contrahen.emp.l.2.in fi.ff.de hæred.
uel actio.uen.l. 1.§.ſi hæres.ff.ad Treb.l. 1.C.ſi ad-
uer.credi.l. 1.C.ſi cert.peta.ergo tolli potuit ab eo-
dem iure l.omnes populi.ff.de iuſ.et iur.nec per ta-
le ſtatutũ tollitur alicui ius ſuum, nam licet emptor
& ſic ſingularis ſucceſſor conueniatur, hoc tamen
procedit ſua uoluntate & facto,cum acceptauit(ut
dixi fundũ cum onere cenſus & ita conſuluit Cra-
uet.in conſi.201.in ſecunda parte, nume.8.

32 Nec mireris quod ſupra dixerim hanc Regiam
Pragma.quatenus concedit exequutionem perſo-
nalem contra perſonas ſingularium rerum de ten-
torum, intelligi debere, quando fuiſſet uendita res
onerata cenſu cum ipſo onere ſoluendi cenſum, &
non aliter, quia cum in hoc Regia iſta Pragma.ui-
deatur contra ius cõmune eſt reſtringenda, ut quã-
to minus poſsit lædat ius cõmune.l.quicquid aſtrin
gendæ, & ibi Doct.ff.de verbo.obliga.l.2.§. is qui
nauem.ff.de exer.l.3.§. hæc uerba de nego. geſt.&
ſic notes ꝙ diſpoſitio text. noſtri non habet locum
in detentoribus rerum generaliter obligatarum
ad ſolutionem, & euictionem cenſus, & in deten-
toribus rerum non traditarum cum onere ſoluen
di cenſum,Primum patet per text. noſtrum,in illis
uerbis, contra perſonales, & bona quoruncunque
ſingu-

ſingularium detentarum rerum, iurium, uel bonorum ſuper quibus cenſu, alia ipſa fuerint ſpecialiter onerata. Secundum patet per ſupra proximè
33 dicta. Quid enim ſi duo prætendant emiſſe cēſum ſupra aliquo fundo,& uterque petat exequutionem, unuſquiſque ipſorum demōſtrat priorem emptionē,& confeſsionem poſſeſſoris fundi,quod pro cēſu eſt ſibi debitor facto calculo in ducatis decem, quos poſtea recipit, alter uerò demonſtrat ſecundam emptionem,& actualem receptionē penſionis, ſeu cenſus priorem ex confeſsione demonſtrata per primum,quis ergo eorū præferatur? hāc quæſtionem poſuit Caſſan.in conſuetu. Burgun.in tit.des cenſes in text. ibi amende.§. 1. fol.349. mihi ibiq; arguit pro vtraque parte, & primo arguit q̄d uidetur debere præferri ſecundum emptorem,nam licet ſit ſecundus emptor,nihilominus eidem uidetur prius tradita poſſeſsio per receptionem penſionis ſeu cenſus,& ſic debet præferri etiam primo emptori,per l.quotiens C.de rei uend. nam per actualem receptionem penſionis ſiue cenſus acquiritur quaſi poſſeſsio,& nō per confeſsionem de recepto, ſecundum Abb.in conſi.8.in 23. & ſequen. col.lib. 2.pro primo arguit quod paria ſunt ſoluere aut ꝓmittere ſoluere. l.fin.C.de cad.toll. ergo primus emptor faciendo confeſsionē de recepto, & faciendo computum uidetur fuiſſe in poſſeſsione à die computi facti, ſed hæc ratio parum aut nihil facit, quia dato quòd uerū eſſet quod à die computi facti primus emptor fuiſſet in poſſeſsione, nihilominus extat ſecundus emptor ſecundum caſum propoſitū qui prius poſſeſsionem adeptus fuit, & ſic deberet præferri,ſecundum caſum d.l.quotiens, deinde dicit eſſe aduertēdum,quod quando quęritur ius ſine
titulo,

titulo, ut in duobus quibus diuerſis temporibus fui hypothecata eadem res, quia ex ſola conuentione ius hypothecę abſque traditione poſſeſsionis transfertur.l. 1.ff.de pignori. actione, ideò eſt præferendus ille cui primo res eſt hypothecata, nõ ille cui prius fuerit tradita, ut per Docto. in cap.qui prior, de regu.iur.& l. potior, & l. qui balneum.ff. qui potior in pignor. habeantur, & ita dicit teneri per Cy.Bal.Saly.& Pau.de Caſt. in d.l.quotiens, & ſic ſentit in caſu propoſito ꝙ in cenſu abſque traditione acquiratur ius,& ꝙ non cõſideratẽ poſſeſsio.

34 Pro quo videtur facere, quia pro annuis præſtationibus & cenſualibus non eſt dare poſſeſſorium, licet detur quidam ſtatus ad quẽ poteſt peti ut fiat reſtitutio, ut fuit ſententiatum & concluſum per ſacrum Regium conſilium Neapolitanum in deciſi. 395.incipien. pro deciſi. item quia uerum eſt quòd in iuribus incorporalibus tranſit poſſeſsio per ſolũ priuilegium, ſecundum Inno.in cap.cum noſtris de conce.præbe. 3.col.uerſic.Immo plus dicitur, & ibi Imol.pen.colum.& uide an pro annua præſtatione detur poſſeſſorium, eundem Caſsan.in conſuetu. Burgun.in tit.des cenſes rub. 11.§.2.fo.352.nu.27.

35 Quid enim ſi quis per 30.annos nõ ſoluiſſet cẽſum, an præſcripſerit ut amplius non teneatur? hãc quæſtionem poſuit idem Caſſan.in loco.citato nu. 33.tandem dicit quòd ſic quia ſubiectio cum priuato eſt præſcriptibilis, ſecundum Panor.in capit.ad audientiam extra de præſcrip.& ibi Felyn. & expręſsè dicit gloſſ.in cap.tua de decimis, quam allegat Felyn.ubi ſupra, quòd.l. comperit non procedit in cenſu debito priuato, de quo ad plenum per Caſſa.in loco ſuperiori, puto tamen ꝙ in Regno ꝑ iſtam Pragmati.noſtram non impediatur ex equo

cenſus per exceptionem præſcriptionis, quia generaliter loquitur non obſtante quocunque obiectu exceptionis, ut eſt doctri. Imol. in particulari in l. 1. §. interdum. alias in l. quæſitum. 26. colum. ff. à qui. appel. non li. & Bal. in l. ita pudor. C. de adulter. & Abba in cap. ex parte de offi. deleg. niſi ex in ſpectione inſtrumenti appareret de præſcriptione, ſecū dum Doct. Anto. de Cana. in tract. de exec. inſtru. 12. quęſtio. & Anto. de But. & Gemi. in cā. ex par-
36 te el. 2. de offi. deleg. Sed quid ſi quis uendidit rē oneratam cenſu alicui pro francha & libera ab omnibus ſeruitutibus oneribus & cenſibus, qui emptor dictam rem emptā tenuit ſpatio. 30. annorum pro francha & libera, an poſsit poſtea moleſtari ꝓ cenſu? hanc quæſtionem latè examinaui ſupra in verbo huiuſmodi cenſualia ſuper rebus nu. 9 1. uide ibi, & ſimiliter ibidem dixi de quæſtione pręcedēti.
37 Nunquid exequutio prompta & parata detur inſtrumento cenſus poſt. 20. annos, & ſic habeat locum Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ incip. Nota ꝙ iſte ritus? in quo dicas ꝙ inſtrumentum cenſus habet exequutionem paratam etiam poſt. 20. annos, et ſic in eo ceſſat diſpoſitio illius ritus, qui tantummodo procedit, & habet locum quādo producitur in-
38 ſtrumentum per uiam liquidationis. Quali ergo remedio ſuccurratur ei qui ſoluit cenſum, ſi tamen habebat iuſtas exceptiones quibus tueri poterat ut non ſolueret, tamen quia per Regiam Prag. non potuit impedire exequutionem, quin ſolueret, ſoluit? Reſpondetur quod debet ſoluere, & deinde repetere condictione ſine cauſa, ſecundum Barto. in l. Iulianus uerum debitorem de condi. inde. nā ſoluens quia ex forma ſtatuti nō poteſt opponere exceptionem doli uel metus uel aliam legitimam,

non

non dicitur inſtrumentum approbare, ſed uidetur ſoluere ne capiatur, ideo ſolutum repetere poteſt, ſecundum Barto. in l. 2. C. quod met. cau. ad fin. de quo per Anto. de Canar. in tract. de exequu. Inſtr. num. 93. qõ. 54. ſed in caſu iſtius Pragma. non ſimpliciter reijciuntur exceptiones, ſed potius referuãtur ad aliam iudicij inſtantiã, ut habetur in illis uerbis, (cognitione tamen ipſius allegata) & ideo exceptiones ipſæ facta ſolutione uel exequutione, ordinariè diſcutientur (quod quidem qualiter intelligatur, infra uidebimus) & ſic ad euitandã exequutionem darem cautelam ut fieret depoſitum, quia etiam ꝙ liberatur creditor, liberatur cum cautio-
39 ne de reſtituendo. Nunquid quando fiet exequutio contra perſonas tertij poſſeſſoris, ſeu eius bona, debeat conſtare, quòd tunc poſsidet rem oneratam cenſu? dicas ꝙ ſic, ut habetur in tex. ibi in illis uerbis (quandiu apud eos illorum detentio fuerit) &
40 ideo pręcedere debet hęc informatio. Eſt tamen aduertendum ꝙ in tali informatione capienda non requiritur cit. partis, per ea quæ no. Alexan. in l. ſi ſic colum. fi. ff. de lega. 1. & habetur per Robert. Venu. in ſuo Aureo ſpecu. in 6. parte num. 9. ſed poteſt iudex ſe de ea ſummariè informare, ad hoc ut uideat ſi eſt concedenda exequutio, ita uel ne.
41 Sed quæro poſtquam per obiectum exceptionum non poteſt impediri exequutio, aut diferri, an poſsit implorari iudicis officium, per quod creditor ab agendo, ſeu exequendo prohibeatur? & uidetur quòd ſic, quia prohibitus excipere non prohibetur implorare iudicis officium, ut ff. de pet. hęred. l. planè & l. fina. & l. 3. in fin. ff. nau. cau. ſta. ſed in terminis noſtræ. Pragm. teneo contrarium, quia non ſolum prohibetur excipi, ſed etiam mandatur dari

dari promptam & pararam exequutionem, & ꝙ nõn poſsit impediri,aut differri,& tamen ſi per officium iudicis impediretur exequutio, eſſet de dire-
42 cto contra mentem tex. Et quia dicitur quòd nõ obſtante quacunque prouocatione fit exequutio: an intelligatur, ut ſimpliciter ſit prohibita & remota quęuis appellatio? & dicendum eſt quòd non, ſed tantum cenſetur remota appellatio ut per eam non impediatur exequutio:ſed quo ad deuoluendũ cauſam appellationis ad ſuperiorem,bene tenet appellatio, etiam à mero exequutore interpoſita, ut not.ſpecu.in tit.de actio.& pen.§. ſuper actionibus & petitionibus, uerſic.ſed quid ſi antequam in 5. col.de quo per Canar. in tracta. de exe.inſtru.ubi dicit qòd iſto caſu non iuſtificatur appellatio ex ſola oblatione probationis, ſicut iuſtificatur, ſi exequutor aſſumeret partes cognitoris,ut dicitur not. per Innocen.in c. cum. inter Canonicos de electio.
43 Item eſt aduertendum, quòd cum inſtrumentũ cenſus habeat promptam & paratam exequutionem,ſi quis eſſet fideiuſſor pro debitore cẽſus,poſſet agere antequam conueniatur, & antequam cõtra eum fiat exequutio,per not.per Cyn.in l.certũ. C.famil.hęrciſ.& Baldus in l. prima & Barto. in l.
44 fideiuſſor pro uenditore. ff. de fide. Item (ut uides) diſponit text.noſter,quòd ſi ad exequutionem fortè fuerit proceſſum non obſtantibus oppoſitis, & obiectionibus allegatis, quòd iſto caſu ſi fuerit per opponentem appellatum, ſupplicatum,uel recurſum, non auditur ipſe appellans, ſupplicans, uel recurrens; quod etiam procedit ſi fuerit allegata ſolutio, & non fuerit de ea facta fides ante captionem perſonæ, & bonorum iuditialem diſtin-
45 ctionem, Nec dubitandum eſt, principem poſſe tol-

ſe tollere appellationem; l.prima,§. interdum, & ibi Bart.1.& 2. oppo. ff. à quib.appela. non li.& in l.fin.prima colum.in fi.C.de ſenten.& Specu. in ti. de appella. §.in quibus uerſic. 12. quando appellatio.& uide per Fely.in Rubrica extrà de appella.3. colum. & in c.primo extra de reſcrip. & per Socy. in conſil. 195.incipien. circa primum, conſultatio-
46 nis articulum in prin.in ſecunda parte. Intelligitur tamen de friuola appellatione at ſecus de iuſta. dicta.l.prima.§.interdum a qui. appella. non licet, ibi Barto.& in l.prima.§.parui.ff.quod met.cauſa. Docto.in capitu.debitus de appella. & in cap. pa-
47 ſtoralis de appella. Et licet uerum ſit quod remota appellatione per principem, non intellgatur remota quo ad tertium, ſecundum Bar.in d. l.prima. §.interdum, & not.in capitu. ſuper eo & ibi Abb. de offi.delega, Anto. de Butr. in capit. debitus de appella. Felyn.in ca.ueniens de teſtib.tamē in terminis iſtius Prag.etiam tertius non Auditur appellans; quia promiſcuè loquitur de tertio, & principali debitore, ſed rectè conſideranti uerum poteſt dici quòd aut loquimur de tertio detentore, & poſſeſſore,& tunc uerum eſt,quia,nec ipſe auditur aut loquimur de alio tertio ꝓ ſuo intereſſe appellāte,qui nō ſit detentor & poſſeſſor rei cēſuariæ, uerū aliud intereſſe prętendit, & tunc puto debere audi-
48 ri appellans per ſupra dicta. Et licet(ut uides) hoc tex.prohibeatur Appellatio;hoc tamen uerum eſt,ad impediendam exequutionem cenſus,tamen facta exequutione admittit appellatio, quod patet quia licet tollat exceptiones, nihilominus eas reſeruat in alia iudicij inſtantia, ut infra dicemus; ergo pariformiter uidetur reſeruare uoluiſſe, ut Audiatur appellans facta exequutione,& ita Sacrum Re-
gium

gium conſilium interpr**ę**tatur Ritum magnæ curiæ uicariæ.qui remouebat appellationem à decreto affirmatiuo, ut refert antiquus collector Afflictus in deciſio.261.& eſt ſatis æquum, & iuſtum.

49 Quid enim ſi uenditor cenſus non uult ſoluere cenſum, ſed potius uult fundum oneratum cenſu aſſignare in ſolutum emptori, an audiatur? & uidetur quod ſic, per text.in l.ſi quis argentum.§.ſi uero, & ibi Bald. colum. vltima. C.de dona. ſed ibi Bald. dicit id eſſe ſingu. in caſu donationis; quod quidem pro ſingula. not. Iaſ. in l.non amplius. §. cum bonorum.ff.de lega.primo. ſed Paul.de Caſt. conſi.47.ultra ea quæ ſuperius, colum. ulti. in ulti. dub.tenet non audiri uenditorem, qui uult aſsignare fundum in ſolutum,& dicit contraria debere intelligi, quando relictus eſt fundus titio, & ex eo grauatus eſt titius præſtare certum quid Annuatim, nam uerum eſt, iſto caſu liberari cedendo fundum, at ſecus ſiquis obligatus eſt perſonaliter, & per ſuam obligationem ſoluere cenſum, nam licet fundetur cenſus ſuper rebus, tamen principaliter fundatur in perſonam, & ideo non debet audiri,& ita tenet Tiraquel.in tra.de utro. retra. in §.1. gloſſ.6.in uerbo Rentes num.20.& 21.fol.70.

50 Sed quæro.poſtquam hic text. dicit quod inſtrumentum cenſus exequitur tanquam res iudicata, an ſtatim mandetur exequutioni, cum certum eſt ſententiam non exequi niſi poſt decem dies authen. hodie.C.de appell? dicas quod ſtatim exequitur, quia cum obligatio ſit pura,ſtatim exequi poteſt.l.eum qui Kalendis.ff.de uerb.obli. ſed ſententia ideo non poteſt exequi, quia ab ea appellari poteſt, ſed ab inſtrumento conſenſu partium inito appellari non poteſt, l.a ſententia. §. reſcripſit

idem.

idem.ff.de appella.& ſicut ſententia à qua non poteſt appellari, ſtatim poteſt exequi. ut not.Io.And. in tit.de exequ. ſenten.§.uidendum, ita inſtrumen-
51 tum habēs uim ſent. Quid enim ſi quis uendit cenſum Titio ementi procuratorio nomine ſempronij, an ſempronius poſsit petere exequutionem inſtrumenti pro cenſu, ſi titius procurator non feciſſet ceſſionem? & dico quòd ſic, quia tex.noſter dat exequutionem paratam ipſis cenſualibus, & per iuramentū interpoſitū q̄ritur ius abſenti, cuius intereſt, ꝑ not.7.q.prima capit.quotiens cordis, & firmant Docto.in.l.ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler.ff. de uerbo. obliga.in tantum quòd hac ratione fuit concluſum in Sacro Regio Conſilio.Nep.quòd poteſt peti exequutio obligationis pœnes acta, per eum in cuis abſentiam fuit facta obligatio, ſi tamen illa obligatio facta fuiſſet per aliquem recipientem nomine, & ꝓ parte abſentis, ergo pariformiter poteſt peti exequu
52 tio inſtrumenti cenſus. Sed an procurator nomine domini poſsit cum ſpeciali mandato petere exequutionem cenſualis inſtrumenti? in quo dicendum eſt quòd licet procurator non poſsit inſtrumentum præſentare iuxta formam ritus per uiam liquidationis, ut fuit determinatum in Sacro Regio Conſi. ut teſtatur Afflict.in Deci.64.tamen in caſu iſto nō eſt dubium quod poteſt peti exequutio cenſu. inſtrumenti, per procuratorem, eo quia non agitur criminaliter, prout agitur, quando liquidatur inſtrumentum, ſed tantum agitur uia exequutiua, item in Regno quotidie practicatur quod ꝓcurator poteſt accuſare obligationem pœnes acta, ut petere executionem, ergo pariformiter poteſt petere exequutionem cenſus uirtute Regiæ Prag. & ita paſsim ſerua
53 tur, & ſeruari uidi. Quid enim uult dicee text. in

illis uerbis(promptam, & paratam exequutionẽ) & quid ſignificẽt uerba illa? in quo dicas, ꝙ idẽ eſt dicere, & pro eodem ponuntur (promptam, & paratam) ac ſi diceretur quod exequutio debet fieri cum celeritate, & manu prompta, & alacer ac ardenter.inquit enim Saluſtius, (Natura ferox, uehemens, manu promptus erat,maximum bonũ in celeritate putabat. idem de Rep.ordinanda ad Cæſarem, uix ſatis apertũ os, aut lingua prompta vr̃ q̃ dicta pectore euoluat) deſcẽdit.n. à prompto prõptas,quod eſt prõptare,& eſt frequentatiuum. Plau.Bachid.8.62.quia malũ ſi prõptet, & in dies faciat minus.Idẽ Plaud.q.35. ſi quidẽ hæredẽ ẽt ſupremi prõptas theſauros Iouis, et pro eodẽ accipit Cice.1.Ver.22.prõptũ, & paratũ (quo paratior ad
54 uſũ foreſẽ prõptiorq; eſſem.) Adde ꝙ Caſſa.in cõſuet.Burg. in ti.des cẽſes.nu.4.uerſ.quartũ.fol.mihi 354.dicit ꝙ põt quis ꝑ cẽſu nõ ſoluto ꝓpria authoritate capere fructus rei cẽſualis, uel bona cenſuarij quouſq; fuerit eidẽ perſolutũ, & eſt hoc ſpeciale fauore cẽſus,cõtra regulas iuris.arg.C. ne quis in ſua cau.& not. ꝑ Cy.in l.ea quidẽ.C.de accu. & l.fi.C. de exhi.reis & hoc tãto magis ꝓcedit hodie propter clauſulas ſolitas in contractu apponi, quod eſt no-
55 tandum. Nũquid exequutio pro cenſu poſsit, & debeat fieri uigore inſtrumẽti non cõfecti & roborati iuxta formam conſtitutionis Regni inſtrumentorum robur? & dico quod non,quia ſtatutum nouum debet diſtingui, & intelligi ac interpretari ſecundum antiquum Bar.in extraua. ad reprimendũ uerſic.non obſtantibus, & Doct.poſt gloſ.in l.ſciẽdum.ff.qui ſatiſd. cog. adeo quod ſi non reperitur ꝑ ſtatuta noua correctum ſtatutũ antiquum, caſus debet decidi ſecundum dictum ſtatutum antiquum in

eo quod per illud deciditur ſecundum Pau.de Caſt. poſt Bal.in 1.conſt.C.& Alex.in l.fin.ff.de fal.
56 Pro quo facit quia ſi ſtatutum tribuit exequutionem paratam inſtrumentis, ac ſi eſſent ſententiæ, debet intelligi dummodo inſtrumēta ſint liquida,ꝑ tex.in l.fi.C.de compenſationib. poſſunt tamen inſtrumenta ipſa liquidari per omne genus probationis,ſecundum Bart in l. 1.ff.de lega.2.& ita in indiuiduo uoluit Bal.in l.2.C.de exequ.rei iudi.uerſi.po
57 ne dicit ſtatutum. An autem exequutio pro cenſu poſsit fieri ita exequutiuè ſecūdum formā huius Prag. qn̄ probatur conſtitutum fuiſſe cenſum per teſtes, ſicut fit quando apparet de eo inſtrumētum? & uidetur dicendum quod non,quia priuilegia data per ſtatutum inſtrumento guarentigiato non habent locū in inſtrumento probato per teſtes, ſecundū Bar,in l. 1.in prin.& fin.& ibi Caſtrē. ff.de ijs q̄ in teſta.dele.& Fel.in c.ſicut,col.3.ver.prima declaratio extra de re iu. Itē quia priuilegia tributa ſententiæ,non uendicant ſibi locum in probata ꝑ teſtes,ut uoluit Vant.in trac.nullita.in ti. de nullita.ſen.ex.de fe.pro.nu. 79. ergo dicendum eſt in caſu iſto idem
58 Item eſt aduertendū ,quod Dominus ꝑ cenſu p̄fert omnibus alijs creditoribus ēt anterioribus,et ēt habentibus expreſſam hypothecā,ut l.ēt.ff.qui po. in pig.hab. & l. 1.C.ſi pp pub.penſi.quod intellige procedere,ſi conſtituatur cenſus ſuper re tradita per eum debēti cēſum,ut puta qn̄ quis tradit rem alicui. Ita quod reddat anno quolibet certum quid in recognitionē dominij illius rei,at ſecus ſi cōſtitutus ſit cēſus ſuper re ipſius debitoris cenſus,et ita loquitur.d.
59 l.etiam.ff.qui pot.in pig.hab. Quid enim ſi in cōtractu cenſuali ſint nōnulla pacta quæ ueniūt adimplenda per creditorem, an poſsit peti exequutio?

in quo proculdubio dico quod non,per tex.in l.Iu-
60 lianus.§.offerri.ff.de actio. emp. Hodie autem in
magna curia Vicarię inoleuit practica, ut fiat cita-
tio ad dicendum cauſam quare non debet exequi
exequutiuè inſtrumentũ cenſus, uigore pacti in in-
ſtrumento ipſo adiecti,et ſi comparet uiſo pacto fit
decretum quod exequatur,ſi autem non comparet
ſolet dici,uiſo pacto in contumatiam, prouidebitur
quia tũc uiſo inſtrõ,ac uiſo pacto in eo adiecto(qđ
poſsit exequi ac ſi eſſent penſiones domus)fit decre
61 tum quod exequatur. Quid ſi conſtitutus ſit cen-
ſus ducatorum quinque annuatim ſuper quodam
furno, & euenit quod non reddat furnus, niſi qua-
tuor, nec eſt promiſſum de euictione,nec facere tã-
tum ualere, an poſsit peti quod ſuppleatur in alia
re? Dicas quod ſic, per text.in l.Lucius Titius.ff.de
alim.& ciba.lega.& ita per illum tex.tenuit Guido
Papa in deciſio.8.Dominus Humbertus.

SVMMARIVM.

1 ℟ *Exequutio non impeditur quouis obiectu.*
2 *De eadem re.*
3 *Exequutio ſententiæ impeditur per exceptionem falſitatis.*
4 *Exceptio euidens impedit exequutionem.*
5 *Exceptiones notoriæ non cenſentur excluſæ quouis ſtatuto.*
6 *De eadem re.*
7 *Nullitas proueniens ex defectu perſonarum non intelligitur remota.*
8 *Da eadem re.*
9 *Procurator ad lites an poſsit petere exequutionem inſtrumenti cenſus?*
10 *Exceptio incompetentiæ iudicis an opponi poſsit?*
11 *Exequutio non poteſt peti tempore feriato.*
12 *Exceptiones euidentes & manifeſtæ opponi poſſunt.*
13 *Exceptiones reſultantes ex facie Prag. admittuntur.*

Eceptio-

14 Exceptiones reſultantes ex capite alterius ſtatuti non cenſentur excluſæ.
15 Statuta generaliter loquētia reſtringūt, ad id q̄ rōnabile eſt.
16 Exceptiones non tolluntur, ſed differuntur.
17 Differre & tollere an idem ſit?
18 Exceptiones quando poſſunt reſeruari ad merita.
19 Exceptio periurij an poſsit ad merita reſeruari?
20 Exceptiones generaliter propoſitæ non releuant.
21 Exceptiones oppoſitæ reici uidentur per proceſſum ad ulteriora.
22 Exceptio incompetentiæ iudicis, an per proceſſum ad ulteriora cenſeatur reſecta?
23 Exceptio quando poteſt ad merita reſeruari.
24 Dilatio non poteſt differri.
25 Dilationum materia eſt amputanda.
26 Circuitus euitari debet.
27 Exceptio non oppoſita in cauſa principali an opponatur in cauſa apppellationis?
28 Differrens accuſare, eſt in dolo.
29 Mora ſæpe periculoſa eſt.
30 De eadem re.
31 De eadem re.
32 Celeritas improbatur.
33 Exceptio rei iudicatæ opponitur cont. cenſus exequutionem.
34 Exequutio cenſus fit, præſtita cautione de reſtituendo.
35 Inſtantia datur etiam in cauſis exequutiuis.
36 Inſtantia in cauſis exequutiuis quando incipiat currere.
47 Exceptio ſolutionis impedit exequutionem.
38 Solutio realis an qualibet admittitur?
39 Additum non facit deſinere rem eſſe talē: licet faciat eſſe magis talem.
40 Collegium ſi augmentetur eſt idem collegium.
41 ſtatutum continens idem quòd ius ciuile dicitur ius ciuile.
42 Fideiuſſores primi non liberatur per ſecundos datos.
43 Additum ſi eſt diuerſæ formæ facit rem deſinere eſſe talem.
44 Additū rōne extrinſicæ potentiæ, facit deſinere rem eſſe talem.
45 Geminatio quid operetur.

Pactum needum reiteratum quid operetur?
46 *Confeſſata ſolutio an retardet exequutionem?*
47 *Patris confeſsio de recepto non praeiudicat legitimae filij.*
48 *Confeſsio mariti de receptione dotis an alijs praeiudicet?*
49 *Confeſsioni debitoris non ſtatur in praeiudicium creditoris.*
50 *De eadem re.*
51 *Confeſsio tutoris, & procuratoris de recepto an praeiudicet pupillis, & dominis?*
52 *Compenſatio an opponatur aduerſus exequutionem cenſus?*
53 *Exceptio q̃ repellit quẽ à limine iudicij nõ excluditur p ſtatutũ.*
54 *Exceptio quae reſultat ab ipſomet petente non excluditur. Deciſio principalis quaeſtionis.*
55 *Exceptio acceptilationis an impediat exequutionem?*
56 *Solutio non poteſt probari niſi per ſcripturas*
57 *Statutum ualet quod ſolutio non poſſit probari, niſi per inſtrumentum.*
58 *Pactũ quod quid nõ poſſit ꝓbari, niſi p inſtrumẽtũ, an ualeat?*
59 *Probatio inſtrumentalis cuius efficaciae?*
60 *Apocha an contineatur appellatione inſtrumenti?*
61 *Apocha an faciat plenam fidem?*
62 *Apocha ſolutionis quando impediat exequutionem.*
63 *Probationis facultas an poſsit arctari?*
64 *Clericus poteſt probare ſolutionem cenſus etiam per teſtes.*
65 *Statutum quod non poſſit probari ſolutio niſi per inſtrumentum, an ualeat?*
66 *Solutio poteſt probari per quinque teſtes non obſtante ſtatuto requirente ſcripturam.*
67 *Solutio poteſt probari per teſtes inſtrumento deperdito.*
68 *Solutio poteſt probari per teſtes legaliſsimos.*
69 *Solutio facta pupillo quando liberat ſoluentem.*
70 *Solutio cenſus facta tutori ſine iudicis decreto: an liberet ſolutionem?*
71 *Solutio facta marito an liberet cenſuarios uxoris?*
72 *Tertius poſſeſſor, an ex perſona ſua poſſit opponere alias exceptiones quàm ſolutionis?*
73 *Statutum excludens omnes exceptiones qualiter intelligatur?*

VT

1 V T vides (diſertiſsime lector) exequutio facienda pro cenſu non poteſt impediri, aut differri, per exceptionem falſitatis, nullitatis, aut alterius cuiuſuis exceptio-
2 nis, præterquàm realis ſolutionis, et cętera. De iure uerò cōmuni exceptio falſitatis impedit exequutionem paratam, ſecundum Bald. in addi. ſpecu. in tit. de exequu. ſenten. uerſic. & no. quòd iſta exceptio, & Pau. de Caſt. in l. ſi feriatis. ff. de fer. & per
3 Barto. in l. ſi ueritas in princ. C. de fideicom. Item per exceptionem falſitatis impeditur exequutio ſē tentiæ; ſecundum Bald. in addi. ſpecu. in tit. de exequutio. ſenten. in rub. uerſi. ſententia lata. & Abb. in c. de cætero de re iu. & Bald. in Marga. uerſic. exceptio uerſ. penul. licet contrarium uoluerit Inno. in c. licet in fi. de proba. & ſic inſtrumentum cenſus non
4 regulatur ab exequutione ſententiæ. Credo tamē proculdubio, quòd licet textus noſter expræſſè uoluit per exceptionem falſitatis & nullitatis non impediri exequutionem, nihilominus ſi eſt nullitas euidens, & manifeſta, & falſitas ſimiliter euidens, & quæ depræhenditur ex facie inſtrumenti, quòd poteſt opponi, & impeditur exequutio, ut uoluit Alexand. conſilio 59. nume. 17. libro 4. nam remota exceptione, ſeu nullitate, non intelligitur de notoria & manifeſta: cap. inter cæteras, capitu. qua fronte. capitu. paſtoralis de appel. c. ueniens, el. 2. de teſtib. & gloſſ. in cap. ex conquæſtione in uerbo appellationen de reſtitutione ſpoliat. et gloſſ. in capitu. ſuſcitata, in verbo ſententiæ de reſtitutione in integrum. facit textus in l. ſecūda. & ibi gloſſ. de ædi. di. Adri. tollen. & glo. in verſi. imperfectam, in l. 1. §. ſiue autē. ff. de ta. exhi. & in l. ſi in alterius, in fine. C. ſi mi. ſe maio. dixe. cum alijs de

quibus per Abb.in c. ſuper eo de offi.dele.& Anto. Corſe.in ſing.90 alias in uerbo exceptio, & tenuit Bald.in l.1.C.ne.li.ter.pro. & in l.ſi vnquam.§.pactus ne peteret col.13.ff.de pact. Imol. & Alexã.in l.de pupillo.§. qui opus.ff. de nou. ope.nun.Abb.in conſi.55.in cauſa lib.2.& conſi.44.in pręſenti,lib.1. & Anch.in conſi.207. de iure communi.Alex.conſ.
5 77.viſis colũ.3. in fin.lib.3. Immo quod plus eſt, iſtæ nullitates,& falſitates quæ ſunt notoriæ,& apparent ex inſpectione inſtrumenti, etiam ſi à parte non opponerentur, iudex ex officio debet eas admittere, hoc enim ad eius officium ſpectat ne fruſtra uexentur homines,argumen.c.1. extra de pro. & c. cauſam quæ de iudi.& c.identitati.§. ſanè, ubi Dom.hoc idem uoluit de elect. in 6. & Bal.in d.l.ſi
6 unus.§.pactus ne peteret. Hæc etenim interpręta tio,quod per iſtud Pragmaticum ſtatutum non intelligantur excluſæ exceptiones notoriæ,& quæ ex inſpectione inſtrumenti apparent,eſt multum ęqua iuſta,& rationabilis, nam aliter dicendo, uideretur præcluſa uia quibuſuis defenſionibus, ac ſequenrẽtur mille abſurditates,& inconuenientia,& contineret tale ſtatutum magnam iniquitatem, contra ſubſtantiam.l.ut in cap.erit autem lex.1.diſtinctio.l.fi. ubi Bal.& alij,& l.quotiens,& l.reſcripta.C.ſi con. ius,uel utilita.pub.et not.Innocen.in c.quę in eccleſiarum,ubi Bald.colum. ..extra de conſtit.cum.alijs de quibus per Dec.in conſi.390. colum.4. num.19. lib.3.& propterea non eſt admittenda talis interpretatio quod & exceptiones notoriæ, & euidentes cẽſeantur excluſæ, ſecundum Alexan. in conſil.83.uiſa,colũ.2.uerſi.& ſtatuta non ſunt,lib.2.& pleniſsimè habes per Van.in tract. nullita.in ea parte,quis
7 po.di.de nulli.num.51.vſque ad finem. Item per

hanc

hanc generalem reiectionem exceptionis nullitatis non uidetur excluſa nullitas, quę prouenit ex inhabilitate perſonarum, vt declarat Bar. in l. 1. §. & parui, ff. quod ui aut clam, & ibi Alex. & alij per tex. in l. filio. §. contratabulas. ff. de inoffi. teſta. ſequitur Ancha. in Clemen. 1. in x. not. de re. iu. & Fely. in c. ex parte de offi. deleg. 3. col. uerſi. 4. limita, cum ſimili. de quibus per Marſi. in l. ſiquis ne quęſtio. nu. 30. ff. de quæſt. aliter. n. dicendo ſequeretur, quod per huiuſmodi generalem reiectionem nullitatum, & aliarum exceptionum, eſſet inducta diſpenſatio perſonarum, ſed diſpenſatio perſonarũ ac habilitatio non præſumitur, niſi quatenus expreſsè, & legitimè de ea conſtiterit per tex. in. c. fi. de ſimo. & in Clem. fi. vbi gloſ. in uerbo approbare de ſen. excom. & in c. cum in iure, de offi. dele. Et ex hoc infero quod ſi hæres crædìtoris non confecto præambulo petit exequutionem inſtrumenti licitè repellitur, & ſi procurator abſque mandato petit exequutionem inſtrumenti, ſimiliter repelli debet, & ſi pupillus abſque authoritate tutoris, & ſimiles perſonæ repelli debent. ſed numquid in pupillum tutore lãtentem, & indefenſum poſsit fieri exequutio virtute ipſius pragma. procenſu? Et videtur quòd non, cum nulla ſit perſona idonea quę interpellari, aut in mora conſtitui poſsit. l. ſed ſi exſtipulatu. l. ſi pupillus. ff. de uerbo. obliga. ſed quia huiuſmodi executio fit propter onus reale in rem, non in perſonam, & eſt quædam manus iniectio non lucratur, ſed impeditiua duntaxat in conceſsione rei retenta, uel in conſtitutione cenſus ſecundum formam noſtræ prag. conceſſa, nec cenſetur aliquod negotium cum perſona geri, ſed in rẽ ipſam huic conditioni affectam, ideò nõ curatur de

perſona,

perſona, ſed de re in quã fit exequutio.ſed cum te plurimum, ſecundum praxim regni antequam de facto exequatur pro cenſu,ſoleat citari cenſuarius ad dicendum cauſam quare non debeat exequi pro cenſu? puto debere citari pupillum congruè & bona fide. Num quid Cenſuarius teneatur ad cẽſum ſi non poſsideat fundum debentem cenſus (loquor de alia ſpecie cenſus) & dicendũ eſt quod nõ etiam ſi cenſuarius eſſet ex proprio contractu, & ex ſpeciali recognitione uel receptione fundi, ad cẽſum obligatus: quia ea obligatio intelligitur donec & quandiu poſſederit; licet enim in alium trasferre cum onere vel repudiare. Et hæc procedunt ẽt ſi poſſeſſor non ſoluat.Niſi cenſuarius fuerit in culpa in damnum domini directi ordinata,ut res ad illum deueniat,quia poſsidere videtur qui dolo facit, quominus poſsideat. cap. pro poſſeſſore cum concor. gloſſ. de reg. iur. in vi. ſecus ſi cenſuarius rem culpa ſua amiſerit ſed non in damnum domini directi ordinata, quia nõ propter hoc tenetur domino directo, ſicut nec alĳ tertio; arg. l. venditor verſi.ſed vbi.ff.de hære.uel acto. uen.l. is qui.ff. de actio.et oblig.l.an in totum.ff.de impenſ.in re. do. fa.l.ult.§. 1.ad.l.Ro.de iac.no.Bar.in l. ſi ut certo.§. nũc videndũ. ff. co. faciũt no.per Angel.& Paul.

9 in l.inter quos.§.damni infecti.ff.de dam.infe. Et ſi fortaſſe eſſet aliquis procurator conſtitutus ad lites an poſsit petere exequutionem inſtrumenti cẽſualis & recte ei ſolui poſsit cenſus? & uidet̃ quod ſic, nam licet procurator non poſsit petere exequutionem ſententiæ in qua ipſe fuit procurator,tamen bene poteſt petere exequutionem alterius ſententiæ, ſi eſt ꝓcurator conſtitutus ad lites præſentes & futuras, ſecundũ Bar.in l.hoc iure.ff.de ſolutio,ſed

non

non põt recipere ſolutionem cenſus, ergo idẽ uidetur dicendum in exequutione inſtrumenti cenſus, de quo ſupra dixi in uerbo tanquàm res iudicatas.
10 Item poteſt opponi de incompetentia iudicis, quia exequutio inſtrumenti guarentigiati fieri non poteſt per iudicem incompetentem ſecundum Bal. in l. in criminali. C. de iur. om. iudi. ſed forte hoc nõ procedit uigore clauſularum quę ſolent apponi paſſim in omnibus inſtrumentis, quòd poſsit ubique
11 conueniri arreſtari, & capi. Item poteſt opponi quòd non debet fieri exequutio tempore feriato, nàm executio inſtrumentorum dicto tempore non poteſt fieri, quia licet fiat ſine cauſæ cognitione, tamen poſtquàm eſt facta quęritur de eius iuſtitia; quòd quidem fieri non poteſt tempore feriato in honorem Dei ſecundum Pau. de Caſt. in l. pen. ff. de fer. & Bar. in l. omnes. C. defer. ſed certe actus
12 exequutionis fit & conceditur eo tẽpore. Et quatenus ſupra dixerim quòd non obſtante hac generali prouiſione & diſpoſitione, quòd poſsint opponi exceptiones ad impediendam exequutionem, poſſe opponi exceptiones falſitatis, & nullitatis euidentes & manifeſtas, idem dico de alijs iuſtis, & legitimis exceptionibus, quod ſi eſſent notoriæ, et euidentes quod poſsint opponi per ſupra allegata.
13 Item ſimiliter poſſunt opponi omnes illę exceptiones, quæ fortè reſultarent ex facie, et diſpoſitione iſtiusmet Pragma. nam illæ nunquàm cenſentur excluſæ p not. per Bar. in l. prima. §. et parui. ff.
14 quod ui aut clam. Item etiam non cenſentur excluſæ exceptiones reſultantes ex capite Alterius ſtatuti arg. l. præcipimus in fin. C. de Appe. et l. fin. C. de teſta. et tenet Bar. in l. prima §. et parui ſuprà alleg. Bald. in l. prima. ulti. colum. de condi. inde. et

firmat

firmat Alex.in conſi.77.uiſis colum.4.lib.3.& cõſ.
145.uiſo proceſſu in fi.lib.5.& conſi.64.circa col.fi.
15 lib.4. Statuta enim ac ſimplices,et generales nul
litatum prohibitiones, ad id quod eſt uériſimile,et
rationabile reſtringi debent, argu.cap.in generali
de reg.iur. in 6.ca.fi.de offi.uica.capi.2.de pœn.eo.
lib.not.gl.in cap. licet in uerbo exceptione de ele-
ctio,& eſt tex.in cap.ad noſtram el.3.de iur.iuran.
tradit Alex.conſi.3.uiſis colum.2.in lib.2. & Dec.
16 cõſ.64.in fi.lib.1.conſ. 532.col.2.li.5. Eſt tñ ad-
uertẽdũ ꝙ ꝑ hãc noſtrã Prag. nõ tollunt̃ exceptio
nes, aut remouentur, ſed tantum differuntur in
aliam iudicij inſtantiam, & non faciunt, ut impe-
17 diatur exequutio cenſus. Sed uidet̃ quod tollere
exceptionem peremptoriam, uel in longum tem-
pus differre, aut tollere excepionem peremptoriã,
vel in longum tempus differre, aut ſuſpendere,idẽ
ſit.c.ſuper gratia de offi.dele.in 6. pro quo facit di-
ctum Bald. in l.pen. ff. de excu.tuto.ſed in contra-
rium facit dictum Bal.in l.titius in prin.ff.de excu.
tuto.ubi dicit ꝙ tollere & ſuſpendere multum diffe
runt, & hoc idem uidetur tenere Inn. in capi.quæ
in eccleſiarum de conſti.qui uoluit quod licet Papa
non poſsit auferre alicui ius ſuum, poteſt tamen
dilationem ſuper eo concedere, nam ut dicit tex. in
l.ſi debitori.ff.de iudi.magnũ damnũ nõ eſt mora
modici tẽporis, ꝑ quẽ tex.ut ibi dicũt Moder. Papa
quotidie moratorias cõcedit,ſed ꝓ prima opinione
multa iura allegat Fely.in c.in noſtra.27.Corre.de
& idẽ ſentit Fely.in c.ad petitioẽ.2. col. de accu. &
hoc tenet expreſsè Aegi.deci.739. in fi.& ꝓbat Ge
mi.in c.ei cui.5.col.deprę.lib.6.& in cõſ.11.col.pe.
cõſiderabat Gomes ĩ Regu. Cancella.in Regu. de
non tolle.iu.quęſit.19.quæſt.ſi dici poſſet qđ aut ſu-
ſpenditur

ſpenditur exceptio perẽptoria ad longũ tempus aut ad modicum, primo caſu procedat opinio pri ma ſecundo caſu procedat ſecunda opinio, & ita tenendum eſt in caſu iſto, cum ad modicum tem-
18 pus differuntur exceptiones. Sed quod ſuſpende re exceptiones ac eas differre ſit modici præiudi- cij, procedit hoc quando lex eas differt, ac ſu- ſpendit, at ſecus quando iudex per uiam decreti ſu ſpẽdit, & differt, quia illud iudex facere non po- teſt, niſi in caſibus à iure permiſsis, & tunc quan- do iudex differt non cenſetur modicum prẹiudiciũ ut bene congerit Gomes in loco de quo ſuprà, & ideo infero quod quoniam iudex reſeruat exce- ptiones ad mærita in caſibus à iure non permiſsis
19 uidetur grauare partem. Et ex hoc infero, ꝙ ſi cõtingerit in aliquo caſu opponi exceptionem per iurij, quæ quidem exceptio eſt litis finitæ impediẽs omne ingreſſum, ita quód non quæritur an bene iuratum ſit, ſed an ſit iuratum; ut eleganter deter- minat Bald. in l. poſtquam. C. de pact. & in c. 1. de iur. iuran. & Idem Bal. in tit. de pac. conſtan. in fi. ſu per uerbo nolentibus, & uoluit exprẹſſe Guliel. de bene. in repetitione. c. Raynutius in uerbo duas ha bens filias num. 300. in fi. ſi iudex eam reſeruat ad
20 mærita dicitur grauare partem. Eſt tamen ſum mopere aduertendum ꝙ exceptiones, & proteſta tiones etiam in caſibus quibus iudicium retardant aut perimunt actionem intentatam, ſi ſunt genera liter, & non expræſſa cauſa propoſitæ, non releuãt nec iudicium impediunt; ut uoluit Bar. in l. 1. ff. de exce. & facit tex. in l. ſcire oportet. §. ſcire. ff. de ex- cu. tut. quæ in propoſito adducit Alex. conſ. 181. in cauſa, poſt princip. lib. 6. & facit tex. in l. prima. C. de præd, curia, lib. 10, quæm tex. allegat Bald. ad
propoſi-

propoſitũ in l.fi.col.6.uer.& not.hi c.C.de ędi.diu. adria.tollẽ.& Fely.in c.paſtoralis ubi gl. & Doct.
21 col.4.in prin.de exceptio. Eſt etiam aduertendũ ꝙ regulariter iudex procedendo ad ulteriora exce ptionẽ propoſitã iudicij impeditiuã uidetur reijcere ut declarant Doct.per illũ tex.in c.ex parte de appella.& Bar. in l.ſi à procedẽte.C.de dilat.& gl.in uerbo intueri in l.2.§.ſi dubitet. ff. de iudi. & eſt Dec. Rot.595.& Alex.conſ.37.uiſo col.6.uer.4.cõ
22 firmatur li.ſecundo. Hoc tamen minime procedere ſcias, in exceptione declinatoria; quia ea per proceſſum ad ulteriora non eſt remota;ſecũdũ Fel. in c.ſuborta col.5.uerſi.limita.4.de reg.iur.& in c. ſuper litteris in uerſic. fallit.12. de reſcrip.& uoluit Van.in tract.de nullita.in §.qui.mod.ſentẽ. null.repa.nu.8.ſed dicendũ puto,ꝙ aut non fuit oppoſita expræſse exceptio incõpetentiæ iudicis, & non uidetur reiecta per proceſſum ad ulteriora, aut fuit oppoſita exprę ſſe,& cẽſetur reiecta per proceſſum ad ulteriora,Nec requiritur exprę ſſa pronuntiatio
23 ſecundũ Dec.in conſ.107. Itẽ eſt aduertendũ, ꝙ tunc iudex poteſt licitè reſeruare exceptionem ad merita ſi requirit altiorem facti indaginẽ. l.tertia. §. ibidẽ. ff.ad exhiben.l.ille a quo. §.1.ff.ad Treb. Bar.in l.nã & poſtea in prin. de iureiuran. late per Fely.in c.exceptionẽ.7.col.de iureiuran.& idẽ eſt, ſi requirit longam & dubiam iuris altercationem ad inſtar erroris iuris intricati,qui ęquiparatur errori facti,ſecundũ But.& Imo. in c. cũ dilectus de cõ ſuetu.Fely.in cap.de quarta. 11.col.de præ.& dicit Socy.in c.2.17.col.de libe.obla. & uoluit Capit.in
24 decif.x.nu.19. Solet enim regulariter rẽ differre ad tẽpus,grauamẽ inferre,et ideo dilationẽ ad certũ tẽpus limitatã differre,eſt inferri grauamen, &
regulariter

regulariter fieri nõ põt,l.2.in fi.C.de tẽpo. appell.
25 Itẽ dilationũ materia eſt amputãda,ſecũdũ Spec. in tit.de exce.§.2.uerſ.cęterũ,hinc Vergilius inquit.

Omnia fert ætas,animũ quoq;,ſępe ego longos
Cantando puerum mæmini me condere ſoles.

Et differens ſoluere,minus ſoluere uidetur.l.ſolidũ. ff.de ſolu.cum alijs ſimilibus.

Et ſcripſit Menander.

Tẽpus autẽ aufert omnia, et obliuionẽ inducit. Et Ariſto.4.Phiſi.tex.Cõme.117.inquit,(tẽpus eſt
26 cauſa corruptionis ſenij,& obliuionis.) Hinc euitandus eſt circuitus.l.cum fundus.§.ſeruum tuum imprudens,et propter circuitũ uitandũ,permiſſum eſt agere recta uia de benignitate,& æquitate.l.Do
27 minus teſtamẽto.ff.de condi.inde. Hinc differẽs opponere exceptionem in cauſa principali, nõ poteſt opponere in cauſa appellationis.l.ita demũ,& ibi Doct.& Bar.C.de pro.ꝙ eſt uerũ in dilatoria at ſecus in perẽptoria ſi fuiſſet ignoranter omiſſa, ſecus ſi per dolũ & cauſa dilatandi iudiciũ ſecundũ
28 Bur.& Sicul.in c.inter monaſteriũ de re.iu. Hinc ẽt differens accſuare præſumitur eſſe in dolo,ut cõſuluit Bal.in conſ.271.lib.inci.quidam tabellio.
29 His proxime dictis accedit id quod dicit Specu. in tit.de aduo.§.6.uerſ. uel clerici, quod mora ſæpe periculoſa eſt, hinc Poeta, (ſemper nocuit differre paratis.) & mora eſt in culpa.gl.in l.uideamus.ff. loca.l.ſi is qui, cum glo.ff.de iur.dot.iuncta.l.ſi mo
30 ra.ff.ſol.ma.Alex.in l. quod te.ff.ſi cer.pet. Hinc dicitur quod ad præſens oua cras pullis ſunt meliora. l.cũ hi.ff.de trãſac.& celeritas regulariter laudatur,clemen. 1.& ibi glo.& Card.de immu.eccl.
31 Quod etiam in pœnis receptum eſt, nam refert Olaus magnus Goth. Archiepi. in lib. de gentibus

propoſitū in l.fi.col.6.uer.& not.hic.C.de ędi.diu.
adria.tollē.& Fely.in c.paſtoralis ubi gl. & Doct.
21 col.4.in prin.de exceptio. Eſt etiam aduertendū
ꝙ regulariter iudex procedendo ad ulteriora exce
ptionē propoſitā iudicij impeditiuā uidetur reijcere
ut declarant Doct.per illū tex.in c.ex parte de ap-
pella.& Bar. in l.ſi à procedēte.C.de dilat.& gl.in
uerbo intueri in l. 2.§. ſi dubitet. ff. de iudi. & eſt
Dec. Rot.595.& Alex.conſ.37.uiſo col.6.uer.4.cō
22 firmatur li.ſecundo. Hoc tamen minime proce-
dere ſcias, in exceptione declinatoria; quia ea per
proceſſum ad ulteriora non eſt remota; ſecūdū Fel.
in c.ſuborta col.5.uerſi.limita.4.de reg.iur.& in c.
ſuper litteris in uerſic. fallit. 12. de reſcrip.& uoluit
Van.in tract.de nullita.in §.qui.mod.ſentē. null.re
pa.nu.8.ſed dicendū puto,ꝙ aut non fuit oppoſita
expræſse exceptio incōpetentiæ iudicis, & non ui-
detur reiecta per proceſſum ad ulteriora, aut fuit
oppoſita exprę̨ſſe,& cēſetur reiecta per proceſſum
ad ulteriora,Nec requiritur exprę̨ſſa pronuntiatio
23 ſecundū Dec.in conſ.107. Itē eſt aduertendū, ꝙ
tunc iudex poteſt licitè reſeruare exceptionem ad
mę̨rita ſi requirit altiorem facti indaginē. l.tertia.
§. ibidē. ff.ad exhiben.l.ille a quo. §. 1.ff.ad Treb.
Bar.in l.nā & poſtea in prin. de iureiuran. late per
Fely.in c.exceptionē. 7.col.de iureiuran.& idē eſt,
ſi requirit longam & dubiam iuris altercationem
ad inſtar erroris iuris intricati,qui ę̨quiparatur erro
ri facti,ſecundū But.& Imo. in c. cū dilectus de cō
ſuetu.Fely.in cap.de quarta. 11.col.de præ.& dicit
Socy.in c.2.17.col.de libe.obla. & uoluit Capit.in
24 deciſ.x.nu. 19. Solet enim regulariter rē differre
ad tēpus,grauamē inferre,et ideo dilationē ad cer-
tū tēpus limitatā differre,eſt inferri grauamen, &
regulariter

Quę quidē exequutio nullo fal.
regulariter fieri nō pōt,l.2.in fi.C.de tēpo. appell.
25 Itē dilationū materia eſt amputāda,ſecūdū Spec. in tit.de exce.§.2.uerſ.cęterū,hinc Vergilius inquit.

Omnia fert ætas,animū quoq;,ſępe ego longos
Cantando puerum mæmini me condere ſoles.

Et differens ſoluere,minus ſoluere uidetur.l.ſolidū. ff.de ſolu.cum aliјs ſimilibus.

Et ſcripſit Menander.

Tēpus autē aufert omnia, et obliuionē inducit.

Et Ariſto.4.Phiſi.tex.Cōme.117.inquit,(tēpus eſt
26 cauſa corruptionis ſeniј,& obliuionis.) Hinc euitandus eſt circuitus.l.cum fundus.§. ſeruum tuum imprudens,et propter circuitū uitandū,permiſſum eſt agere recta uia de benignitate,& æquitate.l.Do
27 minus teſtamēto.ff.de condi.inde. Hinc differēs opponere exceptionem in cauſa principali, nō poteſt opponere in cauſa appellationis.l.ita demū,& ibi Doct.& Bar.C.de pro.ꝙ eſt uerū in dilatoria at ſecus in perēptoria ſi fuiſſet ignoranter omiſſa, ſecus ſi per dolū & cauſa dilatandi iudiciū ſecundū
28 Buc.& Sicul.in c.inter monaſteriū de re.iu. Hinc ēt differens accſuare præſumitur eſſe in dolo,ut cōſuluit Bal.in conſ.27.1.lib.inci quidam tabellio.
29 His proxime dictis accedit id quod dicit Specu. in tit.de aduo.§.6.uerſ. uel clerici, quod mora ſæpe periculoſa eſt, hinc Poeta, (ſemper nocuit differre paratis.) & mora eſt in culpa.gl.in l.uideamus.ff. loca.l.ſi is qui,cum glo.ff.de iur.dot.iuncta.l.ſi mo
30 ra.ff.ſol.ma.Alex.in l. quod te.ff.ſi cer.pet. Hinc dicitur quod ad præſens oua cras pullis ſunt meliora. l.cū hi.ff.de trāſac.& celeritas regulariter laudatur,clemen. 1.& ibi glo.& Card.de immu.eccl.
31 Quod etiam in pœnis receptum eſt, nam refert Olaus magnus Goth. Archiepi. in lib. de gen-

tibus

tibus ſeptentrio. cap. 32. obſtinatis, & contumacibus pro pœna infligi aquam gelatam, nudatis corporibus, & ſi celeriter ita factum fuerit, gratiam referunt amicis, quod feſtinanter, & fideliter expedierint eorũ cauſam, ſin autem protractus (ſic forte exigentibus demeritis animi pertinacioris) tunc extracti experiunrur ſe habuiſſe cenſores, & fautores rigoroſos, quia in graui periculo fuerunt ſuffocationis, hæc ille. Et Cicer. ad Acti. libro. 11. Epiſto. inquit.

(Quoduis ſuppliciũ leuius eſt hac permãſione.

Et Ouid. li. 2. Metamor.

Sed mora damnoſa eſt, nec res dubitare remittit
Dum ſupereſt aliquid cuncti coeamus ad arma.

Et Luca. lib. 2. de bell. ciuil.

Tolle moras, ſemper nocuit differre paratis.

Et Sæneca in thyeſte.

Serum eſt cauendi tempus in medijs malis.

Et Sillius italicus lib. 4. de bel. pu.

Pelle moras, breuis eſt magni fortuna uoris.

Et Manilius lib. 4. aſtrono.

Mora ſæpe malorum dat cauſas.

Et Oui. lib. 1. de re. amo.

Vidi ego quod fuerat primo ſanabile uulnus.
Dilatum longæ damna tuliſſe moræ.

Econtrario autem multis modis mora proficit, & non nocet hinc Ouid. lib. 1. de re. amo. inquit.

